

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

1.6.435

IOANNIS SCHEFFERI
ARGENTORATENSIS

LAPPONIA

Id est,

REGIONIS LAPPONUM ET GENTIS NOVA ET VERISSIMA DESCRIPTIO.

In qua multa

De origine, superstitione, sacris magicis, victu, cultu, negotiis Lapponum, item Animalium, metallorumque indole, quæ in terris eorum proveniunt, hactenus incognita

Produntur, & eiconibus adjectis cum cura illustrantur.

FRANCOFURTI
Ex Officina CHRISTIANI WOLFFII
Typis JOANNIS ANDREÆ.

ANNO M. DC. LXXIII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Sacr. Reg. Majest. Regnique Sueciæ
Senatori, Consiliario, & Cancellario
Magno, Judici Provinciali Westro-Gothiæ
& Daliæ,
nec non
Academiæ Vpsaliensis Cancellario,

ILLVSTRISSIMO EXCELLENTISSIMOq;
COMITI AC DOMINO,
DOMINO
MAGNO GABRIELI DE LA GARDIE
COMITI
in
Lecköö / Arenßburg / & Pernau /
LIBERO BARONI
in
Eckholmen /
DOMINO
in
Hapsal / Magnuschoff / Helmett / Höientorp
& Wennegarn
&c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ILLUSTRISSIME COMES, GRATIOSISSIME DOMINE.

QVam ante hoc biennium cœptam, sed post caussis variis, præsertim valetudine minus prospera intermissam, nunc demum perduxi ad finem, gentis Lapponicæ terrarumque, quas inhabitat, descriptionem TIBI, Comes Illustrissime, antiqua formula, do, dedicoque. Caussas habeo graves plurimasque, quas TU satis nosti, ut si TE respicerem, verbo nunc defungi possem meo munere. Ac licet non ignorem, gravem me modestiæ futurum TVÆ, quæ ex recte laudabiliterque factis nullam, præter bonæ conscientiæ, desiderare solet mercedem; interest posteritatis tamen, ne sepeliantur silentio, quæ commemorata in exemplum patriæ honorificum, & salutare

re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

re Reipublicæ possunt abire. An enim futuros arbitramur omnes tam negligentes bonæ famæ, tam inimicos virtutis atque gloriæ, ut postquam TVA voluntate, cura, suasu, opera potissimum intelligent tot egregia luci donata monumenta, quibus jam non minus, quam paulo ante ferro armisque, res Suecorum incipit claresccre, nullos plane sentient in animis suis stimulos, ad ejusdem laudis studium desiderium-que? Sed de cæteris quidem alii vel dixerunt jam, vel dicturi sunt in posterum. De præsenti hoc labore affirmare ausim serio, ne quidem suscipi à me potuisse unquam, nisi TV illius auctor mihi extitisses. Ecquid enim gentis est Lapponicæ, Suecis licet tributariæ, quod sit Suecis ipsis satis vulgo notum? Jacet involuta tenebris, ad paludes sylvasque relegata suas, ut ne quidem, qui vicini ejus sunt, sciant satis, dicere-ve valeant, qui qualesve sint, licet nomine decantatissimi illi Lappi Lapponesve. Itaque hic mea quidem omnis, quantacunque etiam, frustranea fuisset industria, nisi TV auctoritate TVA succurrisses atq; submovisses obstacula, & subsidia suppeditasses necessaria. Quorum primum, ac præcipuum, quod TE auctore hortatoreque impetravi à nonnullis viris, fide dignissimis, Lapponum quippe sacerdotibus, præfectis, inspectoribus, descriptiones gentis ejus, cura singulari diligentiaque compositas, de quibus post

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

dicetur. Deinde ex Musæo TVO liberalitate TVA consecutus sum non pauca supellectilis Lapponicæ, quæ conferrem cum meis , ut ex præsenti omnium conspectu contrectationeque certius quid tradere de singulis valerem. Aperta mihi quoq; TVA indulgentia est via ad Archivum Regium, communicataque mecum , quæ huic instituto videbantur necessaria. Quod si quem præterea indagare poteras, quacunq; harum rerum notitia instructum, ipsum etiam conciliasti mihi. Deniq; paratus eras ire longius, morasq; operis & impedimenta TVO submovere argento, si facilitati TVÆ pudor meus potuisset respondere. Non itaq; donatur TIBI labor hic, sed tot nominibus jam ante TVVS redditur. Cum unico, sed calidissimo simul voto, ut probare sese possit judicio TVO. Quod tametsi velut intelligens, acre, perspicax, jure merito revereor, tamen erigit me bona spe singularis ista incredibilisque gratia, qua me studiaque mea per tot annos nutantia subinde allevasti, allevata confirmasti. Qua de re si pauca dixero, in beneficiorum TVORVM peccavero magnitudinem; si multa, in scriptionis hujus leges atque modum, ut fortasse rectius fuerit hoc argumentum alias differre in occasiones, pioque interim silentio culpam vel ingratitudinis, vel ruditatis atque imperitiæ redimere. Cum præsertim sint tam manifesta, ut in omnium incurrant oculos, nonnullorum etiam odium invidiamque. Qua jam pri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

pridem fuiſſem ſubverſus, niſi eadem benignitas gratiaque, quæ me fecit unice capacem iſtiuſmodi bonorum, feciſſet etiam invidiæ ſecurum. Non ignoras, quæ ſubinnuam, COMES Illuſtriſſime, bonitatis TVÆ pignora erga me, argumentaque, tam certa, grandia, evidentia, ut ſi ea haberem unica ſolaq;, jure poſſem dicere Soſpitatorem TE, an Conſervatorem meum. Sunt tamen & alia innumera, quibus totum me devinctum TIBI tenes. Ut quod ſemper, poſtquam in has terras providentia Divina ſum delatus, optime benigniſſimeque de me judicaſti; quod me cenſuiſti non indignum, qui Parentis TVI, ſummi belli ducis, atq; imperatoris maximi, ſermone publico delibarem virtutes, juſtaque funebria clauderem oratione; quod labores meos Academicos, non ſemel, verum aliquoties præſentiæ TVÆ lumine illuſtraſti; quod petitione TVA & ſuffragio apud Sereniſſimam Majeſtatem Regiam novos impetraſti mihi honores, auxiſti ſalarium, rem amplificaſti familiarem, uxori etiam meæ ſolatium aliquod in caſus futuros attuliſti. Denique quod curæ meæ ipſos Filios commiſiſti TVOS, hocq; tam raro, tam certo judicio TVVM de vita moribusque meis teſtimonium pulcherrime obſignaſti. Cui TVO de me tam honorifico judicio, ut ne poſſet culpa erroris alicujus, aut præproperæ facilitatis imputari, feci equidem, quantum in me fuit, ſemper, effeciq; apud TE, ut penitus con-

):():(fido.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

fido. Num & apud alios nonnullos, dubitare cogor, cui non potest esse ignotum plane, quam sit sęculum fingendis criminibus ingeniosum, ubi nulla reperit, ipsiq; innocentiæ non raro struat insidias, & vel suspicionibus, si aliter non datur, detrimentum afferat. Sed fatiget sese livor, quantum volet. TVVM mihi judicium labefactare (confidenter assero expertus) frustra conabitur, quo salvo integroq;, molestas hasce quidem, sed nil ultra nocituras nugas animo erecto, optimeque sibi conscio contemnam. De cætero, quamdiu vixero, impendam operam, ut ne dici jure queam, fefelliſſe. Quo pertinet hic quoq; labor, si non effectu, voto tamen atque destinatione mea. Quem proinde, COMES Illustrissime excipies, ut alia consuevisti mea, obsequentissimeque devoti TIBI animi hoc pignus, proque tot beneficiis TVIS gratissimæ mentis argumentum extare apud TE permittes. Deus TE servet Regi, Patriæ, litteris, bonis ad postremum omnibus quam diutissime. Vale. Scripſ. Upsaliæ a. d. 1. Maji An. M. DC. LXXIII.

Illustris. Excellentiæ Tuæ

Obsequentissime devoto animo
perpetuum addictus

JOANNES SCHEFFERUS
Reg. Jur. Nat. & Gent. Prof. Honorarius,
nec non Eloq. & Polit. Skyttianus.

LECTO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

VI

LECTORI BENEVOLO
S. D.

QVid impulerit me ad ſuſcipiendum hunc laborem, alibi jam dixi. Nempe Illuſtriſſimus Excellentiſſimusq; Regni hujus Academiæque Cancellarius, Comes MAGNVS GABRIEL DE LA GARDIE &c. cum videret circumferri pluſcula de Lapponibus apud exteros, quædam fabulis anilibus, quam veritati propiora; quædam etiam in odium gentis Sueticæ, & diminutionem gloriæ, quam armis victricibus per tot annos ſibi peperit, labemque conficta; intereſſe Patriæ putavit, ne ſineret diutius in tenebris latere, quæ ad mores hujus gentis, indolemque, ad ingenium regionis, in qua degit rectius noſcenda poſſunt pertinere. Voluit autem meo iſtoc fieri calamo, non quod eſſem maxime idoneus, potuiſſe namque alios rectius & melius hoc facere, cur abnuam? ſed quod minime difficilis ac cunctabundus. Utinam autem votis tanti viri ſatisfactum eſſet aliquatenus. Nam ut in omnibus, ne ſperare quidem debeo, qui peregrinus ſum in terris hiſce, in quibus ipſi Lappones ſunt peregrini, ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

eo difficilis mihi fuit indagatio morum geniique, quo utuntur. Dedi tamen operam, ne desiderari possit quid eorum, quæ unquam hac de gente prodita leguntur. Adjunxi quoque his non pauca nostri ævi, quædam hoc fine nunc demum composita, quæ imprimis mihi profuere. Qualia ante cætera & seorsum hic laudanda veniunt, quæ M. Johannes Tornæus, Pastor & Præpositus Tornensis, & Dn. Samuel Rheen, Pastor quondam Lapponicus in Lapponia Pithensi, nunc vero in Bothnia degens, huc transmisere. Accessit & Olai Petri Niurenii labor pridem conscriptus, & nunc communicatus mihi per filios ipsius, Zachariam & Ericum Plantinos. Consului postremo ipsos Lapponas non semel, eosque, qui quacunque occasione istis quondam versati sunt in regionibus. Atque ita istæc omnia inter sese contuli, studio diligentiaque, quanta potui, inque sententiis diversis, quæ videretur vero maxime vicina, ostendere conatus sum. Errores non paucos aliorum aperui, veritatem, & certissimorum hominum fidem bonam studiosissime sum secutus, ut jure videar gloriari posse, per me demum orbi Lappones Lapponiamque vere innotescere. Quo fine etiam, quæ non satis explicari poterant sermone, imaginibus prodidi, quas ipse ad rerum ipsarum viva exemplaria delineavi. Verba quoque

attuli:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

attuli ubique fere illorum, unde quæque hausi, primum ut intelligi posset, qua à me dicantur fide, quæ adfero; deinde ut ne laudi alienæ quid à me decerperetur. Atque licet sermo Sueticus, quo illa plæraque sunt consignata, peregrinis vulgo non sit notus, dandam tamen mihi operam putavi, ne cuiquam fingere aliqua pro arbitratu meo possem videri, quod fieri necesse est, si vel per alios intelligent, quam recte singula sim assecutus, verbisque reddiderim Latinis. Scio fore, qui me nimiam nonnullis tribuisse fidem dicent, iis maximè, quæ de magicis hujus gentis circumferuntur. Sunt enim non pauci nostri ævi, qui ut sapere cordatius, quam vulgo alii, videantur, istæc omnia pro meris habent somniis, & anicularum credularum nugis ac commentis. Scilicet, diabolum se ita mancipaturum ajunt homini contemptissimo, ut ad nutum ejus, tam varia & prodigiosa efficiat. Audent ergo provocare hos, experimenta ab ipsis exigere, diabolum cupere videre, ipsorum opera evocatum. Qui si crederent diabolum, & ejus artes tot tantasque, quas nullum assequi potest ingenium humanum, nulla cogitatio comprehendere, & studium ejus incredibile decipiendi homines, quo quid vis facit, ut unius, contemptibilis fortasse aliquibus, à DEO tamen creati, à Christo sanguine morteque acerbissima redempti animam in laqueos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

inducat ſuos, à ſermonibus iſtis parum piis credo abſtinerent. Equidem non negaverim, multa fingi, multa in majus attolli. Nihil tamen viribus humanis altius ſuperiuſve arte diabolica poſſe effici, hoc dicere quid eſt aliud, quam omnium temporum experientiæ, ipſisque ſacrarum Litterarum hiſtoriis ſe opponere. Et cur negant tandem? An quod diabolus non poſſit talia efficere, qui præditus eſt ingenio perſpicaciſſimo, qui tot ſæculorum inſtructus eſt experientia, qui naturam totam habet cognitiſſimam. An quod nolit? qui noctes diesque ſaluti hominum inſidiatur, qui ut damno quem afficiat, omnem operam impendit. Sed non facit tamen iſtis exigentibus. Nimirum quos jam ante habet captos per impietatem, non vult eò inducere, ut viſis hiſce ejus artibus, incipiant credere diabolum, eum metuere, ac quærere quo pacto ſeſe liberent à vinculis ipſius. Quo magis deſinere debebant ſuis illis objectiunculis irridere artes diabolicas, & tanquam ſtolide confictas, ſtolidiusque creditas contemnere. Non ſunt contemnendæ illæ, ſed oranda gratia & miſericordia Divina, ne nos illis ſinat corripi, & in damnum aliquod valetudinis, vitæ, quodque longe majus eſt, ipſius animæ induci. Alias quis credat, omnium fallimentes oculosque omni tempore? Sic viderunt ante annos non ita multos plauſtrum ruſticum onuſtum fœno in medio foro Holmenſi una cum equis correptum turbine, ac eductum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

eductum in sublime, mox suo repositum loco, sicut Lappo futurum promiserat nonnemini experimentum artis ejus visere desideranti, cum alia omnia manerent immota inconcussaque, quæ circa erant. Non poterant tot hominum spectatorum oculi sic falli ut crederent eductum in sublime, quod stabat in terra, si vel maxime illum unum istæc cernere desiderantem Lappo fefellisset. Non possum igitur cum iis facere, qui hæc omnia, tanquam stolide conficta, rejiciunt, maloque nimis credulus in aliquibus videri, quam tot annorum hominumque experientiam in haud ita pium dubium vocare. Verum ista jam ab aliis sunt uberrime exposita, & ego tantum attuli, ut me liberarem à suspicione falsitatis, si quæ scripsi, quæ fortassis fidem non invenient apud omnes. Vale, atq; me meaq; studia favori tuo commendata habe.

NOMINA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

NOMINA EORUM, QUORUM FIDEM
ſecuti ſumus in concinnatione hujus operis.

Adamus Bremenſis.
Albertus Magnus.
Anonymus Sueticus. Mſ.
Arngrimus Jonæ.
Auctor Herrods ſagæ.
Auctor S. Olaffs ſagæ.
Bartolomeus Cocles.
Jo. Baazius.
Andr. Buræus.
Johan. Buræus. Mſ.
Phil. Cluverius.
Damianus à Goes.
Andr. Friſius.
Hugo Grotius.
Sigiſm. ab Herberſtein.
Jo. Jonſton.
Paul. Jovius.
Lomenius Briennæ Comes.
Magnus Olai Islandus.
Johan. Magnus.
Olaus Magnus.
Seb. Münſterus.
Nicolaus Aronis.
Ola. Petri Niurenius Mſ.
Caſp. Peucerus.
Eric. Plantinus Mſ.
Zachar. Plantinus Mſ.
C. Plinius.
Procopius.
Sam. Rheen Mſ.
Saxo Grammaticus.
J. Cæſ. Scaliger.
Servius.
Sigfridus Aronis.
Ol. Matthiæ Sirma Lappo.
Spirzi Nils Lappo.
M. Matth. Steuchius Mſ.
Tabula Peutingeriana.
Tacitus.
Jo. Tornæus Mſ.
Iſa. Voſſius.
Mich. Wexionius Gyldenſtolpe.
Ol. Wormius.
Jac. Zieglerus.

JOAN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

1.6.435

JOANNIS SCHEFFERI
Argentoratensis
LAPPONIA.
CAP. I.
De Vocabulo Lapponiæ.

LApponiæ non idem apud omnes nomen est. Nonnulli *Lappiam* dixere, inter quos Johannes Magnus, ut videmus ex præfatione, quam Historiæ præmisit suæ. *Deinde*, inquit, *versus Austrum utraque Lappia conjungitur*. Potest accepisse à Saxone, qui sic habet lib. V. *Provincia Helsingorum Iarnberorum & Iamtorum cum utraque Lappia, Dimaro cuidam procurandas attribuit*. Et non ita multo post; *Præterea Helsingiam ei, cum utraque Lappia contribuit:* At vero aliis est *Lapponia*. Olaus Magnus frater Johannis, in explicatione tabulæ Geographicæ, qua Scandinaviam est complexus: *C. sub hac litera tres insignes regiones reperiuntur, Scriesinnia, Biarmia, & Lapponia*. Et jam ante ipsum Jacobus Zieglerus in libello de regionibus Septentrionalibus inter titulos provinciarum, quas describit, unum fecit *de Lapponia*. Qui & in subjectis illi titulo: *His per rapidusimos fluvios inter montes Lapponiæ deferuntur*. Neque aliter Ericus Versalienſis, qui utrumque antecessit: *Finlandia*, inquit, *cum adjunctis sibi regionibus, quæ sunt Tauastia, Carelia, Lapponia, &c.* vel Andreas Buræus, qui scripsit post utrumq; *Lapponia septentrionalium provinciarum extrema*. Pari modo se res habet cum vocabulo eorum, qui Lapponiæ seu Lappiæ sunt incolæ. Nam nonnulli vocant eos *Lappos*, ut Herberstenius in Desc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Moſchovia. *Feris tamen Lappis ſunt manſuetiores.* Item: *Delicta poſtea Lapporum terra* & Wexionius lib. IV. Sueciæ c. 6. *Lappi agreſtes ſunt.* Aliis ſunt *Lappones*, ut Jovio in Deſcr. Moſchoviæ. *In extremo ejus Oceani littore Lappones exiſtunt.* Item Zieglero, in libello de Regionib. Septentr. *Sunt vero Lappones ſtaturæ modicæ.* Cluverio ſunt *Lappii* & *Lappiones*. Ita namque ſcribit Lib. III. Introduct. Geogr. c. 2. *His proximi ſunt verſus Orientem Lappiones ſive Lappii.* Sequitur ipſum Comes Lomenius, qui ſic habet in itinerario: *Subſtitinuo Vmæ, unde Lappionum tractus nomen habet.* Olao Magno *Lapponienſes* uno loco ſunt, qui occurrit lib. IV. c. 9. Herberſtenius nonnunquam *Loppos* dicit, credo quod ſic nominari audiviſſet a Moſchoviis. Hi namque ita vocitant. Cleverius lib. III. c. 41. Germaniæ Ant. *Finnis contermini Ruſſis dicuntur Loppi, Svedis, Danis, ac Norvegiis Lapper.* Herberſtenii hæc verba ſunt: *Venerunt dein in Diki Lopporum, qui feri Loppi ſunt, regionem.* Item: *his Loppi vice jumentorum utuntur.* Et aliquanto poſt: *Loppii quamvis pane, ſale, aliisque gulæ irritamentis careant &c.* Damiano Goës neſcio qua cauſa ſunt *Pilapi.* Titulus epiſtolæ ad Johannem Magnum legationi Indorum ſubjunctæ. *De Pilapiis.* Et regio, *Pilapia.* Verba ejus in epiſtola ipſa. *Memini ſub Archiepiſcopatus tui ditione eſſe regionem, quam Pilapiam vocant.* Verum hæc Pilapia planè incognita eſt. Num audivit quippiam de *Pitha Lappia* & *Pithalappis*, aut Pithlappis, hoc eſt, Lappia territorii Pithenſis? Ita ſuſpicor, indeque credo natam iſtam vocem. Damianum ſecutus eſt Peucerus in de divin. p. m. 202. ſine ratione, ut jam dixi. *Inter reliquas*, inquit, *ultimæ oræ gentes Pilappii, extremam Scandinaviæ peninſulæ partem, ad mare glaciale inhabitant.* Sueci ſermone populari *lapper*, ut jam eſt teſtatus Cluverius, regionem *Lappmarkiam* conſueverunt nuncupare, id eſt, terram Lapporum. Suecis enim terra, *Mark* eſt, Dani & Norvegi, *Lapplandiam*, ſignificatione ſimili. Quanquam his non minus ſit *Findmarkia*, quod colligitur ex deſcriptione Norvegiæ à Petro Claudi concinnata. Ita enim legitur in ejus cap. 38. *vdi de fiarder in Findemarken falde ſtora Elfvver ned af fieldet.* h. e. *In regiones Findmarkiæ labuntur flumina ingentia e montibus ſuperioribus.* Et paulo poſt. *vdi Findmarken bru-*

gis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

gis & Laxfiſkend paa Kongen uegne h. e. *In Findmarkia locus, ubi Regio nomine Salmones capiuntur.* Non aliam intelligere terram per Findmarkiam, quam Lappiam cæteris dictam, vel Lapponiam, intelliget quilibet, qui caput illud totum volet conſulere. Indicatque ipſe, quando in ipſius fine plura ſe propoſiturum ait, *vdi Laplandis beskrifvvelſe*, h. e. *in deſcriptione Lapplandiæ.* Ac de Findmarkiæ appellatione quidem poſtea nonnihil tradam: De Lapponiæ vero, aut Lappiæ vocabulo nunc agere aggrediar. Id qua ratione ita dictum fuerit, non ſatis certum eſt, vel exploratum inter eruditos. Zieglerus putat factum a Germanis, quod in Lappia ſint homines Lappi, hoc eſt inepti & inſulſi. *Lapponia*, dicit in libello peculiari de Regionibus Septentrionalibus, *dicta eſt a populo, quo habitatur. Vocant vero Germani Lappones eos, qui parum idonea rei præſenti dicunt, & faciunt.* Sed qui poſſit ita dicta eſſe a Germanis, quibus ſerò admodum innotuit? Nemo certe ex vetuſtioribus, qui Germaniam aut res Germanicas conſignavere, ullam Lappiæ aut Lapponiæ fecit mentionem. Deinde nec Germanis ſolis ita dicitur, ſed & Suecis & Finnonibus, quorum linguæ non modo a Germanica, ſed & inter ſeſe differunt plurimum. Ipſi ad poſtremum Ruſſi aut Moſchovii ſic nominant, qui utuntur lingua ab his omnibus diverſa. Non poteſt vocabulum a Germanis, gente longius diſſita, ipſi impoſitum tranſiiſſe in linguas, tot & tam diverſas gentium magis vicinarum, cum præſertim Germani cum his nulla, vel exigua quondam colerent commercia. Sed nec gens Lapponiæ usque adeo inepta inſulſaque eſt, quod Zieglerus ipſe agnoſcit, quando mox de illa in libello eodem: *Pars artificia exercent, pingunt acu ad delicias, & faciunt veſtes intextas auro & argento.* Itaque non poteſt hæc conſiſtere ſententia ipſius. Neque tamen aſſentiri auſim Wexionio, quando nomen Lappiæ cenſet eſſe Sueticæ originis, quippe incolas ipſius ita eſſe dictas, quoniam utantur pellibus. Certè *Lapper* & *Skinlapper* apud Suecos, unde Lappos, & eorum regionem Lappiam, velut pellitorum terram putat nuncupatam, nunquam pelles denotant, ſed pellium veſtiumve pannos, Græcis ῥάκος, qui non parum differunt a pellibus. Unde Olaus Petri Niurenius, qui de Lapplandia temporibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Guſtavi Adolphi ſcripſit, potius, ex eo nomen ipſorum derivat, quod laceri pannoſique quotannis excurrerent in Sueciam. Verba ejus ſunt in c. 1. *Ex ea regione magna mendicorum copia in vicinas Septentrionis provincias quotannis & olim irrumpens, ſeſe in conſpectum ruricolarum projecit, qui cum omnes laceris & fractis viſebantur veſtibus, à plebe Suetica Suecum nomen, nempe Lapp, ſunt merito ſortiti.* Quanquam nec excurrant Lappones tam frequentes, nec ſint tam pannoſi, ut præ aliis hoc nomen eis potuerit imponi; Finnonibus puta, & ſimilibus. Sed nec pelliti ſemper Lappi, ut videtur velle Wexionius, verum contra frequentius amicti veſtibus ex lana, ut oſtendam in ſequentibus. Grotius putabat Lappos dictos a currendo. Verba ejus ſunt in Indice Nominum propriorum apud Procopium & Scriptores Gothicos: *Lappi, Loppi, Lupiones, in Tabula Peutingeriana. Curſores gens eſt curſu valida.* Sed nec hoc probare poſſum, cum vocabulum, quod curſum notat, unico ſcribatur per, quod gentem duplici. *Læpa* enim apud Suecos *currere*, pro quo Germani duriore ſono *lauffen*, *Lapp* autem *Lappus*. Præterea nec Lappi currunt ſimpliciter, ſed in nivibus & glacie, certis ad id factis calceis inſiſtentes, ſineque curſu, ipſa lubricitate celerrime ſe protrudunt. Alii exiſtimant, non regionem ab incolis, ſed incolas a regione ita dictos. Quomodo & Norvagi, & Eſthones, & alii non pauci ſic a regione appellati. Videturque hoc juvari eo, quoniam qui Lappi aliis, incolæ regionis, *Lappomanni* ſunt Olao Magno, ſicut nominantur & *Nordmanni*, & *Weſtmanni*, & *Sudermanni*. Quibus in vocabulis cum illud *manni* ſignet viros, regiones iſtas habitantes, Lappomanni quoque credi poſſunt ſic vocati, quod ſint quaſi viri, hoc eſt, incolæ, habitatoresve Lappiæ. Regionem vero Lappiam ſic putant dictam propter ſitum, quod ſit ultima extremave portio Scandinaviæ, illique velut pannus & appendix aliquis adhæreat. Quin imo exiſtunt, qui τὰ Lappu, Finnonicum affirmant eſſe, ac ſignificare extimum vel extremum, Lappiamque appellatam, quod extrema ſit in ſinu Bothnico. Joh. Tornæus: *Lykare ær dett, att theſkole-nämbde vvare af dett Finska ordet* Lappu, *dett ær, ett ſlut, eller een ænda uppa nagot.* Lyka ſom deſſe vvore ændan, ſlutet eller dhe aldrayterſta

af

af alt folck, ſom dhe Nordiske orterna bebao. Hoceſt: *Vero magis ſimiles, ſic dictos* (Lappones) *a Finnonico vocabulo* Lappu, *quod ſignificat clauſulam ſive finem rei alicujus, quaſi* Lappones *ſint finis & concluſio, ultimique populorum omnium, qui terras ſeptentrionales incolunt.* Quanquam autem hæc ſententia ſit admodum probabilis, tamen meo animo veriſſima, quam cum vocis *Lapp* ſignificatio apud ipſos Lappones, tum rei geſtæ fides ſubminiſtrant. Dictam nempe Lappiam regionem non per ſe ac in reſpectu ad ſitum, quod ſit ultima extremave ſinus Bothnici aut Scandinaviæ, ſed ab incolis, quod Lappi eam habitent. Quippe ſi à ſitu nominari debuiſſet, *Lapp* fuiſſet dicenda, ut illius incolæ appellarentur *Lapper*; vel incolæ vocandi fuiſſent *Lappmarker*, ſi à regione debuiſſent nominari. Nam à Lappmark vera analogiæ ratione ſunt *Lappmarker*, quomodo cum nusquam ſcripti appellative fuerint Lappones, non *Lapper* à *Lappmark*, ſed vice verſa, *Lappmark* à *Lapp*, & in plurali *Lapper* erit nuncupata. Lappos verò velut extorres, ejectos, exules cenſeo vocatos. Iſtoc enim *Lapp* vocabulum in lingua Lapponum ſignificat. Quod me primus docuit vir Reverendus & doctiſſimus, Dn. Zacharias Plantinus. *Innotuit mihi*, ait, *Lappe in lingua Lapponica ſignificare rejicere, extrudere.* Nimirum gens Lapponica ex Finnonicis eſt orta, interque ipſas nata, ſed dein ejecta expulſaque è Finnonia, ut dicetur in ſequentibus. Et quia ſolum patrium reliquit, abiitque velut in exilium, inde nomen hoc accepit. Non à ſe ipſa, alio enim ſeſe ipſos Lappi vocabulo compellant, ut mox dicam, ſed à ſuis civibus prioribus, id eſt Finnonibus. Nam ſic & Finnonicum vocabulum, de quo in ſuperioribus, accipiendum, quod nimirum eum innuat, qui venerit ad extrema, qui peregre in terras ultimas abierit, qui ad extrema ſit ejectus. Quicquid enim ejicitur vel expellitur, extra id, unde ejicitur, collocatur. Atque quoniam Lapp idem, ac ejectus ſive exul, ideo ex Lappis nemo eſt, qui ſe Lappum dici æquis auribus accipiat, ſi paulo fuerit præſtantior. Olaus Petri Niurenius dicto loco: *populi primates, cum eo ſe ſalutari titulo* (Lapponum puta) *audiunt, non parum ſtomachantur.* Item filius ejus Dn. Plantinus in præfatione quadam Lexici Lapponici, ad me miſſa nuper, calamo conſcripta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Displicet, inquit, *honoratioribus nomen* LAPPE, *illi nescio quod accusantibus subesse convitii.* Convitium quod inesse conqueruntur voci LAPPE, non est aliud, quam quod arguantur ea, tanquam patriæ suæ desertores, profugi, conjecti in exilium, ut dixi. Ab his ergo ejectitiis exulibusque Lappia est dicta, idque non ipsorum voluntate quadam, sed cum exprobratione ac convitio, auctoribus Finnonibus, qui primi eis hoc vocabulum imposuere, ac deinde tradiderunt usibus cæterarum quoque gentium. Unde non Sueci modo, qui haud dubie acceperunt à Finnonibus, vel Germani, qui didicere à Suecis, sed & Moschovii LAPPOS nominare perseverant. At vero ipsis LAPPIS LAPPIA est *Sabmienladti*, ut loquuntur in LAPPONIA Vmensi, vel *Sameednan*, ut usurpant in LAPPONIA Tornensi, à vocabulo *Sabmi*, sive *Same*, quo se atque gentem suam sua lingua dicunt nominari. Quid sit illud *Sabmi*, atque unde LAPPI acceperint, in sequentibus aperietur. Quando autem primum LAPPI dici cœperint, & regio ipsorum LAPPIA, haud facile est demonstrare. Illud plane certum, vocem esse minime antiquam. Nemo enim paulo vetustiorum est scriptorum, apud quem occurrat. Nusquam legitur apud Tacitum, qui tamen Finnones (vicinos eorum, atque primos auctores, ut liquebit ex sequentibus) commemoravit. Nusquam apud Ptolomæum, Solinum, Antonium Augustum, Rutilium, aliosve. Ac ne domestici scriptores quidem aliquam Lapponiæ faciunt mentionem. Nihil de Lapponia (ut Jornandem, Paulum Warnefridi, & id genus alios nunc taceam) habent scriptores prisca lingua Islandica, Norvagica, Gothica utentes, quales qui Res Heraudi & Bosæ, vel Gœtrici & Rolfi, vel Olafi Regis, vel his similes tradidere. Nihil de ea invenies apud Adamum Bremensem, diligentissimum alias scriptorem, & qui nil omisit eorum, quæ vel fando de his regionibus cognovit, quod abunde Scandinavia ipsius testatur. Nihil apud Sturlesonium, qui septentrionis res vernacula lingua studiosissime composuit. Adeo non possum, quæ produntur viro eruditissimo Cluverio, cui & Grotius facilitate quadam fidem tribuit, comprobare, qui putabat Lappones in tabula Peutingeriana memorari. Verba ejus sunt Germaniæ Antiquæ lib. III. cap. XI. *In tabula Peutinge-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tingeriana hæc leguntur verba: LUPIONES SARMATÆ. VENADI SARMATÆ. BASTARNI. *Ex his Baſtarnos a Ponto quondam usque ad Viſſulæ fontem coluiſſe, hisque conterminos fuiſſe Venedos & Venedicum ſinum, & his porro Finnos infra docebo. Vnde apparet,* LUPIONES *iſtos nullos alios eſſe, quam qui hodieque Finnis conterminí, Ruſſis dicuntur Loppi, Suecis, Danis, ac Norvagis Lapper cæteris Germanis Lappen.* Autor hujus tabulæ vixiſſe creditur ſaltem ante tempora Theodoſiana, id eſt annis ſexcentis amplius ante Adamum Bremenſem. Qui ergo poſſit fieri, ut LAPPORUM LAPPIÆQUE ipſe habuerit notitiam, peregrinus licet, longiſſimeque ab his oris conſtitutus, nec Geographiæ usque adeo peritus, quod Welſerus pridem docuit; Adamus Bremenſis, tanto vicinior, & qui regiones haſce cognovit ab eis, qui in illis ipſis ſunt verſati, non habuerit? Adde quod Lupiones in tabula Peutingeriana Sarmatæ vocentur, Lappi vero nil commune habeant cum Sarmatis. Sed nec quisquam eſt Scriptorum veterum, qui veniſſe Sarmatas in Septentrionem teſtetur. Itaque Lupiones in iſta tabula ſunt quivis potius, quam Lappi, cum LAPORUM LAPPIÆQUE nomen eo tempore, quo Auctor ejus vixit, ne ſcriptoribus quidem Gothicis, Norvagicis, aut Danicis, hoc eſt, iis ex gentibus oriundis, quarum LAPPI vel vicini, vel ſubditi fuere, innotuerint. Primus qui Lapponiæ ſeu LAPPIÆ feciſſe mentionem videtur, Saxo eſt Grammaticus. Is enim ita habet lib. V. Danicæ Hiſtoriæ: *Provincias Iarnberorum & Iamptorum, cum utraq; LAPPIA.* Item poſt: *Præterea Helſingiam ei cum utraque Lappia contribuit.* Vixit Saxo, Hiſtoriamque ſuam ſcripſit circa annum Chriſti M CXC. atque ſic Adamum, qui floruit circa annum Chriſti M LXXVII. annis centũ circiter & tredecim eſt ſecutus. Quo proinde intervallo primum Lappiæ vocabulum cœpiſſe uſurpari, neceſſe fuerit. Nam quod Saxo eam commemorat jam diu ante, ac temporibus Frothonis Tertii, Alrico Regi apud Suecos æqualis, quem non multo quidem, ante Chriſtum tamen noſtri volunt floruiſſe, fit non eo, quaſi tum exſtiterit Lapponia ſic nominata, ſed quod poſtea ſic dicta fuerit, ætateque ejus dici conſueverit regio terraque, cujus ibi fecit mentionem. Manet enim mihi certum, ſi

quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quid aliud,& indubitatum plane, Adamum Bremenſem non fuiſſe omiſſurum nomen ejus, ſi ætate ipſius habuiſſent notum. Poſt Saxonem Lappiam memoravit Ericus Upſalienſis, qui circa annum M CD LXX. hoc eſt annis trecentis pene poſt Saxonem & ducentis ante noſtram ætatem ſcripſit. Ita namque habet in deſcriptione Sueciæ,quam Hiſtoriæ præmiſit ſuæ. *Primum regnum Sueciæ & Ruſſiæ proximum erat Finlandia cum adjectis ſibi regionibus, quæ ſunt Tauaſtia, Carelia, Lappia, Nylandia.* Poſt Ericum non nominavit ſolum,ſed deſcripſit etiam Jacobus Zieglerus in libello antea à me laudato. Atque ſic deinde ejus apud cæteros Europæ populos notitia invaluit. Ut ut enim Lappia occurreret apud Saxonem,quæ tamen eſſet ea regio,quique Lappi,qui eam incolerent,ante tempora Ziegleri extra Sueciam Finnoniamve cognitum fuiſſe credo pæne nemini. Atque hæc de Lappiæ vel Lapponiæ vocabulo ſufficiant.

CAP. II.

De ſitu Lapponiæ.

LAppiæ quis ſitus fuerit temporibus antiquis, non videtur eſſe ſatis exploratum. Jamtiæ vicinam fecit Saxo, in verbis capite ſuperiori allatis. Jungit enim ipſi, quando ait, *Provincias Helſingorum, Iarnberorum, & Iemtorum, cum utraque Lappia, Domaro cuidam procurandas attribuit.* Ex eodem colligas,quod ad Helſingiam quoque Finnoniamque ſe protenderit. Nam inter ipſas memorat in ſubſequentibus. *Præterea Helſingiam ei,* dicit, *cum utraque Lappia, Finniam quoque & Eſtiam annuo ſtipendiorum jure contribuit.* Ponit velut mediam inter Helſingiam Finnoniamque ſuo tempore,quæque hinc Eſtiam,illinc Jamptiam habuerit vicinas. At Ericus Olai, ſeu Upſalienſis partem Finniæ ſtatuere videtur. *Primum regnum, Sueciæ & Ruſſiæ proximum, erat Finlandia cum adjectis ſibi regionibus,quæ ſunt Tauaſtia, Carelia, Lappia, Nylandia.* Hic Lappia eſt pars illius regni,quod ab una parte Sueciam, & altera Ruſſiam contingens, Finnia ſeu Findlandia vocatur. Videturque Ericus locum ei conſtituere Careliam inter & Nylandiam, quia inter duas

iſtas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 1.6.435

1.6.435 P.8

8 c c c l c E c l c i c l l

s
s
iſtas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

istas memorat regiones. Olaus Magnus collocat supra Bothniam occidentalem, ut ex tabula ipsius liquet, ac vicinas ei facit Scrikfinniam & Biarmiam. *Sub hac litera*, inquit in expositione literæ *C. tres insignes regiones reperiuntur, Scrikfinnia, Biarmia, & Lapponia.* Et Scrikfinniam quidem locat ultimum, Septentrionem versus, Biarmiam ponit versus orientem, infra has, & occidentem versus magis constituit Lapponiam. Atque sic Johannes, frater ejus, in præfatione operis Historici. *Habet Suecia à Septentrione Biarmiam suppolarem regionem, quæ in ulteriorem & citeriorem dividitur, habuitque olim, ut Saxo testatur, regni titulum. Ad cujus Orientale latus est vastissima Scrikfinnia, de qua Procopius multa fabulatur. Deinde versus Austrum utraque Lappia conjungitur.* Verum sunt, qui putant Scrikfinniam esse nullam. Buræus in descriptione Sueciæ: *Scrickfinnia, quam Saxo Sialandicus, aliique veteres hic uspiam posuerunt, nulla est.* Ac profecto nulla hodie in istis oris, hoc vocabulo notata. Nec tamen temerè contempserim, quod tot viri docti, ac præsertim Saxo, rerum Septentrionalium non profecto imperitus, tam consentienti calamo prodidere. Adde quod non nude nominent, sed describant, incolarum ostendant ingenia, mores, & habitus, addant constitutionem Reipublicæ, res postremo enumerent. Quanquam pro *Scrikfinnis*, aut *Scricfinnis*, quod occurrit apud Johannem & Olaum Magnos, *Scritofinni* videatur legendum. Nam quod de *Skidfinnis* suspicatur Andreas Buræus, eo minus potest placere, quod in hoc vocabulo R. litteram agnoscent omnes veteres, tametsi non conveniat in cæteris. Jornandi quippe sunt *Scretefennæ*, Paulo Warnefridi Diacono, *Scritobini*, permutatione *f* in *b*. de qua cum aliis hujusmodi peculiari aliquando agam opere, Adamo Bremensi *Scritefinni*. Nec recedunt Græci, quorum scriptura facit, ut non audeamus dubitare de Latina. Procopius profecto nunc Σκριθίφινες, nunc Σκριθιφίνες vocitat. Præterea res ipsa arguit, quando Scritefinni non sunt, nisi Finni, *qui à saliendo juxta linguam barbaram Etymologiam ducunt*, uti auctor ipse Paulus Warnefridus. *Saltibus enim utentes* inquit, *arte quadam ligno incurvo ad arcus similitudinem feras assequuntur.* Non ergo nomen acceperunt à *Skidh*, soleis illis ligneis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſed à ſaliendo, id eſt, perniciſſime currendo iis ſoleis, quod vix poteſt eſſe dubium, quin apud veteres *Skriida* dictum fuerit. Cum præſertim firmet auctor Warnio citatus in Lexico p. 46. ubi refert formulam juramenti, præſtiti ab Hafur, qui ſe pacem jurat ſervaturum, quamdiu *Finnur Skriidar*. Nam quæ ibi reddita eſt explicatio, quod ſignificet *Finnos corpus exuentes, & ſic late circumvagantes*, plane aliena eſt. Certe *Skridsko* hodieque calcei lignei, ſive ſoleæ, quibus in glacie decurrunt. Nec abludit *Skirida* apud veteres poſitum pro *ſerpere*, quando non procedunt pedibus ſublatis alternatim, quod fit in curſu vulgari; ſed nivibus congelatis inhærentes, ut ab iis fit, qui ſerpunt, ſeſe promovent, qui hoc genere utuntur, ut in ſubſequentibus oſtendetur. Nec fortasſis alia eſt cauſa, quare à quibusdam Himantopodes ſint dicti. Non enim alii intelligendi apud Adamum Bremenſem, quando ait; *Hi ſunt illi, quos Solinus dicit Himantopodes, uno pede ſalientes.* Solinus ſic de his cap. mihi 44. *Himantopodes fluxis niſibus crurum repunt potius, quam incedunt, & pergendi uſum lapſu magis deſtinant, quam ingreſſu.* Quæ cum noſtris Scritofinnis optime conveniunt, ſcilicet, qui audibant *Skriida* eſſe *ſerpere*, quid poterant ex Scritofinnis facere, quam homines non ingredientes, ſicut vulgo ſolent homines, uno pede ſublato poſt alterum, ſed pergentes lapſu, ſicut loquitur Solinus, id eſt more Serpentium. Sed de hac re dicam pluribus, cum ad curſum glacialem Lapponum erit ventum. Illud tantum agimus hoc loco, ut appareat, Scritofinnos recte dici, atque regionem Scritofinniam vel Scritfinniam, quam incolunt. Nec eſſe illam plane habendam pro nulla, quando hodieque ſunt Scritfinni, hoc eſt Finni ſoleis ligneis decurrentes per nives, quorum proinde regio non inepte Scritofinnia dicetur. Neque aliter fortaſſe cenſendum de Biarmia, quam & ipſam ſunt, qui dicant eſſe nullam. Repugnat enim pariter mentio ipſius facta ſcriptoribus ſat antiquis. Inter quos eſt is, qui Heraudi & Boſæ res ſermone vetere Gothico ſeu Islandico compoſuit, cui non uno loco *Biarmaland* nominatur. Quin imo appellat Regem ejus *Hereker*, capite ſeptimo, filiosque ejus, unum *Rærik*, *Siggeir* alterum. Pari modo Regem quendam ejus Saxo memorat, lib. IX. quem tenuiſſe imperium tempore

Regne-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Regneri Regis apud Danos teſtatur. Facitque Saxo eam vicinam Finlandiæ, quando dictum Regem Biarmiæ confugiſſe ait ad Matullum, qui Finnoniæ tunc præerat. Quanquam autem & Biarmia ſit apud veteres, & Scritfinnia, utrum tamen fuerint provinciæ diverſæ diſtinctæque, dubitari poſſe videtur. Certe nusquam, niſi apud Olaum & Johannem Magnos poni deprehendes eo modo, ut aperte conſtet de diverſitate. Nam Procopius, Jornandes, Paulus Warnefridi, & Adamus Bremenſis, qui Scritfinniam commemorant, nusquam mentionem faciunt Biarmiæ. Contra Scriptores veteres Boreales, qui Biarmiæ meminerunt, nullam nominant Scritfinniam. Saxo quidem memorat utramque, verum ita, ut in unica præfatione ſui operis Scritfinniam nominet, Biarmia omiſſa, locis aliis loquatur de Biarmia, neque ullam mentionem faciat Scritfinniæ. Quæ res facit ut propè cenſeam, eandem regionem à domeſticis ſcriptoribus Biarmiam, ab exteris Scritfinniam eſſe dictam. Facit huc, quod ſicut Scritfinnia regio vicina Helſingiæ apud Adamum Bremenſem, pari modo & Biarmia apud Hiſtoriæ Heraudi & Boſæ ſcriptorem, quando memorat in ea Sylvas atque fluvios, exonerantes ſe in ſinum Ganduie qui nunc Bothnicus vocatur, & vicinus eſt Helſingiæ. Item quod, quemadmodum Scritfinni gens eſt Finnica, quod non modo nomen arguit eorum, ſed & vetus Chorographicum Grotio laudatum, quod diſtinguit Fennos in *Scritfenos* & *Redefenos*; pari modo credere de Biarmis liceat, cum ob vicinitatem de qua ſupra, tum præcipue ob Deum, quem ſub Jomalæ vocabulo coluiſſe, prædictus Hiſtoriæ Heraudi ſcriptor teſtis eſt. Nam Jomala Finnonica eſt vox, quæ Finnis hodieque Deum denotat. Sed & cæteraBiarmenſium ſimilia Finonicis, ut vis ſagittarum emittendarum, artes magicæ, ac id genus, quæ in eis Saxo pluribus eſt perſecutus. Ut Biarmia Colonia Finlandiæ videatur, cujus incolæ dicti Scritofinni fuerint à peregrinis, qui hoc eis nomen à conſuetudine currendi per gelatas nives impoſuere. Cæterum tametſi hæc ſe ita habeant, & Biarmia veterum & Scritfinnia non diverſæ fuerint provinciæ, ſed una eademque, tamen illud manet dubium, videlicet, an ea extiterit alia ab ipſa, quæ deinde dicta eſt Lapponia. Nam hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quidem ſtatuunt Olaus & Johannes Magni, quod partim ex tabulis eorum Geographicis, partim ex deſcriptionibus ſuperius allatis patet. At repugnat, quod ſic ſpacium Lapponiæ non datur. Etenim ſi Scritfinnia & Biarmia extendant ſe ab una parte verſus Helſingiam, Jamptiamque, ab altera verſus Finnoniam, hasque habeant Provincias vicinas, ut demonſtratum in ſuperioribus, ſi ad ſinum Bothnicum etiam procedant, quod & ipſum antea docuimus, nihil ſupereſt ad Lapponiam. Neque recte faciunt Olaus & Johannes, quod Biarmiæ ac Scritfinniæ ſubjiciant meridiem verſus, cum veteres Biarmiam Scritfinniamque etiam ultra terminos Lapponiæ ab ipſis conſtitutos dilatarint. Nam quod quidam putant, eam ſolam veteribus fuiſſe Biarmiam, quæ à Suecis hodie vocatur Trennes, erroneum apparet ex ſuperioribus. Buræus in deſcriptione Sueciæ. *Quæ regio Suetice Trennes, Lapponice Pyhinienni, Ruthenice vero Tarchana Voloch hodie appellatur, quidam putant eandem eſſe, quam veteres Biarmiam appellarunt, quod nomen detortum videtur à Finnonico vuorama, quod montuoſam regionem ſignificat.* Si Trennes ſola veterum Biarmia, quomodo in ea fluvii, qui in ſinum Bothnicum decurrunt? quomodo Finlandiæ vicina? Itaque in ea ſum ſententia, non eſſe aliam & tertiam provinciam, quæ hodie Lapponia vocatur, à Biarmia & Scricfinnia diſtinctam, quod putabant Johannes & Olaus, verum eam ipſam, quæque primum ab incolis Biarmia à peregrinis Scritfinnia eſt appellata, mutato deinde nomine ob certas cauſas Lappiam ſeu LAPPONIAM eſſe dictam. Nulla certe nunc in oris iſtis noſcitur Scritfinnia nulla Biarmia, ſed quicquid unquam Biarmia vel Scritfinnia terrarum habuiſſe colligitur ex veteribus, id totum hodie factum eſt LAPPONIA. Incipit profecto LAPPONIA à Jamptia & Angermannia, longoque tractu ambit Bothniam utramque, & in Careliæ demum ac Finnoniæ finibus terminatur, ſic ut quicquid eſt terrarum verſus Septentrionem usque ad Oceanum & mare Album & LADOGA LACUM complectatur. Quj ſunt ipſiſſimi Biarmiæ ac Scritofinniæ veteris termini. Quod dixi ad Oceanum ſe protendere, veteribus ſatis notum fuiſſe non videtur. Ac ne Olao Magno quidem, aut Johanni fratri ejus, quoniam in iis partibus Scrit-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Scritfinniam & Biarmiam collocarunt, à Lapponia diversas. Sed & Damianus Goës *procedere* ait *ad ignotas regiones*, qui quæcunque de Lapponia scivit, didicisse omnia ex Johanne & Olao, quibuscum familiariter versatus est, videtur. Ita namque habet in Hispania sua : *Lappia mari Bothnico interjecto, in orientalem & occidentalem dividitur, cujus æquoris extremum Tornia est. Ab Oriente Lacum album tangit, ad Septentrionem varias provincias amplectens, ad incognitum se extendit.* Dicit *ad incognitum* quia quodnam genus hominum in ulterioribus regionibus Septentrionem ac Oceanum versus degeret, ignoravit. Et præter Scritfinnos veteres ibi collocarunt Cynocephalos, Busios, Trogloditas, Pygmæos, Cyclopas, & nonnullos alios, ut de Himantopodibus nunc taceam, de quibus dixi in antecedentibus. At vero hodie est nemo, qui id spatium omne dubitet occupatum à Lapponibus. Neque invenerunt alios, quam Lappones, qui terras illas circumnavigarunt, ut ex Periplis & Itinerariis recentioribus est notum. Confirmatque Petrus Claudi cap. 27. Descript. Norv. *Alt langst ved Siækanten*, inquit, *nord till Findmarken oc æster om igen, haf vve Siæfinnarne besatt alle Iorde.* Hoc est *Finnones maritimi* (sic Lapponum partem vocat, ut & supra monui, & amplius ostendam in sequentibus) *omnia maris littora tenent occupata versus Septentrionem, atq; deinde versus Orientem.* Denique hoc ipsum tradidere, qui authoritate publica missi ad rem omnem explorandam Anno M. DC. Carolus enim Rex, cupidus noscendi habitum totius Lapponiæ, ablegavit eo quendam Aronem Forsium, cum Hieronymo Birckholten, qui negotium hoc expedirent. Niurenius c. 3. *Carolus IX. Sueciæ Rex excelsæ memoriæ, Zelo veritatis commotus, variis temporibus duos insignes Mathematicos M. Aronem Forsium Suecum, Professorem, & Hieronymum Birkholten, Germanum, cum idoneis instrumentis & comeatu ad lustrandam Lappiam & terram continentem ultimam Scandiæ ablegavit. Ii feliciter iter absolverunt & extra gradum elevationis poli 73. nullam continentem ad Septentrionem, sed Oceanum glacialem immensum esse renunciarunt, ultimumq; continentis promontorium penes Oceanum esse Norkum* (rectius, Norkap) *non procul à castello Wardhus.* Sed de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ea, quæ protenditur ad Oceanum, Lapponia viderint, qui volent. Nobis de illa hic maximè propositum est agere, quæ imperio Suecorum est subjecta. Est hæc regio vastissima & patens in immensa spatia, unde toti Sueciæ, quæ sic seorsum nominatur, comparat Paulinus in Histor. Arctoæ l. 1. c. 16. *Lapponum sedes*, inquit, *ipsi Sueciæ magnitudine fere par est.* Andreas Buræus longitudini ipsius miliaria tribuit Germanica centum atque amplius, latitudini non multo minus. *In longitudine*, inquit, *ultra centum miliaria Germanica complectitur, in latitudine vero nonaginta.* Omnis ista regio Lapponiæ vocabulo nunc venit, ut consensu tradunt omnes, quot. quot eam descripserunt. Quod si hæc vastitas cum cœlorum habitu est conferenda, liquebit incipere à gradu latitudinis sexagesimo & quarto, tendereque ad septuagesimum & primum, in longitudine vero meridianis terminari viginti septem, ac fortassis pluribus Andreas Buræus in descriptione Sueciæ. *Lapponiæ maxima pars meridionalis scilicet & mediterranea ad regnum Sueciæ tota pertinet. Regio vastissima à gradu latitudinis sexagesimo quarto, ad septuagesimum & primum extensa.* Pari modo Wexionius lib. 1. c. 21. *Incipit Vma Lappmark, paulo ultra gradum sexagesimum quartum, & ad gradum septuagesimum primum extenditur, quæ Sueciæ ditionis est, ut notavit Pontanus ex Buræo.* Non de Uma Lappmark sola, sed & cæteris Lapmarkiis & Lapponia in universum, quatenus ad Suecos pertinet, hoc est intelligendum, quod colligitur ex Buræo, quem hic laudat, licet parum plane aperteque loquatur. Atque hi de latitudine sunt testes. Longitudo discitur ex ipsis itineribus. Et consensu quasi in hunc diem initia Lapponiæ, quantum ad ipsam ponunt in meridiano trigesimo & octavo circiter, finem in sexagesimo quinto. Atque hoc de situ partim universæ, partim ejus, quæ subjecta est imperio Suecorum. Damianus Goës, eques Lusitanus sic illius terminos delineavit, in Hisp. Descr. *Lappia mari Bothnico interjecto, in Orientalem & Occidentalem dividitur, cujus æquoris extremum Tornia est. Ab oriente Lacum Album tangit, ad septentrionalem varias provincias amplectens, ad incognitum se extendit. Ad Occidentem Islandiam respiciens, parti Norvegiæ est contigua: ab altera*

Nor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Norvegiæ parte Suecia & Finlandia , ac ab utraq; Bothnia cingitur. Quanquam cum interjectum dicat ei mare Bothnicum, recte revellatur ab Olao Petri Niurenio, qui sic habet c. 2. *Hoc si vero esset consonum, utique Lappiæ pars in Finlandia vel Ostrobothnia, pars in Westerbothnia essat invenienda. Quod quam à veritate sit alienum, etiam iis liquet clarissime , qui non dum ære lavantur. Nuspiam enim Lappiam mare Bothnicum propius , quam 18, vel 20. miliaria accedere lippis & tonsoribus notum est.* Etsi & hoc extendi ultra Damiani tempora non debeat, cum fateatur alibi Niurenius ipse, antiquitus habuisse sedem suam Lappones circa mare Bothnicum, sed postea inde ejectos esse , qua de re & in sequentibus agetur. Nunc tantum tabulam subjiciam, qua continetur latitudo longitudoque locorum præcipuorum, sicut observarunt Sigfridus Aronis, & Hieronymus Birckholten An. M. DC. ut est testis Olaus Petri Niurenius.

	Longit.	Latit.		Longit.	Latit.
Uma	38, 0.	65, 11.	Piala	41, 40.	60, 15.
Pitha	40, 0.	66, 14.	Siguar	38, 35.	68, 59.
Lula	40, 30.	66, 30.	Tingwar	38, 0.	69, 40.
Tœrna	42, 27.	67, 0.	Rounula	39, 30.	69, 47.
Kimi	42, 20.	67, 1.	Koutokrine	42, 0.	69, 17.
Lappijærf	42, 33.	70, 9.	Waranger	45, 0.	71, 35.
Antoware	44, 4.	70, 26.	Lanzord	45, 35.	71, 26.
Tenokiile	46, 0.	70, 50.	Hwalsund	42, 40.	71, 12.
Porsanger	44, 2.	71, 42.	Skrisœ	38, 50.	71, 18.
Porsanger	43, 35.	71, 35.	Trumsœ	35, 52.	70, 55.
Lingen	37, 30.	70, 30.	Andacæs	32, 0.	70, 30.
Trœnees	32, 30.	70, 25.	Sergen	32, 20.	69, 3.
Euvenes	33, 35.	70, 0.	Wardhuus	52, 0.	71, 55.
Titisare	37, 55.	69, 40.	Norkaap	45, 30.	72, 30.

Sed ad alia istius regionis veniendum, ut quæ ejus sit natura indolesque, cognoscatur. Si tamen prius hic subjecero delineationem ejus geographicam, quæ est hujusmodi.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. III.

De Lapponiæ cœlo, reliquaque natura.

SItum vidimus Lapponiæ, nunc indolem ingeniumque memoremus regionis ac terrarum. Docet autem situs ipse, polo admodum vicinam esse. Ita fit, ut solem habeat æstivis mensibus nonnullis non occiduum, & hybernis vice versa nunquam orientem. Observavit pridem Zieglerus in libello de regionibus septentrionalibus. *Sol occidit illis locis & ducit noctem unam, continuam, perpetuam per tres fere menses brumæ.* Quam hic rationem ait noctis continuæ per tacitum tempus mensibus hybernis, eadem est diei continui mensibus æstivis. Utriusque enim rei similis est causa. Testaturque Petrus Claudi in Norvagiæ descriptione cap. 27. *De sem der bo, haf vve om Sommaren paa nogen maaneders tid altid dag, oc Kunde udi klart vvær see Solen saa vvel om natten, som om dagen: oc om vvinteren nogen maaneder er idel morck natt.* hoc est. *Qui habitant ibi, tempore æstatis per menses aliquot diem habent continuum, & si purior est aër, solem æque nocturno cernunt tempore, ac diurno; tempore vero hyemis per nonnullos menses mera densaque nox est.* Herberstenius quadraginta tantum dies ait Solem non occidere. *Dicebant etiam in ea regione quæ à feris Loppis habitatur, Solem æstivali solstitio quadraginta diebus non occidere, tribus tamen noctis horis corpus Solis caligine quadam obductum, ut radii illius non appareant eidem, tantumq; luminis nihilominus præbere, ut nemo à labore suo tenebris excludatur.* Nempe non ubique eadem Lapponiæ est ratio, cum pars ejus polo sit vicinior, pars remotior. Sed & ex his ipsis pars una magis versus Orientem, alia magis versus Occidentem, ex quo fit, ut sint, qui ne quidem tot diebus Solem habeant continue supra horizontem. Etsi autem tempore æstivo infra terras non descendat Sol, tamen nec adscendit multum, verum partem maxi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

maximam eas lambit quasi, atque radit. Quemadmodum nec tempore contrario multum infra eas premitur. Ex quo evenit, ut tametsi noctem habeant per menses aliquot continuam, sentiant nihilominus diebus singulis vicinitatem Solis, per quam crepusculi cujusdam instar ea nox utcunque redditur illustris. Zieglerus hac de causa in prædicto libello; *per tres menses non habent lucem, nisi quædam crepuscula, clarissima quidem, sed in pauciſſimas horas, qualesq; lunares splendores faciunt.* Et Johannes Magnus lib. VIII. c. 36. *Restant absente Sole duo crepuscula, videlicet matutinum & vespertinum, in quibus pauculæ diei reliquiæ noctes ipsas, ne penitus noceant, illustrant.* Quanto autem Sol tum inconspectior, tanto luna est illustrior, quippe quæ & supra terras multum se attollit, lumineque suo omnia efficit conspicua. Itaque quod alibi de die, hoc de nocte in Lapponia ad lucem lunæ solet expediri. Johannes idem prædicto loco: *Compertum est, lunare sydus pauco intermisso tempore nocturnos congressus parum minus, quam Solem ipsum diuturnas operas adjuvare.* Similiter Petrus Claudi ante laudato loco: *Om vvinteren nagon maanader er der idel mærk nat, uden huis mannen Liuser for dennem, saa at de da ære ud at fiske ved maaneskin, oc giære huis andet, de hafvve ude at bestille.* Hoc est; *tempore hyemis ibi per nonnullos menses mera densaque nox est, excepto eo, quo ipsis lucet luna, ubi exeunt piscatum ad lunæ lumen, cæteraq; expediunt, quæ extra domum veniunt eis expedienda.* Quod si lunæ lumine sunt destituti, ne tum quidem semper crassis involuti jacent tenebris, sed non raro cum serenior & purior est aër, syderum splendore noctis ille horror mitigatur, & in usus aptatur humanos. Adjuvatque ac auget eum candor nivium non parum, qui receptum splendorem illum stellarum latissimè diffundit. Olaus Magnus lib. III. c. 2. *Lunæ lumine propter interlunium deficiente sub lucidissimis stellis nimium candore clarius micantibus, quæcunq; negocia sua etiam diurno tempore disponunt.* Et lib. IV. c. 9. de Lapponibus: *Laborant vel clarissimo lumine lunæ, vel stellarum reflexa luce in nivibus utuntur.* Porro cœlum in Lapponia serenum fere, aër purus nitidusque, ac propterea non insalubris. Idem auctor lib. I. c. 2. *Aër Findmarkiæ, sicut & vicinarum regionum, semper frigidus est, & serenus,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

renus, innocuus tamen humanis corporibus. Et Olaus Petri Niurenius c. 9. *Saluberrimo & puriſſimo ibi fruuntur aëre, quippe qui in editiſſimis illis locis vehementibus ſæpius, quam alibi ventilatur & purgatur ventis.* Illud habet ſingulare, quod mutetur mira celeritate, ac exiguo temporis intervallo contra expectationem omnem fiat alius. Venti frequentes ibi atque validi. *Magna ventorum auſteritas,* inquit ille ipſe Olaus, *& ſevitia in locis ſeptentrionalibus.* Unum genus eſt, ut teſtati mihi ſunt, qui viderunt, exſurgens à mari, quod cum flare incipit, denſas craſſasque media etiam æſtate dieque creat nebulas, quibus omnis longior proſpectus intercipitur. Hyberno autem tempore tantam nivium dejicit vim ac copiam, ut ſi quem deprehendant in campis, illi non aliud ſuperſit remedium adverſus eas, quam ut projectus in terram veſte ſe operiat, obruique ſinat nivibus, donec tempeſtas deſevierit; atque tum ceſſante, illa velut ex altiſſimo emergat ſabulo, & ad proximum aliquod ſe recipiat tugurium, deletis omnibus viarum veſtigiis. Sed potiſſima ventorum vis in montibus, ubi obvia quæque apprehendunt, ſecumque avehunt in loca remotiſſima, ut eorum neque vota, neque veſtigium ſuperſit. Contra quod malum Lappones non habent aliud remedium, quam ut ſe conjiciant in antra & ſpeluncas; Olaus Petri c. 12. *Lappi perhibent, quod ingruente ſæpius tempeſtate montes ipſos nubes tangant, & quicquid ibi mobile reperitur, ſecum auferant, ut neſcias, ubi conſiſtant. Quapropter illi, & eorum animalia, quæ in alpibus tum peregrinantur, ſe condere, & occultare in cavernis & rupibus, donec abeant, neceſſum habent.* Quod Lappi nubibus tribuunt, id vere pertinet ad ventos atque tempeſtates, à quibus nubes propelluntur. Pluviæ nunc crebriores, nunc minus crebræ, pro diverſitate annorum, ſicut ſolet alibi, rariſſimæ tamen fere in adulta æſtate. Olaus Magnus lib. I. c. 2. *Aer illius regionis, ſicut & vicinarum, rariſſimas pluvias tempore æſtivo admittit.* Nives frequentiores ſunt, quæ hybernis menſibus terras omnes operiunt; neque parva eſt utilitas earum, cum ad illuſtrandam noctem, tum ad expeditiora reddenda itinera, quoniam, ut Olaus ait lib. IV. c. 13. *nivium reverberatione, lunaris ſplendor ſublimes & declives campos illuſtrat, ut etiam montium*

præci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

præcipitia, ac noxias feras prospiciant evitandas. Et cap. 9. *Hyemali tempore omnia quasi plana & apta sunt, pro quibuscunq; itineribus commode perficiendis. Imo tam opportuna utilitas, & agilitas, ut plus oneris duo jumenta in trita nive, quam decem equi in campestribus plaustris pertrahere soleant.* Durant autem in quibusdam locis, & præsertim montibus editioribus, perpetuo, neque ullo Solis resolvuntur calore. Petrus Claudi c. 26. *Ofvvan paa de hœyeste field ligger euig snee.* Hoc est: *In summis montium altissimorum jugis nives jacent æternæ.* Samuel Rheen in superius laudata descriptione. *I den æfvverste dehlen af Lapmarken ære snœde och ganska hœge field medh Sniæ æfuert ächt, Winter och Sommar, den aldrig bortgaer eller foersmelter.* Hoc est. *In suprema parte Lapponiæ paulatim, sed in summam altitudinem surgentes montes sunt, tecti nivibus æstate juxta atq; hyeme, quæ nunquam abeunt, aut solvuntur.* In cæteris vero partibus quotannis terra liquefactis nivibus detegitur. Pruinarum quoque non exigua vis & copia, quæ non raro ita opplent aërem, ut visus omnis obtundatur. Annotavit Olaus Magnus lib. I. c. 20. *Tanta est plerumq; in aquilonibus terris vis pruinæ, tamq; vehementes caligines aëra obscurantes, ut viatores proximum quemq; obvium, etiamsi amicus vel inimicus sit, agnoscere vel evitare non possint.* Frigus hybernum, quod pro se cuivis manifestum, prorsus ingens & acerrimum, neque sustinetur, nisi ab iis, qui à teneris perferre didicerunt. Scilicet constringit ibi omnia. Non fluvii, quamvis rapidissimi contra valent, verum glacie induuntur validissima, ut cujus crassitudo, duos, tres, & plures quoque cubitos exæquet humanos. Ipsi lacus spatiosissimi, ipsa profundissima maria jacent gelu condensata in robur firmitudinemque tantam, ut onera quantacunque perferant. Nec debilior multo calor æstatis, quod fortasse paucis persuaderi poterit. Etsi enim Solis radii & ex obliquo imminentes, minus validi, quia tamen per tot menses continuò perseverant, nec à frigore nocturno temperantur, vis eorum crescit. Johannes Tornæus: *Am Sommaren, nær Solen træder i Kræfvvetan, kommer dær een mækta stoor heeta, hvvilken uthan tvvifvvel der utaf fororsakas, att emædan Sol n dem icke nedergaer, uthan heela natten igenom klaar skyner, derfære*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

inthe heller vværman færſvvinna kan, uthan vvarar æfvven ſao am natten, ſom om dagen. Hoc eſt; *Tempore æſtivo, quando Sol ingreditur cancrum, calor ingens exoritur, cujus ſine dubio cauſa eſt ex eo, quia Sol nunquam occidit, ſed totanocte lucet clariſſime, atq; ita ne calor quidem ceſſare poteſt, verum durat æque tempore nocturno, ſicuti diurno.* Unicum caloris ejus eſt temperamentum ex vaporibus ſurgentibus è vicino mari, & nivibus qui æſtate, ſicut hyeme jacent in receſſibus & ſinubus montium, ut ille ipſe Tornæus teſtatur. Veris & autumni ſpatia ibi ignorantur diebus pauciſſimis à frigoribus hybernis, diſtat calor æſtatis, ut ſit imperitis loco miraculi, videre late virentia, ubi ante hebdomadem unam alteramve glacie ac nivibus contecta erant omnia. Samuel Rheen : *Emellan deſſe fiæll æro dahlar, i hvvilka vvæxer mykit græs oc ærter, ſom haſteligen i nogra vvekor oprinna.* Hoc eſt ; *Inter hoſce montes ſunt valles, in quibus magna graminis & herbarum copia, quæ pauciſſimarum ſpatio hebdomadum pronaſcitur.* Eſt inprimis memorabile, ac notandum, quod hac de re habet Olaus Petri Niurenius per propriam experientiam c. 9. Verba ejus hæc ſunt : *Anno M. DC. XVI. acceſſi paræciam & templum Torno d. 24. Iunii, tum primum vidi arbores germina emittere & gramina è terra ſuos oſtendere aculeos. Elapſo deinde menſis ſemiſſe, herbarum flores & arborum folia ad ſuam perveniſſe vidi naturalem quantitatem naturamq; quaſi brevis æſtatis præſciam ita feſtinaſſe, ut ſi illud alius quispiam mihi narraſſet, vix ei fidem abhibuiſſem.* Terra non pinguis quidem, ſed nec macra omnino, verum mediæ propemodum conditionis. Interim ſilicibus eſt mixta interſtrataque habetque paſſim ſaxa rupesque eminentes, quarum aſperitate atque inæqualitate cætera quoque corrumpuntur. Nominatus ſæpe Samuel Rheen: *Lapland ær mehrendels ett ganska, ſtenogt land, med bærgh och dahlar.* Hoc eſt; *Lapponia regio eſt ubiq; fere lapidoſa, montibusq; frequens & vallibus.* Johannes Tornæus : *Lappland ær mæchta bærgachtig, ojæmpt, och faſeligit.* Hoc eſt : *Lapponia valde montuoſa eſt, inæqualis & horrida.* Solum locis plurimis uliginoſum, molle, ac veſtigiis cædens, propter paludum, fluminum, & rivorum copiam incredibilem. Itaque nec ibi ſpatia ſat idonea

culturæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

culturæ ac formandis agris, si quis etiam impendere operam, ac sumtus facere proponeret. Censet equidem diversum Olaus Petri, præsertim de Australi parte *Palam*, inquit c. 11. *ostendere volo, Laplandiam australem, quæ cum Bothnia eadem Zonæ parte, & sub iisdem climatibus posita, eadem gaudere cæli clementia, & licet agricultarum non exerceat, tamen ad fruges ferendas non magis esse ineptam, quam Bothniam Occidentalem.* Verum ægre persuadet, cum cæli clementia non sufficiat, nisi accedat & soli terræque. Salebrosam, arenosam, lapidosam ipse etiam fatetur c. 12. *Lappia* inquit, *in æstate salebrosa & minime pervia, alibi per aliquot miliaria est arenosa, densis pinis & ericis obsita, alibi lapidosa, nunc paludes, nunc stagna montes succedunt, invicem.* Porro talis minime ad agros apta, urget tamen pascua lætissime virentia. Sed ne ista quidem ratio videtur sufficiens. Non enim terra quævis, quæ producit gramen copiosum, aratra etiam & cultum cæterum admittit. Gramen tamen copiosum profert, optimumque, quo facilius & citius saginantur pecora, quam ullo alio: item herbas varias lætissimè virentes, quod ex verbis Samuelis Rheen superius allatis patet. Quin imo compertum successu incredibili, omne propemodum genus olerum ibi seri felicissimè. Frutices quoque varii nascuntur ibi sponte sua. Item Sylvæ crebræ profundæque, præsertim qua Norvagiam spectat, & in pede montium, qui Lapponiam dividunt à Norvagia. Samuel Rheen: *Nedan fær omrærde fiell begynnes Skougland.* Hoc est: *In parte inferiore prædictorum montium regio sylvestris suũ capit initium.* Illud tamen speciatim observat, non densas esse sylvas illas, verum rariores. *doch ær det icke nægon fast, uthan læs skoug*, ait; Hoc est; *Sylvæ tamen illæ non sunt constipatæ, verum infrequentioribus arboribus consitæ.* Montes cum rupibus creberrimi ac editissimi, maxime Norvagiam versus, quam à Suecia dividit perpetuum eorum jugum. Olaus Magnus lib. IV. c. 13. *Tunt inter Septentrionalia regna Sueciæ, ac Norvegiæ montes alti limitanei, Doffrini dicti, ac alij similes.* Samuel Rheen. *Alle fiall æro ganska hæga, och mehrendetz hiskeliga. Pao dæsse fiell vvarar slætt ingen skoug.* Hoc est: *Montes omnes sunt prorsus alti, ad stuporem usq;, nec in cacuminibus eorum Sylvæ cre-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſcunt ullæ. Quod de nudis montium illorum docet cacuminibus, id confirmat Petrus Claudi, cauſſamque conjicit in violentiam ventorum, cui expoſita ſint illa cacumina. Verba ejus c. 26. *pao dſe hoyeſte fiæld ligger evvig ſnee, och vvinden falder dſer ſao haordt pao, att dær kand ingen træd voxæ.* Hoc eſt; *In montibus editioribus æternæ jacent nives, ventiq; tanta illis vi incumbunt, ut in ipſis arbor nulla poſſit creſcere.* Montes porro deſcendunt ſubinde in valles amœniſſimos. In his fontes lympidi plurimi, & rivi numero incredibili. *Rivulos Lapponia poſſidet innumeros, totidem & fontes,* ait Olaus Petri. Et Joh. Tornæus; *Springande kællor ære hær hopetals till finna, hvvilka mæchta reent och igenom klart vvaten giuta:* Hoc eſt; *Salientes hic in magna copia, quæ fundunt aquas claras & pellucidas.* Hi deinde ſe exonerant in fluvios, ſicut fluvii in lacus, donec in ſinum Bothnicum devolvantur. Samuel Rheen *alleſtædes finnas ſmao ælfvver, ſom læpa neder af fiællen, och komma ſao tillſamman i ſtoora ælfvver.* Hoc eſt: *ubiq; rivi exiſtunt decurrentes ex jugis montium, qui deinde conveniunt in fluviis majoribus.* Aqua bona: Olaus Petri Niurenius c. 9. *Aquam quod attinet, ea gaudent dulci, ſalubri, lympida, & optima.* Lacubus & paludibus abundant Sylvæ potiſſimum. *Skoglandt ære monga træſk och ſiæær,* ait idem, hoc eſt; *in regione ſylveſtri plurimæ paludes ſunt ac lacus.* Atque iſta quidem ſunt, quæ compendio commemorat & Andreas Buræus de Lapponia in deſcriptione Sueciæ. Ita namque naturam ejus delineat: *Lapponia Septentrionalium provinciarum extrema, regio eſt latiſſima, Sylvis, montibus, paludibus, lacubus, fluminibusq; frequentiſſima. Agros nullos habet, pabula tamen, quibusdam in locis largiſſima.* Regio hæc vario ferarum animaliumque genere abundat, non æſtivis magis quam hybernis temporibus. Aves habet plurimas. Piſces in tanta copia, ut non paucis incolarum ſoli fere, ſine aliarum rerum acceſſione, victum præbeant. Ferarum multitudo, minutarum præſertim, pene incredibilis, & quæ non ſufficit ipſis ad uſus quotidianos ſolum, ſed & exercenda cum vicinis gentibus omnibus prolixa commercia. De quibus omnibus ſeorſum in ſequentibus dicetur. Id hic addimus, non eſſe aliam Biarmiæ veteris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

veteris, aut Scritofinniæ descriptionem apud auctores, quam qualem hic Lapponiæ prodidimus, ut hoc quoque confirmare possit, quod superius est dictum, regiones istas non natura & situ inter se differre, verum nudis solisque nominibus. De Biarmia sic habet Saxo lib. VIII. *Regio est perpetui frigoris capax, præaltis offusa nivibus, ac vim quidem fervoris præsentiscit æstivi, in viarum abundans nemorum, frugum haud ferax, inusitatis alibi bestiis frequens.* De Scritofinnia Paulus Warnefridi: *Scritobini etiam æstatis tempore nivibus non carent. Item his in locis circa æstivale solstitium per aliquot dies etiam noctu clarissima lux cernitur diesq; ibi multo majores, quam alibi, habentur, sicut è contrario circa brumale solstitium quamvis diei lux adsit, sol tamen ibi non videtur, diesq; minimi, noctesq; quoq; longiores existunt.* Et ante ipsum Procopius lib. II. sicut eum vertit H. Grotius: *Scritofinni vitam agunt ferinæ haud dissimilem. Nec viris mos agros exercere, nec fœminis notus labor. Solus venatus utriq; sexui sufficit. Nam animantium mansuetorum immansuetorumq; numerum incredibilem præbent Sylvæ, non alibi majores, & qui inter eas surgunt, altissimi montes.* Omnia sunt similia eis quæ à nobis de Lapponia sunt prolata. Sed jam ad divisionem ejus veniendum.

CAP. IV.

De Divisione Lappiæ.

LAppia non eodem modo solet dividi. Saxo, cui videtur primum memorata, partes ejus facit duas, vocat enim *Lappiam utramque.* Verba sunt in lib. V. *Præterea Helsingiam ei cum utraque Lappia contribuit.* Atque ad hunc modum alibi quoque loquitur. Secutus idem est Johannes Magnus in descriptione Septentrionis. *Deinde versus Austrum utraque Lappia conjungitur.* Sed quæ utraque hæc Lappia? Id vero prodere ambo omiserunt. Suspicor tamen ita divisisse in respectu aliquo ad situm, unamque intellexisse Orientalem, alteram Occidentalem. Ita sane divisit Damianus Goës, qui sua habuisse à Johanne Magno videtur. Verba sunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſunt ipſius in Hiſp. *Lappia mari Bothnico interjecto, in Orientalem & Occidentalem dividitur.* Quibus verbis ſimul conſtat, quem utriuſque illius fuerint limitem, ſinum Bothnicum videlicet, ut quicquid Lappiæ ab ipſius una eſſe parte, id orientale, quicquid ab altera, id occidentale diceretur. Præter hanc Lappiæ diviſionem alia eſt à natura locorum, quos frequentant ejus incolæ. Alia quippe pars illius adjacens littoribus Oceani, alia vergens ad mediterranea; Illam vocant *Siæfindmarken*, hanc vero *fiældfindmarken*, quaſi diceres, *Lapponiam maritimam, & Lapponiam mediterraneam.* Illa ſæpè nude atque ſine addito eſt *Findmarken*, ſicut hæc ex adverſo *Lappmarken.* Ita ſane duas haſce partes diſtinguit etiam Petrus Claudi c. 27. *Alt langſt vved ſiækanten nord till Findmarken oc veſter om igen hafvve Siæfinnarne beſatt alle Iorde, oc paa det ſtære field vvanke de Lappefinner, oc Kaldis derfor Lappemark eller vvildfindland.* Hoc eſt; *Littora omnia longo tractu in Septentrione ad findmarkiam, & verſus Orientem tenent Siæfinni, ſive Finni maritimi; at montuoſa & campeſtria Lappfinni, quæ ideo vocantur Lappmarkia ſeu Wildfindlandia,* Hoc eſt; *Finlandia fera.* Facit aliam Lappmarckiam, & aliam Findmarckiam; illam ait eſſe regionem littoralem, ſpectantem ad mare, hanc montuoſam, ſylveſtrem, feram, & ſpectantem, ad mediterneas partes. Eſtque plane obſervandum, quod hanc partem *Wildfinland* appellet, quæ eſt alias Lappmarkia. Credo, quod illius incolæ ſe alant ex venatione ferarum, ſicut vice verſa alterius ex captura piſcium. Et ſequitur ſtatim apud ipſum poſt ſuperiora: *oc ære dſær mange tuſende mænniſkior, ſom dær lefvve, æs fæde ſig med vvild:* hoc eſt; *Suntque ibi multa hominum millia, quæ ſe carnibus ferarum alunt.* Et profecto alii quoque illos demum pro Lapponibus habent veris, qui ex feris & præſertim Rhenonibus manſuefactis victum ſibi quærunt. Unde Samuel Rheen dicti ſæpius opuſculi c. 2. *fær uthan deſſe lapper oc Scrickfinnar ære oc naogre andre fao rette Lapper, ſom fæda ſig allena af reenar.* Hoc eſt. *Exceptis his Lapponibus aut Scrickfinnis* (ita vocat ipſe, qui Petro Claudi ſunt Siœfinnes) *ſunt nonnulli quoque veri Lappones, qui ſe alunt ſolis ex Rhenonibus.* Quia itaque hi ſeſe ſuſtentant ex feris, quæ Septentrionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

trionis populis sunt *vvild*, hinc *Wildfinland*, quæ alias Lapponia, apposita Findmarckiæ, cujus incolæ se alunt sive piscibus, sive pecoribus. Quanquam nomen istoc accepisse potuit ex eo etiam, quod pars hæc abundet Sylvis. Videturque ideo non uno loco Lapponas Olaus Magnus appellasse *homines sylvestres*. Quomodo habemus in inscriptione capitis tertii libri IV. *de sylvestrium hominum ferocitate*, quo tamen capite Lappones describit. Et in capite sequenti verbis apertis : *Sylvestres vero Lappones variarum ferarum pretiosis pellibus vestiuntur*. *Feros Lappos* appellavit Baro Herberstenius in Moschoviticis, opposuitque *Finlappis*, quos vicinos facit mari & sic eos se ostendit intelligere, qui cæteris *Siæsinner*, hoc est, *Finni maritimi* nuncupantur. Verba ejus : *Dicebat, se ad populos Finlappiæ perveniss̃e, qui etsi humilibus in casis passim secundum mare habitant, ferinam q̃, propemodum vitam ducant, feris tamen Lappis sunt mansuetiores*. Feri ergo Lappi, qui non secundum mare habitant, sed ab eo longius sunt dissiti, in regionibus mediterraneis, quos videtur sic putasse dictos à feritate quadam morum. Unde statim de iisdem. *Iam consuetudine hominum externorum, qui quæstus gratia eo commeant, innatam feritatem deponere, ac mansuetiores fieri incipiunt*. Feros vocat etiam in sequentibus. *Dein in Diki Lopporum, qui feri Loppi sunt, regionem, ad locum Dront nomine, qui ducentis à Duina in Septentrionem miliaribus abest, navigasse dicit*. Ubi *Dikiloppi* Muschovitico sunt sermone. Ita enim hodieque feros Lappos solent appellare, ut jam alibi ostendi. Est & tertia Lapponiæ divisio, respiciens diversitatem eorum, quorum subjecta est imperio. De hac divisione agit Andreas Buræus istis verbis. *Lapponiæ maxima pars meridionalis videlicet, & mediterranea ad regnum Sueciæ tota pertinet. Ad Norvagiam tractus saltem maritimus, secus Oceanum, quem Firmarkiam nominant, cujus incolæ Siæsinni, id est Finnones maritimi vocantur, quod sola piscatione victitant. Rhutenorum imperio parent reliqui, tractum illum à castro Warhuus, usque ad ostia maris albi incolentes. Quæ regio Suetice Trennes, Lapponice, Pyhinienni, Rhutenice vero Tarchana voloch hodie appellatur*. Verum de imperio in Lapponas diversorum principum ac Regum amplius dicemus, cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ad rationem reipublicæ, in qua vivunt, ventum erit. De Norvagica Danicave parte, item Ruſſica vel Rhutenica agendi loco alio ſe præbebit occaſio. Illius partis ſolum exequemur hic diviſionem, quæ ſubjecta Sueciæ, *meridionalis mediterraneaque* dicitur Buræo. Petro Claudi eſt *Lappmarkia*, proprie ac ſpeciatim ſic vocata. Hæc enim in partes alias minores ſex diſtingui ſolet, quas peculiari nomine appellant *Marker*, id eſt, *terras*. *Territoria*, vel *præfecturas* reddere Buræus maluit. Singulæ hæ marker, ſive terræ ſuas habent & peculiares appellationes, nam vocantur *Aongermanlandslapmark, Vmalappmark, Pithalappmark, Lulalapmark, Tornalapmark, Kiemilapmark.* Ita Samuel Rheen, c. 1. *den Svvenska Lappmarken færdehlas i Kiemi, Taohrnæa, Lulea, Pithea, Vmea och Aongermannelands Lappmarker.* Hoc eſt: *Lapponia Suecica dividitur in Kiemenſem, Tornenſem, Lulenſem, Pithenſem, Vmenſem, & Angermanlandenſem, Lappmarkiam.* At vero Buræus quinque tantum ejuſcemodi recenſet præfecturas. *Hæc*, ait de Lapponia, *in quinque territoria vel præfecturas, Lappmarkias vocatas, dividitur, videlicet, Vmalappmark, Pithalappmark, Lulalapmark, Tornelapmark, & Kimilapmark.* Nempe Aongermanlandenſem ipſe comprehendit ſub Umenſi, cujus rei cauſa, non quod una ſit & eadem, ſed quod utraque ab uno regi ſoleat præfecto, atque ſic pro uno territorio haberi. Cæterum ex hiſce præfecturis quælibet id nomen ſuum ex fluminibus accepit, quæ per unamquamque decurrunt. Quod teſtatur Wexionius in deſc. Sueciæ lib. 1. c. 21, ubi ait: *Lappi Suecia Regno tributarii in quinque præfecturas, ex fluminibus denominatas diſpeſcuntur.* Situs earum eſt ejusmodi, ut Angermanlandenſis prefectura ſit vicina Angermanniæ & Jemptiæ, hanc contingat Umenſis, Umenſem Pitenſis, Pitenſem Lulenſis, omnesque hæ ſunt occidentaliores, unaque parte pertineant ad id jugum montium, quo Suecia dividitur à Norvagia, altera ad Bothniam occidentalem. Sequitur deinde Tornelapmark, quæ Septentrionem ſpectat, & ab angulo extremo ſinus Bothnici ſe extendit longiſſime verſus mare Boreale, quod à nautis Noort Caep appellatur. Tornelapmarkiam excipit, quæ Kimilapmark dicitur. Hæc flectit ſe ex Septentrione verſus Orientem,

deſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

definitq; ab una parte in Bothniam orientalem, ab alia in eam Lapponiam, quæ subjecta est imperio Russorum, à tertia in Cajaniam Careliamq;. Cæterum & præfecturæ istæ, quæ nunc dictæ sunt, suas habent partes, quæ à Suecis *byar* nominantur. Ita Samuel Rheen, in supra indicato capite: *desse Lappmarker, som kallas sochner eller Lapmarker, færdehlas i aotskillige* BYAR. Hoc est: *Hæ Lapmarkiæ, quæ vocantur præfecturæ aut territoria Lapponiæ, dividuntur in diversas partes, byer dictas.* Sunt vero *byar* apud Lappones, qui antiquis *pagi*. Quomodo apud Cæsarem est *pagus Tigurinus*, item *pagi Suevorum*, non vici aliqui, aut junctæ aliquot agrestium ædes, sed partes spatiosæ regionis alicujus, quales Græci appellarunt *nomos*, & jam olim antiquissimis temporibus in divisione Ægypti fuerunt receptæ. Unde Glossæ veteres toparchias reddidere. *Pagus* τοπαρχία, χώρα, νομός. Tales nomi, seu pagi plures sunt in præfecturis istis singulis, excepta præfectura Angermanlandensi, quæ non habet pagos plures, verum ipsa per se pagus est, qui vulgo *Aosahla* solet appellari. At in Umalapmark, pagi numerantur quatuor: *Vma, Lais* sive *Raanby, Granby*, & *Vapsteen*. In Pithalapmark septem, *Graotreskby, Arfvvejerfsby, Lochteby, Arrieplogsby, Wysierfby, Norrvesterby, Westerby*. In Lulalapmark, quinque; *Iochmoch, Sochjoch, Torpinjaur, Zerkislocht*, & *Rautomjaur*. In Tornealappmark occurrunt octo, quorum ista sunt vocabula; *Tingavvaara, Siggevvaara, Sondevvara, Ronolaby, Pellejerf, Kantekiemo, Avviovvara, Tenouthsejochki*. In Kiemilapmark totidem, his nominibus; *Enarabii, Sanbeaobii, Kiemikyla, Koulajerf, Kiedkajerf, Mansialka, Saodankyla, Kithilaby*. Hos in pagos, numero triginta tres, præfecturæ sive territoria sunt divisa. Estque talis illorum ratio pagorum, ut in singulis occurrant & numerentur familiæ aliquam multæ, quas Suecі *rækar*, Latini *focos* nuncupant. Habetque quælibet familia suum certum definitumque terræ spatium in pago, unde se pecoraque sua alat, non ad modum prædii alicujus rustici, ne quis erret, verum patens quaquaversum longissimè, sic, ut includat rivos, lacus, sylvas, alia id genus, quæ omnia ad unum certumque focum referuntur. Tales foci ferè tot sunt quolibet in pago, quot sunt familiæ, quæ de suo vivunt, nec ob paupertatem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tem aliis ſuas operas addicere coguntur. Quomodo in pago Aoſahla hujus generis foci numerantur quinquaginta circiter. In pagis aliis plures, in aliis pauciores ſunt, prout major eſt vel minor, & vel latioribus, vel anguſtioribus limitibus circumſcribitur. Habentque illi ipſi foci quoque, ſive rockar, ut appellant Sueci, ſua nomina, quæ hic pluribus commemorare non neceſſe videtur. Et hæc eſt diviſio Lapponiæ tertia, non recens facta, (niſi quod ſub Carolo IX. certis familiis certi aſſignati ſint foci, ut liquebit ex ſequentibus) ſed jam olim priſcisque obſervata temporibus, quod ex eo licet credere, quia nulla alia lapponibus eſt nota, ac ne Suecis quidem conſignata, ab illis inde temporibus, quibus ſub imperio ſuo Lapponiam habuere; ſed nec vocabula ſunt recentia, vel ex rebus capta ejusmodi, quæ ſua novitate dubium aliquod poſſent movere, quod propterea obſervo, ut nativa ſimplicia, & antiquitati ſuæ convenientia eſſe omnia gentis hujus manifeſtiſſime apparet.

CAP. V.

De Lapponiæ gentis habitu cum corporis tum animi.

LApponiam gens tenet, quæ à vulgo *Lapponum* ſeu *Lapporum* nuncupatur. Habet gens hæc ante alias Septentrionis id peculiare, ut breviſſimæ ſit ſtaturæ. Obſervarunt, quotquot ejus aliquam fecere mentionem. Paulus Jovius in deſcriptione Moſchoviæ. *Lapponibus exigua corporum ſtatura.* Zieglerus loco alias laudato. *Sunt vero Lappones ſtaturæ modicæ.* Damianus à Goës: *Indigenæ iſtius provinciæ mediocris ſtaturæ ſunt.* Ita peregrini, nec aliter Scriptores ſeptentrionales. Olaus Magnus lib. IV. c. II. *Gens hæc ut plurimum puſillæ ſtaturæ eſt.* Olaus Petri Niurenius. *Lappi ſunt plerique mediocris ſtaturæ.* Firmatque hoc experientia quotidiana, ex qua nuper admodum Lomenius Briennæ Comes in Itinerario ſuo: *Gens breviſſimæ ſtaturæ.* Iſacus Voſſius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

sius facit plane inconcinnos, atque plurimum tricubitales in suis ad Pomponii lib. III. c. 8. observationibus. *Lapponibus*, ait, *Samoyedis, & si qui ii magis septentrionales, istis plane inconcinnum est corpus, & tanquam in nodum contortum. Non tamen Pygmæi sive cubitales sunt, ad ternos ut plurimum cubitos, nonnunquã altius excrescunt.* Quod addit, tamen non pygmæos esse, fit, ut illos arguat, qui pygmæos aliquos in hisce locis statuerunt, doceatque, factum occasione hujus gentis. De tricubitali longitudine subdit amplius: *Apud Lappones legitima statura est trium cubitorum.* Et profecto tales vulgo cernuntur; quanquam quidam sint minores, quidam etiam excedant istam longitudinem; quod agnoscit ipse, quando addit post verba priori loco adducta: *Vidi etiam, qui quatuor cubitos, hoc est, justam staturam, æquarent.* Firmat idm Olaus Petri. *Vidi inter trecentos, quos contemplari licuit simul, aliquos proceritate nullis gentium cedentes.* Quanquam ii pauci sint. Tornæus. *Monga stoora hittas dær intet.* Hoc est: *Multi proceri non reperiuntur.* Causam brevitatis hujus conjicit Vossius in frigus intensissimum, quod videtur vero consentaneum. Nimirum ubi calor naturalis oppugnatur ab externi frigoris violentia, sic ut in defendendo sese adversus eam pene unice cogatur esse occupatus, fieri profecto nequit, quin decedat multum concoctioni justæ, atque ita brevia exiliaque maneant corpora. Quanquam mea sententia non parum istuc faciat, quod utantur cibo parum apto ad alendum, atque faciendum corpus, sicut ex sequentibus liquebit. Licet vero Lappones sint parvi, ea tamen inconcinnitas, quam notat Vossius, non deprehenditur in ipsis. Et colligitur vel ex agilitate ipsorum, cæteraque aptitudine ad negotia diversa, de qua post dicetur. Certe ubi membra sunt distorta, neque sibi mutua convenientia respondent, fieri vulgo quidem ac communiter nil tale potest, quod fit à Lapponibus. Quanquam non necesse sit, ut adferamus rationes, cum se offerant quotidie conspiciendos, in quibus ad proportionem justam omnium membrorum nihil deest. Sed nec deformitas in eis, qualem notavit Lomenius, si naturæ habitum attendas. *Gens*, inquit, *natura deformis.* At nos istiusmodi deformitatem hactenus in eis observare non potuimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Neque noſtrum modo hoc judicium de forma ipſorum, ſed & ante nos aliorum. Quin imo pulchras facit Lapponum puellas Olaus Magnus lib. IV. c. 11. *Mulieres ac puellæ earum regionum valde fœcundæ & pulchræ ſunt, ea potiſſimum cauſa, quod candore & rubedine opificio naturæ præcipio, formoſiores habentur.* Et Joh. Tornæus. *Kroppen ær dem hehl haſiter, och cliest quinfolken tæmlig vvæl ſkapade.* Hoc eſt: *Corpus habent candidum, mulieresque ſatis ſunt formoſæ.* Neque poſſumus diffiteri, quin & nos viderimus non ſemel fœminas forma ſatis bonas. Scilicet hæ formam à natura ſibi datam cura majori cuſtodiunt, quam viri, ut nihil ſit mirum, horridiores hos videri. Sed hoc vitium eſt non naturæ, verum negligentiæ, aut ruditatis. Ad quod venit, frigoris diuturnitas, & injuria cœli aërisque, contra quam neque muniunt ſe ſatis, idoneo amictu; nec munire ſciunt aut poſſunt, item fumus, tuguria, in quibus degunt, opplens quotidie, ut fieri nequeat quin perdant multum ex forma ſua naturali. Neque alia eſt cauſa cur viri pleriqu ſint coloris fuſci. Paulus Jovius in ſuperius nominato libello: *Lapponibus exigua corporum ſtatura, luridi contuſig, vultus.* Item Petrus Claudi in Deſc. Norveg. c. 28. de ipſis: *De ere megit ſorte oc brune paa deris krop.* Hoc eſt: *Nigri admodum ac fuſci ſunt coloris in corporibus ſuis.* Scilicet inde à prima nativitate jacent in fumo, quod quid mirum eſt, ſi tandem corpora colorentur. Johannes Tornæus, Paſtor & Præpoſitus Tornenſis, colorem eum nominat rufum, in libello Ms. de Lapponibus. *Color faciei*, ait, *varius, celeberrime tamen ſubrufus.* Sicut autem brevis ſunt ſtaturæ Lappones, ſic plerumque macilenti, eſtque res prorſus rara, inter ipſos, homo obeſus. Petrus Claudi dicto loco de ipſis: *De ere maugre oc ſkrinde folk. h. e. gens eſt macilenta & ſine ſucco multo.* Nempe frigus, quod non ſinit eos pervenire ad juſtam magnitudinem, illud ipſum ſuccum quoque ſanguinemque minuit in ipſis. Addenda huic & levitas in eis ſumma, ſi cum aliis conferantur, quod putant fieri, quia ſale non veſcuntur. Olaus Petri. *Quia ſalitis non veſcuntur leviores ſunt aliis.* Et hic quidem corporis habitus apud ipſos, in univerſum. Privatim capita habent craſſa, frontem porrectam, oculos cæſios recondi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ditioresque ac Lippos, naſum brevem planumque, unde *vultum contuſum* Jovius in eis annotavit. Os plerorumque patens eſt, & prolixum. Johannes Tornæus ita deſcribit: *Vader ægonen ech af anſichte æra dhe breda, med toma Kinder, och langa hakar. Dhe hafvva ſtoora hufvvuden, roeda och bloeta ægen.* Hoc eſt: *Faciem habent planam, genas macilentas, menta longa. Capita eorum magna, rufi & lippientes oculi.* Crinibus veſtiti ſunt brevibus & rectis, prorſusque raris, barba quoque rara & brevi, & quæ non bene mentum teget. Color utriusque niger eſt, contra conſuetudinem ſeptentrionalium reliquorum. *Crines utriuſque ſexus atri, & duriuſculi*, ait Tornæus, uno loco. Et alio: *Dhe hafvva gemenligen ſvvart och ſträfft haor, och hafvver jag aldrig ænnu ſedt mehra æn en Lapp, med gaoldt haor.* Hoc eſt: *Capillos plerumque habent nigros & ſpiſſos, nec præter unicum, unquam vidi Lapponem cum capillis flavis.* De barba teſtatur Johannes Buræus in Libro variorum Collectaneorum Mſ. quam inſcripſit Sumla p. 231. *Lapper hafvva tunt och litet ſkieg.* Hoc eſt: *Lappones barbas habent pilis raris brevibuſque.* Pectus habent latum fere, ventrem modicum, crura pedesque graciles, & ad curſum aptos mireque veloces, quod & ipſum in eis Jovius, ut peculiare quid, notavit. In membris robur eſt & vis, quam ob cauſam Damianus Goës eos appellavit nervoſos. *Indigenæ iſtius provinciæ*, inquit, *nervoſi & mediocris ſtaturæ ſunt.* Idem docet Petrus Claudi. *de ere megit ſterke, re end andre menniſkior, ſaa ſom mand kand profvve paa deris buer, hvvilka en Norſk mand kand icke drage halfparten ſaa lenge op, ſom dſe.* Hoc eſt, *Longe validiores ſunt, quam vulgo homines alii, quod intelligitur ex arcubus ipſorum, quos Norvagus aliquis vix ad dimidium ejus poteſt intendere, quod ipſi faciunt.* Sunt autem Lappones non modo membris firmis atque validis, ſed & promptis & agilibus. Quod teſtatur etiam Zieglerus. *Sunt*, inquit, *Lappones corpore uſque adeo agili, ut accincti pharetra & arcu transmittant ſaltuſeſe per circulum diametri cubitalis.* Quanquam quod de circulo hic addit, per quem transmittant ſeſe, id fortaſſe viderit in agyrtis aliquibus. Gens ipſa ludicra ejusmodi ignorat. Interim contendere cum aliis curſu,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſu, invia ſuperare ſaxa, in ſumma eniti arborum cacumina, quotidianum illi exercitium. Ut non immerito Jovius ; *Lapponibus ſunt pedes velociſſimi.* Et Scaliger Exerc. 213. *Scimus nos, Lappones eſſe corpore vegetiſſimo, agilitate inſigni.* Licet autem firmi ſint, ac agiles, tamen nunquam incedunt erecti, ſed inclinato ad anteriora corpore, quod accidere ipſis putant ex frequenti ſeſſione, humi ſuis in tuguriis Dn. Joh. Tornæus: *Corpus totum antrorſum, quodammodo ſubcurvum exiſtit, aſſidua quippe ſeſſione inflexum.* Et loco alio: *Dhe æra och Kut-eker Krokryggda.* Hoc eſt: *Dorſo quoque ſunt incurvo ſeu inflexo.* A corpore venio ad animum, in quo illud ante omnia occurrit, quod Lappones ad omnem ſuperſtitionem ſint proclives. Nempe cum in ſylvis inter feras vivant, nec ſocietatem colant mutuam, ſed familiæ ſingulæ agant ſeorſum pro ſe, remotæ à cæteris, non eſt adeo mirum, quod in ſuperſtitiones varias prolabantur. Sed de ſuperſtitionibus eorum ſeparatim agam. Deinde gens eſt ſupra, quam quis credat, meticuloſa & imbellis. Obſervavit pridem Paulus Jovius, quando ſic de ipſis in Moſchoviæ delineatione. *Lappones exiſtunt gens ad omnis externi hominis veſtigium, navigiique conſpectum fugax.* Idem factum ab Olao Magno, lib. IV. c. 11. *Gens hæc,* ait, *ut plurimum puſillæ ſtaturæ eſt, animoq; puſillo.* Firmat hodierna etiam experientia, ex qua Joh. Tornæus: *Till Krigsvväſendet hafvver Lappen i alla ſina dagar een ſkræk och faſa dragit.* Hoc eſt. *Militiam Lappo omni tempore abhorruit, & timuit.* Samuel Rheen c. 14. *Lapparna æra & ſedant folk, ſom ſtærſta deehlen till Krigh alldeles oduglige æro. Ty hoos dem finnes ingen manlig frimodigheet, uthan æro gemeenligen færſagde och kleenmodige.* Hoc eſt; *Lappones plerique omnes ad bella prorſus ſunt inutiles; nullum enim animi virilis robur in ipſis, ſed timiditas plerumque ac puſillanimitas.* Neque deſunt rationes, quare ſint puſillo animo, quia nempe ſanguinis ſpirituumque copia deſtituuntur propter frigus, atque victum tenuem, ſuccoque bono carentem. Eſſe autem animoſiores, quorum corpora ſanguine ſpiritibusque plena, vetus dogma eſt, & obſervatum omni tempore: contra minus animoſos, quibus iſta deſunt. Ideo & Barptolomæus Cocles Phyſio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Physiognomiæ c. 2. de iis; quorum corpora naturaliter sunt frigida: *Facile timent, & expavescunt.* Et quoniam meticulosi, nullus hodie ipsorum usus est in bello, neque ullum Suecis præbet militem Lapponia, cum ex cunctis cæteris provinciis scribantur. Ac ne ante quidem unquam præbuit cuiquam Regum, quod ex monumentis publicis, & cathalogis, in quibus extant scripta militum à multis retrò annis nomina, est apertissimum. Adeo est commentitia, calumniæque, quam historiæ propior eorum fabula, qui Lapponum etiam vexilla plusçula in castris secum habuisse Gustavum Adolphum, supra omnes positum calumnias, tradere non erubuerunt. Sed nimirum erat aliquid excogitandum, quo excusarentur clades tot, quibus hostes suos ad stuporem orbis universi Heros invictissimus affecit. Hoc si opera & arte Lapponum diceretur procuratum, egregium & fidem inventurum facilem apud imperitos videbatur. Quasi vero artibus Lapponicis impetrari victoriæ ullæ possent, vel si possent, ea fuisset apud hostes pietas, ut non prius ipsa commovissent Tartara, & ex imo, quicquid est virium infernalium, evocassent, quam subiissent tanta mala. Itaque, ut dixi, absurdissimum hoc est commentum, cui repugnat non modo notatus pridem scriptis etiam publicis signorum omnium, quæ secum habuit in bello, numerus, & vocabula gentium ductorumque, qui sub eis militarunt; Verum ipsa gentis Lapponicæ natura, penitus à bellis omnibus abhorrens, atque aliena. Quo accedit illud etiam quod durare nequeat extra regionem patriamque suam, verum incidat in morbos, atque extinguatur extra eam, quippe cum non ferat cœlum mitius, neque magis salem, panem, & id genus cocta cætera cibaria, quæ nobis usitata, possit pati, quam nos pisces exsiccatos aëre, carnesque crudas ipsorum. Quod non semel usu comprobatum est, his etiam in terris, in quas nemo venit Lapponum, quibuscunque evocatus præmiis, ut non malit vivere in patria, vel si carendum ea ipsi, tempore brevissimo moriatur. Multo magis vero fieri hoc solet aliis in regionibus. Cujus rei legitur exemplum apud Olaum Magnum lib. XVII. c. 27. Verba hæc sunt: *Illustrissimum Principem Sueciæ, Stenonem Sture juniorem Duci Holsatiæ Friderico sex hujusmodi*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

animalia (rangifero,) *misisse notatum est, duosque masculum & feminam Lapponicæ gentis conjuges eisdem animalibus adjunxisse custodes. Quibus è sua nativa terra translatis, atque alienæ directioni subjectis, quia optata quies vivendique ratio subtracta erat, nec ipsis, nec bestiæ, singulari aura destitutæ diutius in vita mansere.* Cæterum quæ dixi de imbellia eorum, infirmari eo videtur, quod de ipsis habet Zieglerus. *Gens,* inquit, in descriptione Lapponiæ, *validissima est, & diu libera fuit, & arma sustinuit Norvagiæ Sueciæque.* Ac secutus est in exercitat. 213. Joh. Scaliger (nam aliunde vix habere potuit, cum de gente hac nemo alius hoc prodiderit) ubi ait; *Scimus Lappones esse adversus hostes fortissimos.* Equidem & apud Petrum Claudi cap. 27. legas, hosce populos fuisse quondam sui juris, ac ne ab Haraldo Pulchricomo quidem, Rege Norvagiæ, potuisse subigi, qui tamen cæteras regiones omnes suo imperio subjecerit, habuisseque tum Regem suum qui vocatus *Motle* fuerit. Verum quicquid de hoc Motle gentisque hujus libertate habet, hoc est istiusmodi ut nihil probet de ipsius fortitudine. Videlicet desumsit omne ex historia Snorronis, quæ de Motle, artibusque magicis ipsius non pauca, de virtute fortitudineque bellica verbum habet nullum, ut ex pag. 56. editionis Haffniensis Anno 1633. in lucem missæ manifestum est. Neque fors Zieglerus aliud respexit. Unde namque ipsi potuisset innotescere de libertate ista, nisi ex historiis, quæ nescio an extent aliæ, quam Snorronis magis certæ. Nam ipsius quidem tempore jam Lappones imperio Suecorum erant subditi. Nisi malumus putare Lappones & Biarmos habuisse pro iisdem, atque tribuisse illis, quod de his repererat. Biarmorum enim bella quædam apud ipsum etiam Saxonem memorantur. Quanquam ne in his quidem prædicet animositatem. Quin imo contra sic de ipsis lib. 1. *Biarmenses arma artibus permutantes, carminibus in nimbos solvere cælum, lætamque aëris faciem tristi imbrium aspergine.* Ut proinde non sequatur, diu fuit libera hæc gens, idcirco armis ac virtute se defendit, atque ita inter gentes animosas referenda est. Quicquid autem sit de Biarmensibus, de Lapponibus non potest dubitare, nisi qui tot seculorum experientiæ, duranti ad hunc diem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

diem,& naturæ ipsi velit repugnare. Præter imbelliam & meticulositatem in Lapponibus est promptitudo ad suspiciones omnes, & facilitas. Scilicet qui suæ conscii sunt infirmitatis,& ex eo sibi metuunt, non possunt aliter, quin habeant suspecta omnia. Wexionius lib.IV.Desc.Suec.c.6. *Lappi agrestes sunt, & valde suspicaces.* Et sic ante ipsum Paulus Jovius: *Lappones existunt gens, supra quam credibile sit agrestis, & suspiciosa.* Jam ex ista suspicandi promptitudine aliud in ipsis vitium, quod sint faciles ad injurias occultas, studeant nempe declinare malum, quod suspicantur sibi imminere, cum damno atque etiam exitio, illius, à quo sibi metuunt. Hinc artes ipsorum clandestinæ machinationesque magicæ, quibus mutuo se petunt, sæpe minimis ex causis. Qua de re Petrus Claudi: *Det skeer ofte, at de blifua in byrdes vens, oc forgiære huer andre.* Hoc est: *Sæpè accidit,ut inter se fiant discordes, alterque alterum circumveniat.* Et subjungit ibi memorabile exemplum unius, qui cum alium diu frustra tentasset lædere, quod alter artibus similibus instructus ei obstaret,tandem saxum ingens,sub quo alter capiebat somnium, arte magica ruptum in eum conjecerit. Atque ita Samuel Rheen: *At bedrifvva hemligen mord æro een part myckit begifne, hvvarfære det i lændom och af dem noge skicer,* hoc est: *ad cædes clandestinas pars eorum admodum est facilis, & committuntur ab ipsis haud infrequenter in occulto.* Neque fortassis aliud volebat Petrus Claudi, quando sic de ipsis prodidit: *De ære hastige, och een sinde folk,liege som dse hadhe een biorne natur.* Hoc est: *Præcipites sunt, & iracundi, velut ursinam nacti essent naturam.* Non enim per ursinam naturam innuere fortitudinem & audaciam videtur, sed truculentiam immanem, à qua nihil eos queat revocare, postquam semel facti sint irati. Quod posterius præcipue in feminis eorum observat Joh. Tornæus,si ætate fuerint provectæ,quod nimirum facile commoveantur ad iram, iratæque agantur velut in furorem ut nihil quidquam pensi habeant. Verba longiora sunt, quam ut Suetice possint apponi. Latine sic se habent; *De feminis Lapponum hoc observandum, quod earum pars maxima, cum ad provectam venerint ætatem, ferre nequeat ullam repentinam motio-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

nem, mutationem aut perculsionem. Sed si eas quis commoverit ad iram, verbo asperiore aut inciviliore, digitum intenderit in eas, per ludibrium verba earum gestus ve fuerit imitatus, ex inopinato eas attigerit, aut scintilla subito in illas exsilierit, velut furor quidam animos eorum invadit, in eum, cujus causa tale quidpiam evenit, irrunt, lacerant ejus crines, verberant ipsum titionibus, aut obviis quibusque rebus aliis. Et licet adesset spectatissimæ dignationis quispiam, non vererentur tamen ea etiam in furore isto revelare, quæ natura voluit esse obvelata, uno verbo similes sunt iis, quos morbus gravissimus omni rationis usu penitus privavit. Notant quoque studium fallendi alios in eis, quod fortassis ex his ipsis causis oritur. Nam doli, fraudes, & deceptiones clancularię in magnum animum non cadunt quod jam olim Aristoteli est demonstratum. Johannes Tornæus: *fallere & veritatem subticere, interdum contingit.* Et alio loco, *uthi all beställning æro dhe klooka och ill fluge, uthi handell bedragelige.* Hoc est: *In omnibus negotiis sunt callidi & astuti, in commerciis fallaces.* Samuel Rheen; *Lapperna æro i sin handell mykit bedrægelige.* Hoc est: *Lappones in negotiis suis admodum dolosi & fraudulenti.* Item fors respexit & Damianus, quando sic de ipsis: *In suis permutationibus sagaces & expertissimi sunt.* Nisi credimus fuisse alios priscis temporibus. Nam Paulus Jovius de eis: *Cum absentibus & ignotis sincerissima fide permutationes transigunt.* Firmat idem etiam Olaus Magnus lib. IV. c. 5. ubi de Lapponibus. *Hæc gens Lapponum sine dolo omnia communicat, cui sola contentio est, paupertatem fugere, & diutius non amare. Nesciunt populi illi esse lucripetæ, ne se aliqua negotiationis calliditate discrutient.* Et paulo post; *bonæ & fideli permutationi inhærent.* Ac fortasse, postquam decipi cœperunt, metu, ne decipiantur, ipsi alios decipiunt. Quod non alienum est, ab ingeniis meticulosis, qui, quod semel instituerunt metuere, studeant evitare quacunque possunt ratione. Jam ut sunt dolosi, sic ad gaudium ex dolo propensissimi. Quod idem Samuel Rheen docent istis verbis; *Nær the them bedregit hafvva, bespotta the them, hvvilka the saoledes bedragit hafvva.* Hoc est: *Postquam eos fraude circumvenerunt, ultro irrident, quos sic deceperunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

runt. Scilicet non potest non placere ipsis, si cum rebus cæteris agnoscant se inferiores, aliqua tamen vincere alios se posse intelligant. Nec fortassis alio referri debet, quod exagitare alios, & in colloquiis privatis soleant traducere. Qua de re testis est is ipse, quem jam nominavi. *Till sin næstes fœrtahl, æro the mykit begifne, sao att nær tvvoa eller tree Komma till samman, sao kunna the ey annat æn fœrtahla.* Hoc est: *ad calumnias aliorum adeo sunt proclives, ut si duo tresve conveniant, vix possint aliud, quam alios traducere, ac exagitare.* Speciatim vero annotat, quod exagitare, & convitiis proscindere gentes, diversas à sua, consueverint. Adeo nimirum nulla est, ne Lapponia quidem excepta, quæ se non putat optimam ac præstantissimam, longeque positam supra cunctas alias, prudentia, vel alia virtute. *Serdeles fœrtahla the folk af andra nationer, gifvvandes dhæm æknampn eller till nampn,* ait. Hoc est: *præcipue vero aliarum Nationum populos traducere consueverunt, dareque eis peculiaria cognomenta.* Accedit hisce, primo studium habendi aut corradendi prorsus inexplebile, profectum & ipsum ex metu, quam paupertas, rerumque ad vitam pertinentium indigentia eis incutit non exiguum. Joh. Tornæus: *Deres natur beståor utaf een omaottlig girigheet.* Hoc est, *à natura eis inhæret immensa avaritia.* Deinde ignavia, quæ videtur oriri ex eo, quia, cum ob alimenti pravitatem minus firmo durove sint corpore, labores perferant ægerrimè. Olaus Petri tam amantes otii desidiæque ait, ut tametsi regio earum non uno loco admittat cultum, maneat tamen horrida & sylvestris. Verba ejus c. 19. *Amor desidiæ & agricultura, & pecorum usu animum eorum avertit. Per ignaviam fertiles aliquibus in locis campos illis colere & serere penitus ignotum. Turpi ita otio vitam exigunt, & incommoda ex barbarie malunt patientia, quam labore evincere.* Sed & alias in comparando victu, quoties laborem postulat, sunt parci, nec procedunt ad venationes aut piscationes, nisi per defectum & inopiam rerum necessariarum compulsi. Ex quo suspicor & id oriri vitium, quod sint erga parentes suos, senio præsertim morbisque confectos;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

fectos, duri atque impii. Nec contemnant modo eos negligantve, ſed & odio penè proſequantur. Partim quia, ſi quæ habent bona, poſſidere ea malunt, quam exſpectare ; partim quia victum comparare his, à quibus nulla habent commoda, moleſtum putant atque tædioſum. Sic narrarunt mihi ipſi, qui cum eis ſunt verſati. Quanquam diſſentiat Jo. Tornæus: *Færældrarna*, inquit, *haollas uthi tillbærlig vværdning och æhra, ja ſåo, at nær the aoldriga vvarda, laota dem barnen aldrig vvaordlæſa, uthan till dædedagarna medd ſtærſta aohaoga underdaolla och ſkiæta.* Hoc eſt : *Parentes debito proſequantur cultu & honore, adeo, ut, cum conſenuerunt, liberi curam eorum deponant nunquam, ſed uſque ad obitum ſollicitudine ſumma alant, & foveant.* Licet autem forte hoc obtineat apud Lappones Tornenſes, obtinebit magis ex bona diſciplina, quam ingenio indoleque, cum contrarium ipſi etiam obſervaverimus in aliis. Supereſt libido, de qua notanter ſæpe Samuel Rheen. *The æro och inclinerade till andra ſtoora laſter, doch ſærdeles till ſkiærlefnat.* Hoc eſt, *ſunt & ad alia propenſi vitia magna, ſed peculiari modo ad libidines.* Diverſum quidem habet Wexionius in Deſcriptione ſua Sueciæ ; nam, *adulteria*, inquit, *& fornicationem Lappi oderunt, ipſique vindicant.* Verum, ut conceſſerim de adulteriis, & probabo in ſequentibus aliorum teſtimoniis, ſic cauſa nulla eſt, cur fidem dicti ſcriptoris, quique diu inter ipſos eſt verſatus, & verſatur hodieque, elevemus. Cum præſertim idem tradat Herberſtenius de ipſis in Hiſtoria rerum Moſchovitarum. *Loppi*, ait, *quamvis pane, ſale, aliisque gulæ irritamentis careant, multum tamen proni in libidinem eſſe perhibentur.* Adde quod ſit ſtudium ingens atque incredibile, apud ipſos procreandæ ſobolis, de quo agam in ſequentibus, quod in tugurio unico ſine diſcrimine ſexus, ætatisque, viri, fœminæ, juvenes, puellæ verſentur, jaceantque noctes atque dies, unde ad hæc varias frequentesque dari atque accipi occaſiones, verò admodum eſt conſentaneum. Quin imo exempla ſunt in promptu eorum, qui ſtudiorum gratia hic, & alibi verſantes, compeſcere libidinem non potuere, ac ne quidem curam magnam impenderunt, ut compeſcerent, quaſi eſſet vitium non uſque adeo pudendum.

Quan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Quanquam forte non ubique se habeant eodem modo, sive cœli quædam faciat hoc diversitas, sive disciplinæ. Nam & Joh. Tornæus de Lapponibus Tornensibus: *Scortationes & concubitus clandestini raro apud eos audiuntur, sic ut plures sæpe anni circumeant, priusquam proles ex scortatione concepta habeatur ad Baptismum.* Vel si mavis ipsa ejus verba: *Hoordocus last och læn skelæger hæres icke heller ofta hoos Lapparna, sao, at maouga aor færlæpa, at intet oæchta barn bars fram till Christendoom.* Nisi credas, mirum non esse, proles concipi raras ex scortatione, præsertim in gente, quæ natura sua parum est fœcunda. Atque ista quidem sunt, quæ in ipsis reprehensionem promerentur. Sunt verò & aliqua, quæ laudem. Quale primum, ut ajebam modo, quod matrimoniorum sanctitatem custodiant. Sic Wexionius docuit, qui sua hausit ut opinor, ex Buræo. Buræus ita habet: *Sunt apud Lappones adulteria rara.* Idem firmat Olaus Petri: *Conjugium videatur sacrosanctum venerari, & caste servare.* Joh. Tornæus: *Euthenskap haulla the ährligit och gott, som andre ratta Christne.* Hoc est: *Conjugium honeste ac probe colunt, sicut alii vere Christiani.* Damianus à Goës; *matrimonia observant, & mire sunt zelotypi.* Deinde ignorant furta; suam quisque rem possidet imperturbatam. *Furta,* inquit, Buræus, *rarissima ac pænè inusitata.* Pari modo Wexionius: *Furta ignorant.* Sic Joh. Tornæus. *Till stoeld och Tiufvverii draga the een styggelse.* Hoc est: *Furta plane abominantur.* Et ante hosce Olaus Magnus lib. IV. c. 5. *His insigne piaculum est aliquid rapere.* Hinc *consuetum* est, pergit Buræus, *non modo Lapponibus, verum etiam mercatoribus, suas merces illinc transportantibus, eas stragulo saltem contra nivium injuriam obtectas, sine aliquo custode sub dio relinquere, proque negotiorum expeditione ad alias hordas longissimo itinere abire, nullamque prorsus curam habere, ne vel loco moveantur, nedum auferantur.* Atque ita opus erat apud eos, qui nullis Clausi oppidis, aut domibus versantur. Nam sine tecti munimento res suas habentibus, quid salvum esset, si furari liceret. Etiam hoc commendandum, quod benefici sint ferè erga pauperes, tecto eos excipiant, alantque sæpe longo tempore. Jo. Tornæus: *Dhe fatti-*

ga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ga hyſa dhæ gærna, och dem hoos ſig i heelt, halft, fiærdendels aohr, meera ellen och mindre efter foerraodet och lægenheeten uppehaolla, och ſedan mædh egna reenar till een annan foera; Hoc eſt: *Pauperes libenter excipiunt domo, eosque alunt per annum integrum, dimidium, partem ejus quartam, pro facultatibus ſuis, poſt Rangiferis propriis devehunt ad alios.* Quin & juvant eos modis variis, præſertim per Rangiferos ſeu Rhenones ſuos, quos vel ad operas faciendas præbent gratis, vel ad capiendum qualemcunque ex ipſis. Samuel Rheen, cap. 24. *Emoot the fattiga æro ſomblige aff them myckit vvarkundſan, ſao att om een fattig Lapp, ſom ingen Reenar æger, kommer till the ryka och foermoegne Lapper, och begærar tvvoa tree, tyo, eller tiugu rhenar, eller vvæyor till læns at molka oefvver ſommaren, eller att drifvva naogot arbete med, vvarder honom ſellan af them rykom foervvægrat.* Hæc Latine ita ſonant: *Ergapauperes aliqui ex ipſis admodum ſunt condolentes & miſericordes, ita ut ſi Lappus pauper, qui rangiferis eſt deſtitutus, veniat ad ditiores atque opulentiores, & ab eis poſtulet duos, tres, decem, viginti rhenones maſculos feminasve, ad colligendum Lac ab eis per æſtatem, aut faciendum quoddam opus, eos raro ipſi negent.* Addendum eſt & illud, quod ſint erga peregrinos humani, libenter eos recipiant ſub tectum, victum præbeant, quem poſſunt, aliaque omnia ei præſtent officia. Quod teſtatur Joh. Tornæus. *Till att undfao eller befordra dhe fræmmande eller reſende aro the myckit beuægna och vvilliga*: Hoc eſt; *Ad excipiendos peregrinos, aut facientes iter, admodum ſunt proni facilesque.* Idem docet ante dictus auctor de ipſis in hunc modum. *Emot the fremmande æro the myckit bevvaogne, och gærna meddehla och aſſaota, alt hvvad i deras förmogenheet finnes: Spyſandes them med then maat hoos them ær brukligh.* Hoc eſt: *Erga peregrinos valde ſunt propenſi, eisque libentiſſime concedunt præbentque quicquid habeant in ſuis facultatibus, cibum offerendo, qualis eſt in uſu apud eos.* Et occurrit bona copia exemplorum apud illos, qui navigationes Septentrionem verſus deſcripſere, oſtenduntque non raro naufragos, vel alias errantes ab eis exceptos benigne, ac humaniter habitos, recreatosque fuiſſe. Quo fortaſſe reſpexit & Scaliger Exer. 2. 13. ubi ſic

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

de ipsis: *Scimus nos, Lappones esse erga hospites innocentes.* Hæc sunt fere, quæ & laudem in Lapponibus promerentur, atque inter virtutes earum debent numerari. De cætero gens est, non usque adeo civilis atque polita, si cum aliis conferatur populis Septentrionis. Quo intuitu jam Paulus Jovius de ipsis, *Lappones existunt gens, supra quam credibile sit, agrestis.* Pari modo Wexionius Lib. IV. Suec. c. 6. *Lappi agrestes sunt.* Amant tamen munditiem; iccirco aqua sese lavant, & faciem, & manus frequentissime. Testis est, quem sæpè jam laudavimus, & laudabimus in sequentibus Dn. Samuel Rheen c. 14. *Ehuruvvæl the altyd vvistas i rækekottor, haolla de sigh liikvvæl reene, tvvættandes sina hænder och ansichten hvvar dagh ganska vvæl.* Hoc est: *Licet habitent in tugurriis fumo plenis, tamen operam dant ut sint mundi lavando manus faciemque singulis diebus summa diligentia.* Contra Jo. Tornæus: *Mæstendeels æra dhe skaorfvvoga, effter dhe sig scillan tvvætta, och hufvvudet intet rychta eller borsta.* Hoc est: *Sunt plerumque scabiosi, quia raro sese lavant, caputque non pectunt aut comunt.* Sed fortassis speciatim de Lapponibus Tornensibus hoc accipiendum, nam in cæteris nil istiusmodi observes. Nec ingenio sunt omnino destituti, verum ejus quoque vi non nulla pollent. Quod apparet facile, quia ipsi omnium suorum utensilium sunt fabri. Ipsi vestes sibi sarciunt, ipsi suunt calceos, ipsi nent, ipsi vasa lignea, instrumentaque omnis generis, sive ad iter sive ad venationem, aucupium, piscationem sibi conficiunt. Et sunt quædam prorsus artificiosa, sicut suo loco indicabitur. Itaque non ipsi sibi solis accommodant, sed & aliis, qui ab ipsis expetunt, & in usus suos quærunt. Zieglerus, *naves, dolia, omne instrumentum domesticum probe fabricant, & exportant in viciniam.* Memoria etiam & judicio valere, testatur Johannes Tornæus. *Sunt*, inquit, *tenaces memoria, judicio acres.* & loco alio. *Af færstaondet æro dhe godha, till minnet starka.* Hoc est: *usu rationis præstantes sunt, memoria validi.* Sed hæc melius intelligentur ex descriptione singulorum, atque iis quæ prolixe dicemus in sequentibus, ubi de diversis Lapponum opificiis similibusque sermo erit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. VI.

De Origine Gentis Lapponicæ.

GEns Lapponica unde ſuam duxerit originem, & quibus cauſis, quave ratione venerit in terras, quas nunc tenet, nemo prodidit memoriæ, quod ſciam, neque nobis divinare promptum eſt. Ex Suecorum gente nata eſſe nequit, cum nil magis ſit diſſimile, quam Lappo atque Suecus. Non forma corporis, non animi ingenii ve conſtitutio, non lingua, non veſtitus, nihil denique in hoc, quod cum illo ulla ratione conveniat. Neque poteſt dubitare quisquam, qui vel ſemel viderit, Lappones eſſe diverſiſſimæ originis. Sed nec ex Ruſſis ſeu Moſchoviis putari poſſunt proveniſſe, quando non cum ipſis magis, quam cum Suecis conveniunt. Ruſſi fere omnes ſunt proceri, Lappones contra breves. Ruſſi corpulenti & obeſi, Lappones macilenti & exiles. Ruſſi denſis crinibus, barbis prolixis, Lappones brevibus & rariſſimis. Ruſſi vultu bene colorato, Lappones fuſco. Ipſa denique repugnat lingua, in qua nihil, quod cum Ruſſica vel tantillum conveniat. Idem cenſet etiam Jo. Tornæus, in Lapponiæ deſcriptione Suetica: *uthaf Ryſſarne kunna the icke heller vara, emædan Ryſſen bygger ſigh huus, brukar aoker och ængh, hafuer fæ och bookap, huilket alt Lappen huarken æger, eller ſkiæter. Der till medh ær ingen gemenshap emillan ſpraken.* Hoc eſt: *Ex Ruſſis oriundi eſſe nequeunt. Ruſſus enim extruit ſibi domum, exercet agrum & prata, alit pecora & jumenta, quæ omnia Lappo neque poſſidet, neque curat. Præterea, nec eſt ulla inter linguas utriuſque populi convenientia.* Superſunt ex vicinis Norvagi ab una parte, ab altera Finnones. Ex Norvagis orti eſſe non poſſunt, qui quæ Suecorum differentia eſt à Lapponibus, eadem eſt & Norvagorum. Sunt enim originis ejusdem Sueci & Norvagi. Reliquum igitur, ut credamus ex Finnonibus eſſe oriundos. Id quod cenſuit & Wexionius in Deſcr. Sueciæ lib. II. c. 15. ubi ait: *Lappi, Finnorum, ut videtur, proles.* Item lib. III. c. 27.

Gens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Gens Lappica ex Fenningia orta videtur, ubi quædam parochia Lappio dicitur. Quod de parochia Lappio Wexionius hic addit, quasi ea Lapponibus prima originis nominisque dederit initia, conjectura est, nullis subnixa fundamentis. Et diversum demonstravimus jam in superioribus. At quod ita generatim censet, originem debere suam Fennis, admodum est verosimile, crediderunt que viri alii doctissimi. Quos inter eminet ὁ πάνυ Conringius, qui in libro de antiquissimo statu Halmostadii sic hac de re: *Lappones in borealem Europam ex Asia adventasse verosimilius est, quandoquidem ejusdem cum Fennis & Samojedis videntur originis esse.* Multis idem probari potest rationibus. Jam primum enim ipsa gentis utriusque arguit appellatio, quæ eadem: Lappo quippe sua lingua *Sabmi*, sive *Same* dicitur, ut supra indicatum est; Fenno *Suomi*, ut est notum, jamque publicatum Wexionio lib. II. Descr. Suec. c. 9. At vero ista duo inter se nil differunt, nisi sola dialecto. Deinde traditio est vetus de gentis utriusque conditore, quem communi nomine appellant *Iumi* Joh. Tornæus: *den ena alderen effter dhen andra, uthaf en gammal berættelse och inbillningh, hafuer kallat Lapparnas Storfader eller Patriarch, Iumi.* Hoc est: *Ætas una post aliam ex traditione veteri opinioneque Lapponum primum conditorem seu Patriarcham nominavit Iumi.* Idem de Finnonibus: *Finnerna hafua fordomdag, ehrkundt Iumo fær deras storfader.* Hoc est: *Finnones olim habuerunt Iumo pro primo suo conditore.* Idem igitur conditor auctorque non potest nisi eandem produxisse gentem. Docet hoc & sermo. Licet enim non sit idem plane per omnia utrique genti, tamen convenit respectu fontis & originis, quod pluribus in capite peculiari de sermone Lapponum firmabitur. Vocabula profecto pleraque sunt similia propemodum. Ut *Deus* Fennis *Iumala*, Lapponibus *Iubmal*. *Ignis*, *tuli* Fennis, Lapponibus *tolle*. *Mons* illis *Wuori*, his *Warra*, & sic res se habet in plerisque aliis. Idem potest colligi ex forma corporum habituque. Fenni constipata habent membra; similia & Lappones. Fenni capillos nigros, lata ora, vultus torvos; pari modo Lappones. Quod si quid discrepat in cæteris, id est exiguum, & tale, ut appareat, ex causa victus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

cœlique, ſub quo habitant, conſtitutione, non origine prima in Lapponibus provenire. Ne veſtitus quidem multum differt, contra quam non nemo cenſuit. Ecce enim tibi Finnonem antiquum, ſicut delineatus extat hodie, in Storekyro templo, Oſtrobothniæ, ubi cædes Epiſcopi Henrici, commiſſa à Finnonibus, eſt expreſſa.

Veſtitum hujus ſi conferas cum veſtitu Lapponum, ut à me delineatus eſt cap. XVII. apparebit nil differre. Ad poſtremum ipſa populi utriusque conveniunt ingenia. Fenni quando domi ſunt & inter ſuos, otio fere dediti. Wexionius lib. IV. c. 6. *Fenni foris, quam domi & in natali ſolo laborioſiores.* Lappones quoque non laborant, niſi victus penuria compellantur. Fenni, quod teſtatur idem Wexionius, tenaces propoſiti. Faciunt hoc ipſum Lappones, præſertim capti ſuſpicione, aut offenſione læſi, ut ſuperius eſt indicatum. Fenni ſuperſtitioſi magicisque dediti. Nihil apud Lappones frequentius. Ideo de utrisque junctim Olaus Magnus Lib. III. c. 16. *Aquilonis regio Finlandia ac Lapponia ita erat maleficiis olim in paganiſmo, ac ſi Zoroaſtrem Perſam in hac damnata diſciplina præceptorum habuiſſet.* Ad poſtremum, quicquid de antiquis Fennis tradidit olim Tacitus, id hodieque durat in Lapponibus. *Non arma, non equi, non penates ipſis victui, herba; veſtitui, pelles; cubile humus. Sola in ſagittis ſpes, quas inopia ferri oſſibus aſperant. Idemque venatus viros pariter ac feminas alit. Paſſim enim comitantur, patremque prædæ petunt. Nec aliud infantibus ferarum imbriumque ſuffugium, quam ut in aliquo ramorum nexu contegantur. Huc redeunt juvenes, hoc ſenum receptaculum.* Neque diverſimode deſcribit Saxo, quam ut Lapponas hodiernos cenſeas delineari: Verba extant lib. V. *Sunt Finni ultimi Septentrionis populi, vix quidem habitabilem orbis terrarum partem cultura ac manſione complexi.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

xi. Acer iisdem telorum est usus, non alia gens promptiore jaculandi peritia fruitur, grandibus & latis sagittis dimicant, incantationum studiis incumbunt, venationibus callent, incerta illis habitatio est, vagaq; domus, ubicunq; feram occupaverint locantibus sedes, pandis trabibus vecti conferta nivibus juga percurrunt. Habes plane eadem ingenia, eosdem mores in Finnonibus antiquis, hodiernisque Lapponibus, ut eandem esse gentem, si origo attendatur, dubium vix queat haberi. Huc accedit, quod à Danis Norvagisque *Fenni* nuncupentur hodieq;, qui sunt Lappones. Inde habes apud Petrum Claudi in Des. Norvagiæ titulum capitis vigesimi octavi, quod agit de Lapponibus Regno Daniæ subjectis, *om Finnerne*, h.e. *de Finnonibus*. Ex eadem causa Finnones hos dividit in duo genera, & alterum quidem nominat *Siofinnar* h.e. *Finnones maritimos*, alterũ vero *Lappesinner*, id est, *Finnnones Lappos*, sive *Lappofinnos*. Idem præcedenti capite de his ipsis Lappofiñis. *Pa dhet stora fiald vanha de Lappesinner ors kallas dherfære Lappmark*. Hoc est; *In jugo montium* (qui Sueciam Norvagiamq; intercedunt) *existunt Lappofinnones, hinc illa pars Lappemarkia vocatur*. Nam *Lappofinni* nõ sunt alii, quam qui alias simpliciter *Lappi*, sic vocati sine dubio, quod ex Finnis nati sint & oriundi. Licet simile quid intelligere ex appellatione Lapponũ apud Russos. Nam præterquam quod vocentur *Loppi*, sive *dicti-Loppi*, id est *Lappi*, aut *feri-Lappi*, etiam *Kajienni* nominantur, regioque, quam inhabitant, *Kajenschaja semla*. Cujus appellationis ratio quæ possit cogitari alia, quam quod habeant eos pro Kajanis? Est autem Kajania pars una Finnoniæ, quæ vocatur magna. Wexionius in Des. Sueciæ Lib. I. cap. 22. *Tenet magnus ducatus* (Finlandiæ:) *Principatus seu Ducatus minores, Fenningiæ specialiter sic dictæ, Tavvastiæ, Careliæ utriusq;, comitatus Cajaniæ, &c.* Unde sequitur, etiam Russis Lappones haberi pro Finnonibus. Sed hic dicat aliquis, qui ex Finnonibus possint esse Lappi, cum hi sint imbelles, illi bellica virtute celeberrimi; hi macilenti & exsangues, illi crassi plurimum & obesi? Verum ista non videntur posse infirmare sententiam priorem. Nam ut de posteriore primo loco agam, quis ignorat corporum habitus pro victus ratione immutari?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Sunt Finnonibus non pauca ſaginando corpori idonea, quibus omnibus deſtituuntur Lappones. Itaque hoc quidem argumento nihil in contrarium efficitur. Neque magis valet, quod affertur de ingenio Finnorum militari. Longe alia eorum fuit ratio temporibus antiquis, quibus in Lapponiam miſiſſe colonias videntur. Quod apparet vel ex eo, quia Tacitus gentem nominat inermem. *Non arma*, inquit, *non equi ipſis.* Adeo, vult dicere, à conſuetudine bellorum alieni ſunt. Sed & hodie non uſque adeo proclives. Quin potius, quod experientia compertum eſt frequenti, publicequè notum, quando dare nomina coguntur, abdunt ſeſe, ac effugere hoc vitæ genus, quanta poſſunt opera, conantur. Itaque non tam ex indole ingeniove, quam uſu atque diſciplina, cujus Fenni ſunt obſervantiſſimi, putandum, quod virtute militari polleant. Nam natura quidem inter ipſos Lapponasquè quo ad iſta, differentia eſt admodum exigua. Et quid tandem opus eſt, ut revelamus hanc ſententiam, cum ipſi Lappones, quorum ſine dubio hac in parte fidei tribuendum plurimum, ſe ortos à Finnonibus teſtentur. Durat enim apud ipſos hodieque hæc ſententia, quam longa ſerie acceperunt à majoribus, ipſorumquè ducum inter eos extant vocabula, per quos migrationem in Lapponiam fecere. Sic teſtatur Olaus Petri Niurenius de quodam (*Mieſchogieſche*) relatum ſibi. Verba ejus. *Ipſimet Lappi derivant ſuam proſapiam à Mieſchogieſche. Sciſcitanti mihi, quis, & unde ille fuerit, nihil aliud ex parentum & majorum traditione ſe hauſiſſe reſpondent, quam eum jam olim ex Finlandia in oras ſuas migraſſe.* Idem quanquam mutato ducis vocabulo, prodidit ante annos aliquos civis quidam Pithenſis, Andres Andreſonius vocatus, qui poſt factus eſt œconomus Scholæ Lapponicæ, & ex quotidiano cum Lapponibus convictu converſationequè iſtæc didicit, adeoque fidem promeretur exceptione omni majorem. Hic Andreas, inquam, ait, ipſos memorare *Thins Kogreh*, à quo ducti ſint in regiones, quos inhabitant. Qua de re, & Dn. Zacharias Plantinus in præfatione Mſ. cujus alibi feci mentionem. *Confeſſi ſunt illi ex noſtris intelligentiores, interrogati, eductos ſe ex Finlandia, ductore*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ctore quodam Thins Kogreh. Quanquam quod de hoc utroque dicitur ductore, id videatur esse novum, nec accipiendum, nisi de migrationibus postremis. Ecquis enim credat, nomen ductoris antiquissimi servatum apud LAPPONES tam certa fideliquè memoria? Oportet sane ipsum floruisse ante Saxonem, cum is LAPPONUM faciat mentionem. Vixit porro annis quadringentis octoginta circiter Saxo ante nostram ætatem, quo tempore quæ gesta sint apud sese, ne Fenni quidem ipsi certo noverunt, adeo ejusmodi notitia sperari à LAPPONIBUS haud potest. Deinde arguit hoc nomen *Thins*, quod esse vetus Finnonicum, nemo mihi equidem persuaserit. *Thins* enim, quod Suecis *Thinis*, Batavis *Thinius*. At hoc Batavorum nemo dubitat, quin sit *Anthonius*. Porro Anthonii vocabulum innotuisse Fennis ante notitiam religionis Christianæ, nemo dixerit. Idem judico de causa migrationis suscepta, quam nunc produnt. Ajunt enim se Finnonia egressos tædio tributorum onerumquè similium. Sic enim habet idem Zacharias Plantinus: *Traditur, primum suscepisse migrationem sui ingratiis magistratus. Nimirum oneribus pressos, quam essent ferendis, gravioribus, relictis avitis suis in Tavastia circa Brokarla & Rengoaruis, vastam, quæ Tavastia dicitur, penetrasse primum sylvam, nec ante, quam ad tum incultum australe, quod in Ostrobothnia tenet, sinus Bodici substitisse littus. Ibi primas post primos errores cepisse sedes.* Pugnant istæc omnia cum LAPPONUM vocabulo. Si LAPPONES sic dicti, quod fatentur ipsi, & nos supra demonstravimus, quoniam expulsi ac ejecti, qui migrasse ultro, & ad evitationem onerum aut tributorum possunt dici? Sed respondent, sic vocatos, quoniam expulsi post ex illis primis sedibus ad remotiora. Pergit enim ante nominatus Plantinus, & addit post nonnulla interjecta: *Ipsi ipsorum antea conterranei, sive justa impulsi ob desertas improbe pristinas sedes, ira, sive perdito aliquo perditarum sororum avaritiæ atque invidiæ perciti æstro, sive etiam utrog, ipsos, duce quodam, ut fertur, Matthia Kurk, bello adoriuntur internecivo, cædunt, spoliant, totoque demum latissimo illo lætissimoque tractu pellunt: primum quidem misere ad inclytos Salmonum pisca-*

turæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tura fluvios, Torna & Kimi, mox vero miserrime in ipsa usque. quæ jam tenent, Alpes utrinque contingentia deserta. Ita Dn. Plantinus ex commemoratione ipsorum; qui hoc addit amplius, testatum esse ante dictum Andream Andresonium, se vidisse literas veteres, in quibus unus ex Præfectis Lapponum *Kurk* nominetur. Habet eadem & pater eius, Olaus Petri Niurenius. Verba, licet longiora, non pigebit exscribere. *Præfato tempore nativitatis Christi evenit, aliquot familias Finlandiæ ex Birkala & Rengo paræciis exiliisse nemus Tavastiæ, & ad littora Ostrobothniæ, ubi jam Nerpis & Mustasara, tum temporis à nullo mortalium habitata, stativa & sedes suas fixisse, ibidemque sine ulla, qua Finni vexabantur in patria, tributorum molestia, summa in tranquillitate multas acquisivisse merces easque quotannis reportasse, & venales proposuisse patriotis. Inde cœperant excellere mirum in modum splendido amictu, delicato victu, opibus & ornamentis, ut exinde eos summâ frui felicitate verissime concluderent. Peregre id videntes & ferentes Tavasthi, quarum provincia fuere egressi, Matthiam quendam* (Kurkium intelligit) *sua gente clarum in directorem & ducem elegerunt, qui magna Tavasthorum multitudine stipatus, in eorum domicilia irrupit, omniaq; rapinis involvens, non prius destitit, quam eos ex suis sedibus ad fluvios Chimi & Torne pepulisset. Nec diuturna interjecta mora, cum aliquot elapsis duntaxat annis facti sunt certiores, ejectos & dissipatos non incommode apud præfatos fluvios vivere, iterum eos summo adoriuntur nixu, & tum eos tam inhumaniter tractarunt, ut sine jumento quopiam, vel quibusdam pecoribus in ea, ubi jam vivunt, deserta, solis retibus retentis, cogerentur se recipere.* Sed quis non intelligit, hæc cuncta esse recentia? Nam ut nihil dicam de cognomento Kurkiorum, quod probabit nemo tam antiquum, cum hæc cognamenta nobilitati olim fuerint ignota; num quis dubitabis, saltem Matthiam illum floruisse diu, post institutam in Finnonia religionem Christianam? Unde enim alias Matthiæ nomen consecutus sit? Nullus est Matthias in tot nominibus paganicis, quæ occurrunt bona copia, sive apud veteres Historicos, sive aliis in monumentis. At vero Lappones tam sero pervenisse

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

in quas tenent, circa montes Alpesve, Norvagiæ regiones, quis crediderit? Oportet saltem regiones eas ante adventum ipsorum cultoribus fuisse destitutas. At vero constat tenuisse illas etiam ante tempora Christiana Biarmos & Skridfinnos, quorum hos posteriores ipsos quoque ex Finnonia oriundos, id est colonos Finnorum fuisse, vel ex ipsorum vocabulo colligitur. Quin imo leguntur ipsi Finnones in terris istis jam temporibus Haraldi Pulchricomi sive Harfageri, regis Norvagorum, filijque ejus Erici Blodœxe, qui vixerunt diu ante tempora religionis Christianæ. Memoratque Sturlesonius de hoc posteriore nominatim expeditiones ejus versus Septentrionem ex Norvagia, primum in Findmarkiam, deinde in Biarmiam. Verba hæc sunt pag. n. 56. *der næst seglade han Nord pao Finmarken, och alt till Biarmeland, och holt en slachtning mot Biarmeland, och fick sæger, och itt stort byte.* Hoc est: *Postea faciebat vela* (Ericus Blodœxe) *Septentrionem versus ad Finmarkiam, & usque ad Biarmiam, ubi committebat prælium cum Biarmis, obtinebatque victoriam cum magnis spoliis.* Si ex Norvagia profectus est Septentrionem versus, & profectus est itinere maritimo, ut veniret ad Findmarckiam, necesse utique, ut ipsius ætate Finmarkia Norvagiæ fuerit vicina, ut fuerit magis septentrionalis, & fuerit propinqua mari, hoc est, illa ipsa extiterit Findmarkia, quæ hodieque ita dicitur. Quæ cum illo tempore habuerit suos incolas, eosque Finnones, quod nomen regionis indicat, frustra creditur primum occupata à Lapponibus, per Matthiam Kurkium ejectis & expulsis, ex Australi Bothnia. Neque hæc ejectio est illa, unde nomen suum Lappi accepere. Sane Lappi sic sunt dicti ætate Saxonis. At Matthiæ Kurkij expeditionem fuisse antiquiorem, nemo mihi facile persuaserit. Omnium autem minime illæ litteræ, in quibus nomen Kurkii continetur: cum per literas & scriptionem istæc talia confiicere, insolens & incognitum fuerit istis saltem temporibus. Quare alia nobis inquirenda sunt migrationis Lapponicæ initia, aliæque rationes, ut ejectos, id est, Lappones vocatos demonstremus. Puto autem Finnones non una tantum vice, verum aliquoties migra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tiones in Lapponiam feciſſe. Arguitque illud ipſum ductoris eorum vocabulum non unum idemque, ſed diverſum, quando alii *Tins Kogre* vocant, alii *Mieſchogieſche*. Prima vetuſtiſſimaque videtur illa, quæ Biarmis ſive Biarmenſibus initia originemque dedit. Nam Biarmos eſſe Finnones reſpectu ſuorum majorum colligo, quia deos habuere Finnonicis vocabulis inſignitos, quia ingenio moribusque cum Finnonibus antiquis plane congruerunt, quia peregrinis omnibus *Skridſinni* dicti ſunt, hoc eſt, Finni ſuper congelatas nives decurrentes, quales ſolos ſine Biarmis cognoverunt veteres, atque adeo pro Biarmis nominarunt. Nempe Finnis dicti ſunt Biarmi, quod in loca conceſſiſſent montuoſa. Probe enim, quod Buræus ait, *Biarmiæ nomen tortum videri à Finnonico Varama, quod montuoſam regionem ſignificat.* At peregrini quoniam didiciſſent, eos ſoleis ligneis decurrere per nives, idque nominari populis Septentrionis, Suecis inquam, & vicinis, unde id de Finnis illis Biarmenſibus didicerant', *att ſkriida*, ideo pro Biarmis, quod ignotum eis fuit vocabulum, Skriidfinnos appellarunt. Atque quoniam originis ejusdem Finnones & Biarmi hinc non raro & iisdem paruere Regibus, quod exemplo conſtat Cuſonis, qui Finnoniæ Biarmiæque juxta tenuit imperium Holteri Regis ætate, uti ex Saxone novimus. Quæ vero cauſa fuerit migrationis hujus, nobis non eſt promptum dicere. Niſi credimus id factum metu Suecorum, qui jam Agni Regis temporibus ingenti clade Finnones affecerant. Sic enim Sturleſonius in vita Agni: *Han drogh till Finland, och ſtridde met Froſte Findernas Konge och ſtog honom med naogot affitt folck, och rofuade ryda ut hi Finland, och fick ſtort byte.* Hoc eſt; *Expeditionem bellicam ſuſcipiebat in Finlandiam, ubi prælium committebat cum Froſte rege Finnorum, quem ſuperabat acie cum magna multitudine popularium ipſius & vaſtabat longe lateque Finlandiam, ex qua prædam faciebat ingentem.* Veniamus ad migrationem ſecundam. Eam vero ſuſpicamur factam, cum ad Ladoga lacum usque Ruſſi inciperent arma & imperium ſuum proferre. Vix enim eſt dubium, quin metu crudelitatis inuſitatæ, qua omnibus temporibus graſſati Ruſſi ſunt, patriam reliquerint nonnul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

nonnulli & conceſſerint in Lapponiam. Atque ut hoc eo magis credam, facit, quia Lappi Ruſſis ſunt Kajenni, ſicut ſupra indicavimus, quod ſine dubio hauſerunt ex eo, quia ex Cajania ſciverunt in Lapponiam tranſiiſſe. Scire vero iſtoc Ruſſi, niſi propriam per experientiam, non potuerunt, qui adeo hiſtoriæ omnis, præſertim gentium aliarum, ſunt ignari, ut ne proprias quidem res conſignent, ullamve earum paulo vetuſtiorum habeant notitiam. Jam autem hæc experientia non poteſt eſſe, niſi per bella, quæ geſſerunt cum Finnonibus, Careliis præſertim & Cajanis. Unde illud ſequitur, quod attulimus de migrationis hujus cauſis. Fuerit autem hoc factum ſeculo circiter ſexto, poſt Chriſtum natum, quo demum Ruſſi terras haſce invadere, ac imperium ſuum dilatare cœperunt. Atque hi fortaſſis ſunt, qui ſimpliciter, quod ex Finnis eſſent orti, Suecis, Danis, & Norvagis *Finni*, vel cum addito *Siæfinni*, aut *Fieldfinni* appellati, obſoleto paulisper Biarmorum vocabulo, forte, quod Biarmos numero ſuperarent. Maxime poſt tempora Haraldi Harfageri, Regis Norvagorum, quippe qui Biarmos clade maxima affecit, atque internecioni prope dedit omnes. Sicut diſcimus ex Snorrone, qui ſic de Haraldo iſto pag. n. 56. *Der naſt ſeglade han Nordpao Findmarken, ors alt till Biarmaland, och hælt en ſtacht ningh medt Biarmaland, och fich ſæger, och itt ſtort byte.* Hoc eſt; *Inde navigabat verſus Findmarkiam ad Septentrionem & usque ad Biarmiam, ubi committebat prælium, fiebatque victor, prædamque faciebat ingentem.* Manent hic intacti Finnones in Finmarkia ſua, cæſis interim Biarmis, & ingenti afflictis clade, poſt quam veroſimile eſt, non potuiſſe reſurgere, atque ſic invaluiſſe Finnos, nomenque Biarmorum cum priori poteſtate obſcuraſſe. Atque iſtæ quidem ſunt migrationes, antequam Lapporum nomen eis eſt impoſitum. Nemo certe Lappos ullos his temporibus commemoravit. *Finni* tantum, *Scritofinni*, & *Biarmi* nominantur. At ſequentibus temporibus occurrunt quoque *Lappones*, quorum mentionem eum non faciat Adamus Bremenſis, qui floruit circa annum Chriſti M LXXVII. faciat vero Saxo Danicus, qui floruit circa annum Chriſti MCC. veroſimile fit, ter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tiam migrationem, postquam Lappones sunt dicti, factam isto intervallo. Jam si quis examinet historias illius intervalli, vix inveniet, quod dare ansam potuerit Finnonibus ad aliquam migrationem, quam Erici vulgo Sancti nominati expeditio in Finlandiam, qua eam Regno Sueciæ fecit tributariam, & religione Christiana illustravit. Incidit autem ea expeditio in annum M C L. quo proinde Fenni non profecto pauci tertia vice patriam deseruisse suam, atque in Lapponiam concessisse videntur. Neque in obscuro causa est, nam & imperio subjiciebantur peregrino, & ad religionem compellebantur, quam hactenus, ut à sua majorumque suorum longissime alienam, odio persequebantur acerbissimo. Quod utrumque cum sit admodum intolerabile, quid mirum est, si effugere nonnulli quæsiverint. Sed nec illud cognitu est arduum, cur hi dicti Lappi fuerint à cæteris. Scilicet qui facti erant Christiani, & imperio Suecorum se subdiderant, habebant hos pro desertoribus, & quos metus virtutis Sueticæ, cum Religionis Christianæ aversatione patria ejecissit ac fecissent exules. Cum præsertim Regium accesserit edictum, quo ejecti ac expulsi revera, quotquot ejurare superstitionem paganicam detrectarent. Ut non sine causa dicti Lappi fuerint, nec hodieque nomen illud æquo animo possint audire. Atque ista mea quidem de origine gentis Lapponicæ sententia, variisque ejus in Lapponiam migrationibus. Nec me dimovent ab hac sententia viri docti, qui à Tattaris malunt credere oriundos. Tattarorum enim in Septentrionem nullæ usquam leguntur migrationes. Deinde vita Tattarorum militaris est ad prædatoria, raptu enim sese alunt. At vero Lapponum est pastoritia & venatoria, & à militia omni maxime abhorrens. Ad hæc studium Tattarorum positum in eo, ut multos & præstantes habeant equos, quibus & ad equitationem, & ad victum utantur. Lappones vero adeo ignorant equos omnes, ut ne vocabulum quidem habeant in lingua sua, qua equum significent. Ipsæ ad postremum gentis utriusque linguæ ita inter sese sunt diversæ, ut appareat cuivis, unam ab altera non posse esse derivatam. Quod postremum tametsi supra nominati viri docti tradant & de lingua Finnica Lapponi-

ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

caque, eoque magis sibi dicant tribuendam fidem, quod sint linguæ utriusque periti, tamen apud nos assensum difficulter inveniunt, quia scimus alios, qui & ipsi linguarum illarum sunt periti, tradere diversum, ut liquebit ex iis, quæ de lingua Lapponum à nobis suo loco tradentur. Neque sequitur, quod volunt ipsi, multa reperiri vocabula Lapponica, quæ cum Finnonicis non conveniunt, oportere ergo linguas esse diversas, cum illa disconvenientia esse possit non à diversitate linguarum, sed longinquitate temporum, quæ in linguis quoque multa mutat. Quomodo reperiuntur multa vetera vocabula Suetica, quæ cum hodiernis nil conveniunt, nec ideo cessant esse Suetica, vel linguam faciunt diversam. Nam quod addunt, ut à Finnonibus non esse ortos Lapponas ostendant, fuisse hos in odio perpetuo apud illos, eo minus potest valere, quod illius odii sint causæ notæ, traditæque nobis in superioribus, nec à diversitate utriusque gentis petendæ. Idem statuendum de nonnulla morum dissimilitudine, ut quod agros colant Finnones, domos certas extruant, & id genus alia faciant, Lapponibus ignota. Debebant enim Lappones accommodare se ad naturam terrarum, quas tenebant, eaque dediscere, quæ ipsis nullo usui erant futura. Cæterum postremi, qui sunt ex Finnonia egressi consedisse primum in profundis sylvis Tauastiæ videntur. Manet enim hodieque sedis illius eorum memoria prope lacum, quem nunc quoque loci ejus incolæ vocant *Lappiakaiuo*, id est, *fontem Lapponum*. Joh. Tornæus. *Mitt uppaa then ſtora Tauaſta ſkogen ær till att ſee eett liitet rund træſk, alt omkring ophægt, och ſaa ſkapat ſaaſom med menniſkio hænder giort, huilket aabyggiarna kalla Lappiakaiuo, det ær Lapparnas brunn.* Hoc est: *In medio ſylvæ Tauaſtiæ cernitur lacus parvus figura rotunda, circumcirca ſtructus aggeribus, velut arte humana factis, quem incolæ vocant Lappiakaiuo, id eſt, fontem Lapponum.* Postea cum victus eis deesset necessarius, Finnones quoque paulatim fines suos proferrent ad Tawastiam, hactenus incultam desertamque, ipsi ultro videri possunt concessisse magis versus sinum Bothnicum, ubi & tutiora essen[t] omnia, & ad vitæ sustentationem copiosiora & paratiora. Atq[ue] hæc migratio est illa, cujus hodieque apud Lappones

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſupereſt memoria. Sicut ex Plantino in ſuperioribus cognovimus. Habuiſſe namque Lapponas, hos inquam ejectitios, maximam partem ſedes ſuas eo loco ad tempora Regis Magni Ladulaos, id eſt, annum MCC LXXII. atq; ſic per ſeculum integrum & amplius, cognitum eſt nobis alia ex commemoratione, quam reperimus inter ſchædas Johannis Buræi, Regni quondam hujus Antiquarii, quæ ſic habet: *I Konung Magnus Ladulaos tiid voro Lapparne ſitt ægit folk, och efter han icke kunne vvinna them under kronan, boed han them, ſom vville vvaoga, och komma them under Svverikes krono, ſao vville han gifvva them, hina i hænder till egendom. Ty gingo Birkarlana till, ſom boodde i Birkala ſochn, och gaofvvo ſig in till them, och dagtingadhe med them pao ſao maonga dagar, eller tiid: och emillan, færraskade them, och slogo maonga ihiæl, och vvunno them under ſig alt in till norra och vvæſtra ſidan, och fingo ſao bref af Konungen, att the ſkulle hafvva Lapparna ſom æn tao boodde uth med Botnen, med allen ſkatten* &c. Quæ utcunque ita reddideris Latine. *Temporibus Regis Magni Ladulaos adhuc ſui juris erant Lappones, & quoniam ipſe ſubjecere illos coronæ non poterat, offerebat his, qui tentare rem, eosque coronæ Sueciæ ſubditos facere vellent, proprietatis jus in ipſos ſeſe conceſſurum. Qua re commoti Birkarli, qui habitabant in paræcia Birkala, conveniebant Lapponas, cumque ipſis habebant congreſſus & colloquia per dies aliquot, quos cum diebus pluribus ad hoc pacti erant. Interea inopinatum in eos faciebant impetum, multos trucidabant, cæteros ſubjiciebant poteſtati ſuæ uſque ad mare ſeptentrionale & meridionale. Poſt à Rege impetrabant litteras, quibus eis Lappones, qui tum adhuc habitabant in confinio Bothniæ, concedebantur cum tributis omnibus.* Vides, dici apertiſſime, quod temporibus Regis Magni Ladulaos adhuc ſedes habuerint ſuas juxta ſinum Bothnicum, hocque convenire ſuperioribus; Birkarlos vero eis feciſſe negotium, & intuliſſe magnas clades. Quibus ſimul ad ulteriora fuiſſe compulſos, omiſſis, quas hucusque tenuerant, circa ſinum Bothnicum ſedibus. Quanquam antequam vexarentur à Birkarlis, in ſuperioribus dicantur petiti à Tavaſtiis ductu Kurkii cujusdam, qui à ſinu Bothnico eos conjecerint ad ulteriora.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

teriora. Quod tamen rem amplius examinanti possit quid recentius videri, saltem ad ætatem Christi neutiquam esse referendum, contra quam nonnulli censuere. Nimirum sicut fit in his, quorum notitia memoriæ solius fidei committitur, confundunt Lappones recentiora cum antiquis, exque omnibus, quæ temporibus distinctis Erici Sancti, Magni Ladulaos, & regum ante, postq; ipsos acciderunt, unam fabricant historiam, quam ut confusaneam & mutilam extricare, nemini satis promptum est. Olaus Petri sic commemorat prolixius. *Mentionem feci cujusdam Matthiæ, debellandis Lappis & depellendis in Septentrionis ultimam solitudinem ducis Finnorum. Hunc perhibent nonnulli fuisse ex nobilissima Kurkorum stirpe in Finlandia, & in impressione, & irruptione illa non desiisse eos vexare, priusquam ei annua polliciti sunt tributa. Pertæsus tandem molestissimi & longissimi itineris, fertur cum quibusdam in Birkarla Tavvastiæ parochia permutationem inchoasse, & pro subjectis Lappis ceu pacto vectigali pagos quosdam in Finlandia recepisse. Vnde subsequutum est, quod etiam verissimum, Lappos quotannis Birkarlis usq; ad annum 1554. pendisse pactum vectigal, & præter Birkarlos nemini licuisse cum eis mercaturam exercere. Senes aliquot in vivis sunt, qui se vidisse narrarunt literas & pacta Kurkorum à Iohanne Nilson in Ersnäs parochia Lulensi reservata.* Omnia hæc sunt ejusmodi, ut adeo non proximis à Christo nato temporibus (quod vult Olaus Petri) videantur facta, ut & recentiora Regis Magni Ladulaos queant haberi. Nisi plane putamus, ista sic cum cum Buræanis componenda, ut Tawasthii Olai Petri, sint Birkarli Buræi, cum & alias sint incolæ Tawasthiæ Birkarli, hique sibi elegerint Kurkium ducem, illiusque sub imperio Lappones è Bothniæ orientalis finibus ejecerint, fecerintque tributarios. Litteræ vero non tam Kurkii, quam Regis Magni Ladulaos, quibus tributum à Lapponibus pendendum concesserat Birkarlis, cum peculiari privilegio, exercendi mercimonii cum Lapponibus. Nam Kurkium, licet ducem, à se tamen electum, potuisse sibi soli vindicare Lappones, cum tributo simul ex eis, hocque per pactum transcribere Birkarlis, quis crediderit? cum Tawastii aut sui juris fuerint, & sic sibi ipsis, hoc, quicquid erat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

erat, acquiſiverint; aut ſub imperio alterius, & ſic quod ipſius fuit, alii concedere non potuerint. Quod ſi vero aliquid dedere Kurkio Birkarli, villas puta, vel id genus, hoc videtur factum non tam aliquo ex pacto, pro impetrando ab eo tributo, quam ut concederent ei, pro opera laboreque impenſa in bello. Quicquid autem ſit de Kurkio & Tavvaſtiis, illud ſaltem manet certum, gentem eſſe oriundam non ex Ruſſis, nec, quod putant aliqui, ex Tattaris, ſed plane ex Finnonibus, ejectam ex patria, quæ ſemel iterumque ſedibus mutatis, tandem veniret in terras, quas nunc colit. Dictam autem ex ultima migratione Lapponicam, illam etiam, quæ ante Fennica eſt nominata, quia ſic eſt dicta Suecis, qui illius partem maximam imperio ſubjectam ſuo habuerunt. Nempe poſtquam Sueci ex Finnonibus de profugis aut ejectitiis illis cognoverunt, noluiſſe ſcilicet amplecti religionem Chriſtianam, ac iccirco coactos eſſe novas ſibi quærere ſedes, hosque ideo Finnonibus didicerunt Lappos nuncupari, nomen id & ipſi eis indiderunt. Inde acceperunt Dani, atque Saxo, poſt Zieglerus, qui verſatus eſt in Suecia, tum Damianus Goës, quæ ſcripſit de Lapponibus, ab Olao & Johanne Magno accepit. Sic deinde nomen Lapponum invaluit de gente omni, quæ tenet occupatum, quicquid eſt terrarum à ſinu Bothnico ad ſeptentrionem, maxime cum omnis veniret ſub imperium Suecorum, qui eam Lappicam, ſeu Lapponicam nominarunt, excepta parte exigua in littoribus Norvagiæ, quæ proinde nomen vetus ſervat, & Finnonica vocatur, item alia verſus mare album, quæ à Moſchis dicitur Cajanica. Quanquam hi & Loppos quoque vocent vocabulo, quod ſine dubio & ipſi à Finnonibus vicinis acceperunt.

CAP. VII.

De religione prima Lapponum.

POſtquam vidimus, quæ fuerint origines initiaq; gentis Lapponicæ, nunc ad ipſam veniendum. Ante omnia vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

vero consideranda religio ipsius videtur, non modo qualis nunc est, sed & qualis fuit, antequam religionem Christianam cœpit audire. Fuerunt enim Lappones, aut saltem aliqui Lapponiæ nunc dictæ coloni, ante introductam in his oris Christianam pietatem, quales dicti Finni, Lappofinni, Scridefinni, vel Biarmi, uti liquet ex superioribus. Sed & ipsi Lappones proprie sic dicti sero admodum religionem Christianam admiserunt. Ut non sine causa quæramus, quæ tum fuerit religio ipsorum. Primum autem dubium vix potest esse, quin extiterint pagani Ethnicique. Tales quippe omnes alii Septentrionis populi tum fuere. At cum etiam pagani non eandem omnes observent religionem, qualis tandem fuerit illa Lapponum, quæri potest. Credo autem vix diversam potuisse habere à religione Finnonum, cum ex ipsis fuerint oriundi, atque ita sine dubio acceperint & religionem. At quæ ista vetus Finnonum extiterit religio, valde in obscuro est, cum nulla sint in promptu monumenta, quibus res illius gentis veteres explicentur. Ita ergo aliunde conjectura facienda nobis, ut ex Biarmis veteribus & Skridfinnis, item reliquiis, quæ hodieque durant in Finnonibus Lapponibusque. Nam Biarmos esse antiquissimam Finnorum in Lapponiæ regionem, ut nunc dicitur, coloniam, jam in superioribus monstravimus. Habuerunt autem illi hoc præcipuum, quantum ex antiquis monumentis novimus, ut Deum quendam colerent, quem *Iumala* vocabant. Ita manifesta historia S. Olai Regis Norvagiæ. *I gardenom stauder god Biarma, er heiter Iumala.* Hoc est: *In arca stat Deus Biarmensium, qui vocatur Iumala.* Similia de Biarmensibus habentur in historia Herrodi c. 7. ubi de ipsorum templo quodam: *Ther er gofg ad god, thed er Iomala heiter.* Hoc est: *In eo celebris est Deus, qui dicitur Iomala.* Liquet autem ex his verbis, vocem *Iumala* seu *Iomala* fuisse aliam, quam receptam usitatamque his, qui historias istas descripserunt; nam adducunt tanquam singularem, atque Biarmensibus, non sibi quoque cognitam. Qui cum Gothi veteres, aut Norvagi, vel Islandi fuerint, non veterum Gothorum ea vox necesse est ut sit, sed alterius alicujus gentis. Cujus autem, nisi ejus, apud quam & hodie in usu est, id est, Finnicæ, aut Finnonicæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Nam apud ipsam hodieque, qui θεὸς est Græcis, Latinis *Deus*, Suecis Gothisque, & qui sunt ejusdem cum eis originis, *Gott*, vel *Gudh*, *Iumala* nuncupatur. Quia ergo hodieque apud Finnones Jumala est Deus, consuetudine sine dubio servata inde ex prima appellatione, qua temporibus antiquissimis notarunt Deum, licet falsum, ideo vix potest ambigi, quin hic Jumala ex Finnonia translatus sit in Biarmiam, servatusque postea & à Lapponibus, cum & ipsi venerint ex Finnonia, & Biarmis fuerint ad postremum admixti, unamque gentem fecerint cum ipsis. Præter Jumala videntur Lappones habuisse Deum etiam, quam Sueci appellarunt *Thor*. Ita potest colligi non ex eo tantum, quod & hodie inter deastros suos colant venerenturque Torum quendam, sicut ostendetur in sequentibus, sed & inde, quod in numero Deorum, quos colebant Finni veteres, præcipue Tavastii, sit *Turrisas*, qui non est alius, quam Torus. Docet hoc Sigfridus Aronis, qui de diis Finnonum scripsit carmine, ac qui ex eo retulit, Michael Wexionius, in Desc. Suec. lib. X. c. 1. ubi ait: *Tavastii colebant Deum Turrisas, bellorum & victoriæ.* Hic Turrisas conjunctim nominatur, qui divisim dici debuit, ac *Turris As* vocari, hoc est, Turris, Turrus, Torus (tam diverse namque nomen ejus reperiri scriptum, jam ostendimus in Upsalia nostra) princeps Asarum, id est Asiaticorum. Asi enim nominati, qui ex Asia temporibus antiquis has in regiones pervenerunt, sicut in prædicto opere monstravi, quorum antiquissimus Turras ille fuit. Qui proinde cultus est à Finnis Turrisasi nomine. Quod eo magis verum esse patet, quoniam Arngrimus Jonæ auctor est, regem Finnos habuisse antiquissimum, Torrum nomine, qui fuerit unus ex majoribus Nori regis, à quo sunt, qui putant Norige, id est Norvagiam, accepisse nomen, atque velut *Nori rige*, id est, regnum Nori esse dictum. Nempe fuit hoc non infrequens antiquis Regibus, ut assumerent vocabula Deorum. Quomodo hac ex causa Joves multos & Neptunos apud Græcos veteres habemus. Ita ergo dictus quoque Torrus rex, à Torro, sive Thurro vetere, quem pro Deo Finnones coluere. Sicut autem Turro, Torro, Tor est cultus à Finnonibus, ita sine dubio ab ipsis acceperunt Lappones, simulque cum lingua,

cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

cum cultu cætero, & consuetudinibus aliis transtulerunt in Lapponiam. Ad hos duos Jumala & Turtisas, seu Thor (si fuere duo) addidisse puto tertium, nimirum Solem. Colligo ex eo, quia Solem hodieque referunt in numerum Deorum. Præterea est Solis cultus generalis quasi apud omnes gentes barbaras paganicasque. Quæ si coluerunt Solem propter splendidissimum ejus lumen, quo illustrat omnia, & calorem, quo fovet, licet degerent in regionibus, quarum cœlum est benignum, aër clemens; quanto putamus magis cultum à Lapponibus, qui haud brevi tempore versantur in continua quasi nocte, acerbissimisque frigoribus uruntur. Sed de Sole dicam amplius in sequentibus. Atque isti quidem dii Lapponum antiquissimi, sed majorum gentium, ut Latini nuncuparunt. An habuerint & aliquos minorum gentium, dubitari potest. Quia tamen hodieque colunt quosdam, ut liquebit ex sequentibus, atque coluerunt quondam Finnones, ut docet Wexionius, vix ambigo, quin & hoc detulerint secum in Lapponiam. Wexionius sic habet de his diis ex Sigfrido Aronis Lib. X. Desc. Suec. c. 1. *Fuerunt & Fennis olim sui deastri, ut Careliis Rongotheus, secalis; Pellonpeko, hordei; Wieracannos, avenæ sationi favens. Egres olera, pisa, rapas, linum, cannabimque protegere creditus est. Vko cum conjuge Roune tempestatibus præesse; Kakre pecudes à bestiis protegere; Hyse lupis & ursis imperare. Nyrcke Scyurorum, Hyttavanes leporum venationi favere.* Ex his quin nonnullos venerati sint & Lappones, vix ambigo, præsertim eos, quorum opera & auxilio ad negotia sua videbantur indigere, quales sunt præsertim, qui serviunt venationibus, qui tuentur pecudes à feris bestiis, & id genus. Nam cæteros, cum agros nullos colerent, nec sererent frumenta, tanquam parum sibi utiles, haud dubie neglexerunt. Cæterum an his coluerint nominibus, haud dixerim, cum nil extet de eo in memoriis antiquis, nec ex hodiernis eorum rebus certi quid possit colligi. Sed nunc est videndum, quali Deos, quos hucusque memoravimus, sint prosecuti cultu. Verum & de illo nihil certi dici potest, nisi ad præsentia respicere velimus, id est, ea tradere, quæ nunc quoq; à Lapponibus in hoc negotio attenduntur. At hoc fiet in sequentibus, ubi de re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ligione, quam obſervant hodieque, agetur. Itaque vix aliud hoc loco occurrit annotandum, quam quod de Jumala legimus. Is primum repræſentabatur ſimulacro quodam, cujus ſpecies virilis, ſedens in ara, cum corona in capite, ac in ea gemmis duodecim, item torque aureo in collo. Verba hac de re leguntur veteris Auctoris in hiſtoria Herrodi c. 7. *Their komu ad ſtalle theim, ſem Iomali ſat a. Af honum toku their Koronu med XII. gimſternum ſette, oc men thad, ſem kaſtadi thriu hundrud markur gulls.* Hoc eſt: *Tum veniebant ad aram ſive ſellam, cui inſidebat Iomala. Et detrahebant coronam, lapidibus pretioſis duodecim diſtinctam, item torquem, cujus pretium erant marcæ auri trecentæ.* In hiſtoria S. Olai pariter videtur fieri mentio torquis, ubi verba hæc leguntur. *Sidan rann Carliat Iuma lum: han ſa, at digurt men it var a halſi hanæum. Carli riedi till auxina, oc hic i ſunder tygil, er vvar aptan a halſinom, oc menit var feſt vid.* Hoc eſt: *Deinde accurrebat Carolus ad Iumala, videbat enim craſſam torquem in collo ejus. Et ſublata ſecuri, lorum diſſecabat ictu, quo religata erat ad collum, & firmata torques.* Ita reddunt locum iſtum. Sed an *men* ſit *torques*, poteſt dubitari. Forte rectius reddideris per *monile*. Scilicet & torques, & monile collo ſolent injici circumdarique, ſicut pridem demonſtravi in opuſculo de Torquibus. Non ita *men*, quippe quod ſuſpenditur à collo tantum, idque interventu lori, ſicut hic videmus. Inde ut demeretur, lorum prius erat diſſecandum ſecuri, quod neceſſe non fuiſſet, ſi fuiſſet torques. Quare magis cenſeo fuiſſe bullam auream, cælatam arte multa & diſtinctam gemmis. Unde forſan & illius pretium, non pondus memoratur in hiſtoria Herrodi, contra quam conſuevit fieri in torquibus. Bulla illa, ut exiſtimo, revincta loro ad collum, propendebat in pectus ſimulacri, ſive Jumalæ, ut ſolebat quoque alias, quod in opuſculo prædicto demonſtravimus, & fit hodieque, quando varia id genus ex auro revinciri tænia faſciaque ad collum videmus. Atque ita Wormius in LEXICO: *Men, rotundum aurum ex monili ſuſpenſum, à mane, hoc eſt, luna cujus rotunditatem effigiat.* Nempe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

pe, quomodo & *Iumulas* Latini nominarunt, quas expoſui in prædicto libello. Quicquid vero ſit de *men*, id ſaltem conſtat, Jumala fuiſſe cultum ſimulachro, ſive ſigno ſpeciei humanæ, quod in capite habebat coronam, cum gemmis duodecim. Ita enim ſignum id deſcribit etiam hiſtoriæ S. Olai conditor. Qua quidem re, ut & habitu cætero non multum fuit diſſimilis à Thorone, ſicut apud Suecos colebatur. Quod liquere poteſt abunde ex his, quæ de ſigno Thoronis in Upſalia noſtra memoravimus. Certe ipſe quoque formatus fuit ſpecie ſedentis, & coronam habuit in capite, cum ſtellis, ſicut Jumala cum gemmis, atque his duodecim ſimiliter, ut alter. Unde propemodum adducor, ut exiſtimem, Biarmenſes ac poſt Lapponas ſub duobus nominibus diverſis idem coluiſſe numen, vel ſaltem duo numina inter ſe commiſcuiſſe. Nempe Deum verum ſummumque, cujus qualemcunque partim per rationem, partim per famam à majoribus acceptam habuere notitiam, Jumala vocarunt. Poſtquam vero Tori nomen cœpit celebrari, eundem quoque appellarunt Torum, ſive Toro Jumalæ vocabulum attribuerunt. Id quod colligo ex eo, quia Toro ſuo hodieque tribuunt Lappones, quod ſine dubio ab initio tribuere Jumalæ. Poteſtatem ſcilicet ac imperium in deos minores, malos præſertim ac noxios, in aërem, fulmina, tonitrua, valetudinem hominum, vitam, mortem, & id genus, qua de re dicetur in ſequentibus. Et hæc quidem de figura Jomalæ ſeu ſpecie. Qua vero fuerit ex materia, non conſtat. Suſpicor tamen fabrefactum ex ligno. Sane in hiſtoria Olai Carolus ictu ſecuris, eoque unico amputat ipſi caput, quod haud potuiſſe videtur, ſi fuiſſet ex auro vel argento. *Vard haugg thad ſua mykit, at haufud braut af Iumalunum.* Loquitur de ictu, quo ſcindere lorum voluit, in quo ſuſpenſum revinctumque ad collum Jumalæ fuit men, de quo ante, additque, *tam gravis autem fuit ictus, ut caput Iumalæ decuteretur.* Sed & in hiſtoria Herrodi Jumala crematur ignibus & redigitur in cineres cum omnibus, quod rurſum videtur arguere, ſimulacrum ejus ligneum fuiſſe. *Epter thetta bera their ut gull oc gerſemar, enn logdu ell di hofid, oc brendu alt till oſku.* Hoc eſt: *poſtea efferunt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

aurum & quicquid fuit rerum pretioſarum, templo autem ignes injiciunt, omniaque redigunt in cineres. Dicit *omnia*, & templum intelligit, cum Deo ſuo, cæteraque ſacra ſuppellectile, excepto auro, & rebus pretioſis aliis. Aurum cujus mentionem facit, illud eſt, quo ſpeciatim Deum ipſum honorabant. Nam huic ſuo Jumala Biarmi eum præſtabant cultum, ut in ſinum ejus mitterent auri, quantum poſſent. Habebat repoſitam in genubus pateram auream ponderis & magnitudinis ingentis. In eam conjiciebant aurum, velut ſtipem ſacram, donumque Deo offerendum. Hiſtoria Herrodi. *Vr hnian hans toku their gullbolla ſo ſtoran, ad fiorer menn haufdu nog ad dreka, the fullur var latin. Han var oc fullur af rauda gulli.* Hoc eſt: *Ex gremio ejus* (Jomalæ) *auferebant pateram auream tam magnam, ut caperet, quantum viris quatuor ſufficeret in potum, ſi plena eſſet. Eratque illa plena rutilantis auri.* In hiſtoria Olai patera iſta non eſt aurea, ſed argentea, neque aurum in ea, ſed argentum, verba habent ita. *Thorir vveik aptur till Iumala, oc tok ſilfurbolla, er ſtot in kniaum hanum: han var fuller af ſilfer nenigum* Hoc eſt: *Revertebatur ad Iumala Thorerus, & auferebat pateram argenteam, repoſitam in genubus ejus, plenam nummis argenteis.* Obſerva, non argentum nudum nominavi hic, ſed nummos argenteos, ut ſit veriſimile, aurum quoque in ſuperioribus ſic intelligendum. Eſt autem argentea hic patera nummique argentei, quia pridem ante tempora Olai aurea cum nummis aureis fuit amiſſa, nec occaſio deinde data Biarmis acquirendi auri, unde iſta ad ſplendorem veterem reficerent. Colebant autem Biarmenſes Jumala hunc ſuum locis non quibusque, verum certis paucisque, ac fortaſſis tantum unico, quo exſtructum ejus habebant quoddam quaſi templum. Ita ſane colligi videtur ex hiſtoria Herrodi, ubi templum illud memoratur tanquam ſingulare cognitumque paucis, & loco remoto intra ſylvas denſas collocatum. Verba ſunt puellæ ruſticæ: *Hier i ſkogi theſſum er hof mikid, thet a Harekar Konger, ſa er hier rædefyrir, ther er gofgad god, thad er Iomala heiter.* Hoc eſt: *hac in ſylva ſpecioſum eſt templum, quod pertinet ad regem Harcker, in eo Deus eſt, quem longe late que colunt, Iomala nomine.* Dixi tanquam tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

templum, quia fuit non ad illum modum, ſicut vulgo ſolent templa fieri, cum tecto parietibusque clauſum, ſed circumdatum qualicunque ſæpimento. Id enim *hoff* eſt proprie, quod ex eo liquet, quia hodieque *hoff*, locus ſeptus in ambitum, de cætero licet patens, ſed & *monshoff* quod Latinis *halo*, id eſt, circulus, qui ambit lunam, ob ſimilitudinem haud dubie, quam habet cum ſæpimentis, quibus ſigna ſtatuasve deorum circumdare veteres ſolebant. Neque alia fuere templa veterum Romanorum, nam & illa patebant. Unde Feſtus: *Templum locus, qui ab omni parte adſpici, vel ex quo omnis pars videri poteſt*: Si fuiſſet locus iſte clauſus tecto, adſpici profecto ab omni parte minime potuiſſet. Atque tali templo clauſus Jumala fuit, etiam in ſylva ſive luco in Hiſtoria Olai: *Their Komo fram i rioder nokurt; i riodreno var mikit ſkidgarde, oc hurd firi læſt.* Hoc eſt: *ad lucum acceſſerunt quendam, & in luco altum ſæpimentum janua clauſum fuit.* Habes ecce hic ſæpimentum, habes quoque januam, qua excluduntur, qui non admittuntur ad Deum, & habes hæc in luco quoque, ut appareat, etiam in luco ipſo fuiſſe *hoff*, id eſt, templum, nec hoc poſſe luco opponi. Nempe veteres communiter in lucis deos habebant ſuos, nec tamen habebant ſic repoſitos, ut quæ propria maxime ſanctiſſimaque ſedes dei eſſe deberet, non limitibus deſcriberent quibuſdam, id eſt, facerent *hoff*, quod Latini appellabant *templum*. Hæc de Jamula, priſcoque ejus apud Biarmenſes cultu prodita veteribus. De Thorone vero, ſole, cæteris, nil legitur, niſi quod pertineat ad tempora religionis Chriſtianæ, atque ſuperſtitionem, quæ nunc etiam in ipſis durat, de qua capite peculiari agetur.

CAP. VIII.

De religione Lapponum ſecunda, ſive Chriſtiana.

UT gentes cæteras, ſic & Lapponicam, poſt diuturnas paganismi tenebras religionis Chriſtianæ lumen colluſtra-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

lustravit. Quare nobis & de ipsa nunc dicendum. Ante omnia quærendum, quando id sit factum, quoque primum tempore nomen Christi cœperit à Lapponibus audiri. Sed hoc dictu admodum difficile, quia nil de eo consignatam litteris habemus. Equidem testatur Dn. Plantinus, seculo superiori demum ipsos dicere, se primum de religione Christiana cœpisse audire, indeque colligit, egressos à Finnonibus, priusquam ipsi Finnones fuerint conversi ad religionem istam. Verba ejus in præfatione memorata sæpius. *Constat cum præterlapso proxime seculo primum deprædicaretur Evangelium, Barbaris totum salutis negotium fuisse inauditum, ut ne fando quidem faterentur se de Christo inaudisse.* Verum ut ut istoc tradant, tamen fides eis adhiberi difficulter potest. Constat enim ex adverso, jam temporibus Ziegleri cognitum habuisse religionem Christianam, quosdam quoque ipsorum coluisse. Vixit autem Zieglerus ab initio proximo præterlapsi seculi, ut qui cladi Holmensi à Christiano tyranno factæ interfuerit, eamque descriptione luculenta memorarit. Quin imo Zieglerus sic de ea re, ut videatur memorare veterem, & ante ista tempora non ignoratam. *Religionem Christianam*, inquit, *subinde admittunt in gratiam regum, quibus parent.* Dicit, *Regum*, ut non modo Christierni tempore, & sæculo præcedente proximo, sed & ante ipsum, & sic sæculis superioribus intelligatur, nomen Christi, & religionis Christianæ cognovisse. Ac profecto quis crediderit, tot reges Christianos religionis Christianæ plane nullam habuisse curam in Lapponibus, atque licet sub imperio haberent suo, passos tamen esse ipsos vivere impietate paganica, & ne nomen quidem Christi, aut religionis Christianæ ipsis fecisse notum. Cum præsertim extent litteræ Erici Pomerani Regis, quibus monet Consistorium Upsaliense, ut mittat Sacerotes ad erudiendos Lapponas. Quarum argumento postea & Carolus Nonus, suum Sueciæque jus in Lapponas contra vicinos asseruit, qui sic inter alia: *Sao hafvver och Konung Erich af Pommeren, o ansett att han vvar soa vvæll Konungi Dannemark och Norige, som Suerige, Ikrifvvet Vpsala capittel till att the skulle foer aordna præster uthi Lappmarken.* Hoc est: *Rex quoque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

que Ericus Pomeranus, licet æq. Rex esset Daniæ Norvagiæq., ac Sueciæ, ad Vpsal. tamen capitulum dedit litteras, ut destinaret sacerdotes in Lapponiam. Quid? quod vicinos habuerint Birkarlos, gente Finnonas aut Suecos, atq; pridem factos Christianos; quod cum his exercuerint commercia ; quod tributa quoque ipsis pependerint, jam inde à Regis Magni Ladulaos temporibus, ut supra demonstravimus, & faciemus pluribus in sequentibus, qui rex Magnus vixit sæculo à præsenti quarto. Itaque non potest verum esse, quod de sæculo proxime præterlapso memoratur. Contra credo inde ab illis ipsis regis Magni Ladulaos temporibus fuisse semper inter Lapponas, qui aut essent Christiani, aut se esse simularent. Nempe tum subacta est Lapponia, & provincia facta regni Suetici, ut in sequentibus monstrabo, neque potest ambigi, quin cum imperio in Lapponas, notitiam religionis Christianæ simul Sueci propagarint. Quanquam si est vera conjectura nostra de migratione Lapponum ex Finnonia ob bella Erici Sancti, & religionem Christianam introductam in Finnoniam, etiam tum aliquid audiverint de Christo, & religione Christiana, licet neglexerint ac repudiarint. Maxime cum vicinos semper haberent Finnonas, quos nil eis per tot sæcula significasse de Christo & religione Christiana, prudens nemo sibi facile persuaderi patietur. Manet ergo mea sententia hoc potius verum, Lapponas jam inde à temporibus Erici Sancti, id est, seculis quinque & amplius, nomen Christi audiviſſe, rupudiasse tamen pietatem Christianam & doctrinam, quamdiu juris sui fuerunt. Postquam vero venerunt sub imperium Suecorum sive sponte sua, & ut placerent regibus suis, sicut ait Zieglerus, sive causis aliis amplexos quoque esse nomen Christianum. Quod cum acciderit sub rege Magno Ladulos, qui vixit Anno M CC LXXVII. post nativitatem Salvatoris, liquet, quibus ex temporibus initia religionis Christianæ apud Lapponas sint repetenda. Et hoc primum est. Videamus jam quæ ista fuerit religio, ac qualis. Docet hoc Zieglerus, quando ait: *Religionem Christianam neque sequuntur, neque etiam refugiunt, tanquam Iudaico odio in eam offensi, sed subinde admittunt in gratiam regum, quibus parent.* Ostendit aperte, non fuisse studium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

apud eos vel ardorem, nec secutos esse hanc religionem, quod præferrent suæ veteri, crederentque sibi necessariam ad salutem, sed exterius solummodo, & in speciem, ut haberent eam inter instrumenta aucupandæ gratiæ regiæ, & avertendi mali, quod imminuisset, si pertinacius obstitissent illi. Atque huc spectabat, quod conjugia celebrarent evocato & præsente sacerdote Christiano, quod liberos à se editos deferrent ad templa, Christianoque ritu curarent baptizari. Erantque ista duo præcipua, intra quæ religio ista subsistebat. Itaque & sola ab Olao Magno memorantur. Nam verbi divini prædicatio, & informatio cætera in religionis Christianæ capitibus præcipuis omnino pæne tum ignota ipsis. Quod appareret facile, quia testatur Zieglerus, *Præsules plerosq; curam instituendæ gentis ejus abjecisse*. Colligitur & ex notitiis antiquis diœcesium, & populorum, qui cuique sint adscripti. Nulla quippe ibi mentio diœceseos Lapponicæ, vel templi alicujus, vel in universum Lapponum ad diœcesin aliquam spectantium. Denique si feciissent ipsi officium suum, quod ita necesse fuerat, ut ab Erico Pomerano admonerentur per litteras, ad mittendos in Lapponiam sacerdotes, uti supra vidimus. Laborat equidem Olaus Magnus, hoc, & cætera, quæ affert de religione Christiana minus propagata in Lapponibus Zieglerus, revellere, lib. IV. Historiæ suæ. c. 19. sed tamen testari ipse cogitur, *extremi Aquilonis populos ad fidem catholicam in tot retroactis ætatibus & seculis integraliter haud vocatos esse*, id est, verbum Dei atque Evangelium non audivisse. Unde & in cap. 17. ejusce libri sperat tantum, fore, ut aliquando fiant Christiani, & verbum audiant divinum. *Spes est*, ait, *ut aliquando audita divini verbi vera prædicatione ad communionem Christi fidelium accedere non tardent*. Atque hic religionis Christianæ quidem status apud Lapponas ad tempora Gustavi usque. Miserabilis videlicet, & quià paganismo veteri differret nihil, nisi solo nomine, & externis ritibus quibusdam, quibus nomen Christianum Lappones utcunque studebant tueri. Ut non immerito conquestus fuerit Damianus à Goës, æqualis & amicus licet Johannis & Olai Magnorum, in Regionibus Lapporum *nullam Dei & Christi cognitionem esse*. Nam quod Olaus Magnus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Magnus scribit lib. 4. cap. 17. *pia prævalente exhortatione Catholicorum Sacerdotum magna pars sylvestrium hominum* (sic vocat Lapponas, ut alibi ostendi) *inducta est, majorque spes oritur, ut à modo sedatis alibi erroribus, unanimiter inducendi accedant ad religionem Christianam*, id quo loco sit habendum, & quo modo debeat intelligi, vel ex superioribus cognoscitur. Quid autem factum, postquam Rex Gustavus venit ad imperium? Tunc ut cura major habita religionis veræ, quam superioribus temporibus per regnum cæterum, ita & per regiones Lapponum. Quo in primis conducebat, quod cum ante Lappones essent tributarii Birkarlis potius, quam Regibus, & propterea à Regibus negligerentur, à Gustavo revocati sint sub curam atque dispositionem Regiam, ut dicetur amplius in sequentibus. Tum enim institutum, ut de anno certis convenirent temporibus, quibus ut tributa penderent regiis ministris, ita conciones audirent iis ipsis locis, & in verbo divino erudirentur. Memorat institutum ipsum Buræus in Desc. Sueciæ; *Hyeme*, inquit, *cum tributa ab illis exigenda sunt, certis quibusdam locis, certoque tempore, quasi in hordas congregantur. Illo tempore Sacerdotes adsunt, qui illorum infantes baptizant, articulosque fidei aliaque religionis Christianæ exercitia Lapponibus proponunt, examinantque anno sequente, quod priori illos docuerant, rationem poscentes Christianismi.* Institum hoc initium sumsisse sub Gustavo liquet, quia Reges ante ipsum tributa nulla à Lapponibus capiebant, ac proinde nulla erat tributorum causa congregatio eorum, nulli certi & statuti conventus. Sed nec tale quidpiam ab Olao memoratur, quod non erat omissurus, si fuisset receptum. Imo contra Lapponas tum, si qui vellent baptizari liberos suos, fatetur coactos iter facere ad Ecclesias Christianorum ducentis & pluribus miliaribus Italicis distantes ab ipsis. Verba ejus sunt ex lib. 4. cap. 17. *Distant ducentis & amplius miliaribus Italicis ab Ecclesiis Christianorum, ad quas ob eam immensam distantiam, rarius valent appropinquare. Verum tamen qui Christiano ritu sese subdiderant, obedientissimi reperiuntur, licet ob prædictam distantiã semel aut bis in anno suas visitent Ecclesias baptismales, liberosq; lactentes cophinis seu corbibus impositos post tergum ligatos secum baptizandos comportent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Nullos ergo ipſi tum in ſuis regionibus conventus habuere Lappones, nullus ad ipſos veniebat ſacerdos, liberi non apud ipſos, ſed in proximis Suecorum templis, Angermannorum puta, Helſingorum, & ſimilium, quæ hic vocat *Eccleſias Chriſtianorum*, *item Eccleſias baptiſmales Lapponum*, baptizabantur. Ad quæ templa niſi venirent ultro, liberosque deferrent ſuos, nemo erat, qui hoc nomine ipſos arguebat. Id quod intelligitur ex litteris Guſtavi primi ſcriptis Holmiæ A.1559.d.24.Julii, ut in quibus queritur, non paucos eſſe Lappones non baptizatos: *os æhr foerekommet, huru ænnu en ſtor part ibland eder vara ſkall, ſom ſig icke hafvva Laotet doepa*; Hoc eſt: *Allatum eſt ad nos, multos exiſtere inter vos, qui nec dum paſſi ſint ſe baptizari.* Fiebatque hoc magis, quod apud Lapponas crederentur mori, ſi qui baptizarentur adulti. Qua de re teſtatur Peucerus: *Dicunt*, ait, *quod ſi provectiores ætate baptiſmum ſuſcipiant, ii communiter intra ſeptimum aut octavum diem à baptiſmo moriantur.* At vero temporibus Guſtavi una cum miniſtris Regiis tributa collecturis, in ipſas Lapponum terras penetrabant ſacerdotes, ipſorum ibi baptizabant liberos, in religione Chriſtiana informabant ipſos. Neque fuit nuda recitatio divini verbi. Auſcultare id ſollicite ac cum cura tenebantur, quia cogebantur reddere rationem auditorum, & profectus demonſtrare ſuos in examine, quod ſequebatur. Cœpit ergo vere tum audiri apud ipſos verbum Dei, bonaque fide atque ſerio coli pietas Chriſtiana. Ut non ſine cauſa hoc reſpectu quidem dicant aliqui eorum, ſæculo præterlapſo demum annunciatum ſibi Evangelium, antea ſalutis negotium incognitum fuiſſe, uti ſupra vidimus. Cum præſertim certi tum ad Lapponas ſint deſtinati ſacerdotes, qui erudirent ipſos in religione Chriſtiana. Quod oſtendunt manifeſte Guſtavi primi litteræ ſuperius laudatæ, quibus præcipit, ut miſſum ad ipſos Dominum Michaelem diligenter pieque audiant, quem exiſtimo fuiſſe primum, ſaltem poſt religionis reformationem, quem Lapponas acceperunt ſacerdotem Anno M.D.LIX. verba litterarum, quia longiora ſunt, Latine tantum adferam. *Igitur ut æque Lappones ac cæteri ſanctam hanc Dei notitiam, animæq; ſuæ ſalutem queant conſequi, huic noſtro fideli, Domino Michaeli man-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

mandavimus, ſicut & eidem per præſentes mandamus, ut det operam quantam poteſt, per pias Chriſtianasque adhortationes ac informationes, quo prædicti Lappones pervenire queant ad veram DEI agnitionem, Baptiſmum, & religionem Chriſtianam &c. Longe vero magis hoc factum, temporibus ſequentibus, & ſub Carolo, Guſtavo Adolpho, & Chriſtina Regibus. Tum enim adjecta duo præcipua ſubſidia, ſine quibus ſubſiſtere viresq; aut incrementa ſua capere religio non poteſt. Templa intelligo & Scholas, quæ tum primum in Lapponia ſunt conſtituta. Templa ædificari primus curavit Carolus Nonus, quod teſtatur Olaus Petri: Carolus IX. ait; *templa in ſingulis marchiis ædificanda, & cuilibet marchiæ paſtores præficiendos, Regioque ſumptu ſuſtentandos & clementer, & diligenter procuravit.* Sic Andreas Buræus in Deſcriptione Sueciæ. *Templa*, inquit, *in quibus ſacra peraguntur, Carolus Nonus iis locis ædificari fecit.* Idem Balius Lib. VII. Hiſt. Eccl. cap. 5. *Rex Sueciæ Carolus Nonus curabat templa ædificari in Lapponia.* Et Joh. Tornæus: *I Konung Carl den IX. efterſte regiments tiid begynte Kyrkior allarfoerſt byggias i Torne Lappmark.* Hoc eſt: *Circa finem Imperii Caroli Noni primum cœpta ædificari templa in Lapponia Tornenſi.* Qui & templa illa nominat, nempe Tenotekis & Jukasjærff, quorum alterum An. M. DC. alterum triennio poſt conditum, ſumptu Regis. Secuta hoc exemplum Chriſtina, quæ poſt inventam ibi fodinam argenti publico diplomate circa An. M DC XL. quatuor ibi extrui curavit in Arwitzierf, Arieplog, Silbojoch & Naſafiell, uti verba diplomatis illius manifeſte teſtantur. Inde ergo templa Chriſtiana etiam in ipſa Lapponia, numeranturque hodie in Aongermanniæ Lapponia unum, quod vocatur *Aoſalo*, in Uma Lapponia unum, cujus nomen *Lykſala*, in Lapponia Pithenſi quatuor, quorum nomina ſunt *Graatræſk, Arwvitzierfs, Storaſvvavvyks, & Arieplogs templa.* Fuerat & quintum ibi, *Silbojochs* vocatum, ſed id ante annos pluſculos à Danis dirutum & ignibus deletum eſt. In Lapponia Lulenſi tantum unum eſt, *Iochmoch* dictum. Habuit equidem & alterum, *Naſrilocht*, vocatum. Sed id periit incendio fortuito ante tempus non ita diuturnum. In Lapponia Tornenſi numeran-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tur tria, *Iuckochſierſs, Rounala, & Enotaches templum.* In Lapponia Kimenſi tantum unicum *Enare* vocatum. Quæ omnia numero ſunt tredecim, hodieque duabus Silbojochs videlicet, & Nafrilochts exceptis, manent ſarta tecta, & à gente Lapponum frequentantur. Sicut iſthæc omnia teſtatur Samuel Rheen, in Lapponiæ deſcriptione calamo exarata, quam nunc aliquoties laudavi. Habent autem templa hæc conditores Reges, primumque Carolum Nonum, ſicut dixi, qui ea ſumptu publico curavit ædificari. Quod confirmat Jo. Tornæus, quando de extructione ipſorum: *Och ſkedde detta alt, pao Cronones omkoſtnao.* Hoc eſt: *& fiebat ea omnis ſumptu Coronæ.* Unum ſolum eſt excipiendum, Rounala dictum, quod in Lapponia Tornenſi ſtructum ſumptu privato à tribus fratribus gentis Lapponicæ, ornatumque campana. Quæ ipſorum pietas eo majorem meretur laudem, quod quicquid ad id ædificium requirebatur materiæ ac lignorum, id omne comparare ſibi ex Norvagia, inque locum deſtinatum per rangiferos ſuos devehere coacti fuerint. Narrat rem Jo. Tornæus verbis, quæ ſic tranſtuli: *In Marchia Tornenſi pagus eſt in medio montium, qui dividunt Sueciam à Norvagia ſitus, qui Rounala vocatur, in quo tum habitabant Lappones ſat opulenti. E quorum numero tres fuere fratres, viri probi honeſtiq;, qui cum viderent hic illicque in Lapponia ædificari templa, ipſi quoq; amore ſtudioque verbi divini, ſuo ſumptu in dicto pago templum aliquod extruere cœperunt. Materiam ligneam ad eam ex Norvagia devehebant trans dictos montes, itinere longiſſimo, & plus difficili moleſtoq;, quam quis facile poſſit credere. Poſt & campanam ad id ſuo ære comparârunt.* Eſt exemplum hoc eo magis memoratu dignum, quod pauciſſimi ex iis etiam, qui civiles, culti, & in pietate ſingulares ac eximii videri cupiunt, id hodie ſequantur, adeo non æquent, multoque minus ſuperent. Cæterum ſpecies formaque illorum templorum ſimplex quidem, ad hos uſus tamen apta ſatis; Materia caudices lignei, quibus vulgo domus extrui per Sueciam conſueverunt. Adjuncta quoque habent ædificia ſuſtinendis campanis, item domicilia in uſus ſacerdotum, & procul adventantis multitudinis, tempore hyberno præſertim, ut ſe ignibus inſtructis in foco queat recreare. Quod videtur primum conſtitu-

tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tum per Christinam circa annum M DC XL. cum ante sacerdotes aliunde adventarent, statis temporibus quotannis. Ita enim habet diploma ejus illo anno publicatum. *Wy ville och then foererdninggiæra laota, att med hvvart Præstebool gode och doglige huus maogo upfættias &c. Ther emot skola Præster vara foerplichtade, hvvar med sitt foerordnade Præstebool stadigt blifvva boande.* Hoc est: *curabimus etiam, ut ad templum quodq; bonæ utilesq; extruantur ædes &c. ex adverso sacerdotes tenebuntur, quisq; ad suum templum constanter habitare.* Scholæ institutæ sunt à Gustavo Adolpho primum, uti suspicor, & in oppido Pithensi, ante annum hujus sæculi decimum & nonum. Illo certe anno in præfatione quadam Ritualis alicujus, ut appellant, Nicolaus Andreæ, Pastor Pithensis, gratias hoc nomine Regi Gustapho Adolpho agit, simul Rituale illud scribit ipsi sese dedicare, ut cognoscat orbis Christianus piam hanc Gustavi Adolphi curam. Verba ejus sunt, ut in Latinum verti ex Suetico; se ideo dedicare Rituale illud Regi, *ut omnes Suetici regni ordines, superiores inferioresq;, cum universo orbe Christiano intelligant, quanta commiseratione Majestas Regia sit complexa gentem illam* (Lapponum) *ut & populos reliquos imperio ejus subditos, ex gratia Regia, & quomodo Majestas Regia instituerit Scholam, ing; eam convocari curaverit liberos Lapponum, quo erudiantur, & in verbo divino, & in artibus litterarum.* De Gustavo Adolpho scholæ Lapponicæ conditore testatur & Olaus Petri, qui constituendæ ejus causam docet fuisse præcipuam, quod videret Rex, nil effici apud Lapponas per Sueticæ, id est, peregrinæ linguæ concionatores, quales hactenus habuere; nec si qui missi Upsaliam (quod Carolus pater ejus instituerat) aliam victus secuti essent rationem, reversos domum diu posse supersesse. Verba ejus post commemorationem instituti Carolini, ex quo Upsaliam abire jubebantur: *Moritur in peregrino loco, aëre, & victu pars maxima, pars autem reliqua supervivens meliore victu & amictu assueta, ad deteriorem redire, patriæque inservire prorsus detrectavit. Cum hæc omnia fefellere, ecce DEO benedicente, majore zelo & prudentia Gustavus Magnus Rex noster rem aliter urget, alios, ne ut ante factum, tam vehementi aëris & victus mutatione perirent, aliquot annos in Schola Lappiæ proxima Pithensi regio aliud stipendio.*

Fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Fuit ergo prima hæc, quam unquam habuit Lapponia, litterarum atque pietatis schola, in qua observamus, primum, curam ejus fuisse commissam dicto Pastori Pithensi, *Dn.* Nicolao Andreæ, quod colligitur ex antenominata dedicatione. Deinde ut successu majore juventutis eruditio proficeret, negotium eidem datum ab ipso Rege Gustavo Adolpho, ut libros ad hanc rem præcipue utiles ac necessarios verteret in linguam Lapponum ex *Suetico*, quod testatur ipse in prædicto loco, ubi ait: *Majestas vestra per litteras injunxit mih, ut ex verbo DEI, librisque veterum doctorum excerptum verterem in sermonem Lapponicum, quod Lappis posset esse ad notitiam salutis æternæ, vitæque Christianæ informationem.* Nempe antea litterarum atque scriptionis omnis rudes erant Lappi, libros sua lingua scriptos habebant nullos. Tum primum factum, ut Lapponico sermone aliquid comprehenderetur litteris. Fuitque illud, ut existimo, liber Alphabetarius, qualis solet pueris dari, cum præcipuis religionis Christianæ capitibus, decalogo videlicet, symbolo Apostolico, Oratione Dominica, & similibus, à prædicto Nicolao Andreæ concinnatus, de quo ipse: *Igitur in honorem nominis divini, & salutem propriam Lapponum, composui atque reformavi librum Alphabetarium, cum solitis adjungi partibus ipsius.* Nisi quis ex eo, quod se *reformasse* librum eum dicat (*stelt och reformerat*) colligat, jam ante aliquem ejusmodi fuisse publicatum, cum nil reformari soleat, nisi quod jam antea est formatum. Quanquam videatur ipse hoc fecisse, librumque illum prius à se scriptum, denuo revocasse sub incudem, & in eo emendasse, quæ respectu linguæ Lappicæ emendanda videbantur. Certe primus ipse fuit, qui librum Ritualium Lapponico sermone publicavit. Liber extat hodieque impressus Holmiæ, apud Ignatium Meuter An. M DC XIX. cum ejusmodi inscriptione. *Een liiten saongebook, huruledes messan skall haollas, læsas, eller siungas pao lappeske. Stælt och sammansat af Nicolao Andreæ, Pastore in Pitha.* Hoc est: *Libellus cantionum, quomodo fit celebranda Missa, quomodo orandum cantandumve, sermone Lappico. Factus & compositus à Nicolao Andreæ, Pastore in Pitha.* Et hi primi libri, editi sermone Lapponico, ut ex eis elementa religionis Christianæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſtianæ diſceret gens Lapponum. Primo dico, quoniam deinde ſecuti alii, publicati ab aliis, quos inter *Manuale* eſt, ut vocant, ex Suetico translatum in Lapponicum à Johanne Tornæo, Paſtore ac Præpoſito Tornenſi, continetque Pſalmos Davidis, Proverbia Salomonis, Eccleſiaſten, Syraciden, Cathecheſin Lutheri, Cantiones Sacras, Evangelia & Epiſtolas cum precibus ſolennibus, hiſtoriam Paſſionis Chriſti, vaſtationem urbis Hieroſolymorum, rituale, preces omnis generis, ſicut ipſe hujus rei auctor eſt in Lapponiæ deſcriptione. Tertium quod obſervamus, illud eſt, quod ut eo promptius faciliusque liberos ad Scholam ſuos mitterent Lappones, Guſtavus Adolphus certas decreverit pecunias, non in victum modo puerorum, ſed in amictum quoque aliaque neceſſaria, & in præmium illius, qui de educatione ipſorum curam eſſet habiturus. Sicut & hoc ipſum diſcimus ex dedicatione Nicolai Andreæ, ubi inter alia: *Et quo iſta melius expedirentur, Majeſtas veſtra indulſit conceſſitque, cum in juventutis Lapponicæ victum amictumque aliaque neceſſaria, tum pro meis obſequentiſſimis miniſteriis, curis, & laboribus, amplum laudandumque præmium ac ſtipendium.* His igitur ſubſidiis adjuta gens Lapponica majori cura cogitare cœpit de religione Chriſtiana, cum præſertim eam diſcerent non lingua peregrina, verum ſua. Olim qui erudiebant ipſos, lingua utebantur Suetica, ut dixi ſuperius, docetque Baazius Hiſt. Eccl. lib. 7. c. 15. *Rex Sueciæ Carolus Nonus curabat templa ædificari, ſed deerant concionatores verbi Dei, qui materna Lapponum lingua illis verbum prædicarent, neque aliam linguam vulgo intellexerunt.* Et Olaus Petri: *Clerus concionibus aſſiduis non in Lappica lingua, quam nemo calluit, ſed Suetica, quam Lappi perperam intellexere, rem ſe præclare geſſiſſe autumabat.* Itaque diſcebant quidem aliqua, verum ita, ut ne ipſi quidem ſcirent ſatis, qualia, quæ didiciſſent, eſſent Dn. Nicolaus Andreæ, ſæpe nominato loco; *Quidam ex ipſis adulti pariter ac juniores hactenus orationes fundebant ſermone Suetico, ſed ignorabant ipſi, quid orarent.* Stabat aliquando Sacerdos in ſuggeſtu, cum interprete inferius collocato, cujus opera explicabantur, quantū poterant, quæ Sacerdos docebat. Samuel Rheen: *Nær prædikan haolles af en hvvenſk*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

præſt, maoſte tolhen ſtao nedan foere i predikſtolen, och uthtolka, pao Lappisko, hvvad han predikar. Hoc eſt: *Cum concio habetur à Sacerdote Suetico, interpretem oportet inferius ad ſuggeſtum ſtare, atque reddere ſermone Lapponico, quod alter concionatur.* At vero beneficio librorum prædictorum & ipſi incipiebant intelligere, quid orarent, & qui erudiebant ipſos, lingua jam non Suetica, ſed Lapponica poterant hoc facere. Quin imo ex ipſa juventute Lapponica eo uſque in litteris & religione Chriſtiana profecere nonnulli, ut committi ipſis ſacerdotia, & informationes popularium ſuorum poſſent. Qua de re ſic Baazius: *Rex Magnus Guſtavus Adolphus traxit pueros illorum ad ſcholas, quos ibi ſuſtentavit, donec adoleſcerent, & in ſtudiis liberalibus exercitati quidem, Academiam Vpſalienſem adirent, ubi cognitis fundamentis veræ fidei, rectaque religione illis confirmata, ordinabantur miniſtri Eccleſiæ, qui patriotas ſuos veritatem ſalutis docerent, & lingua materna verbū Dei illis prædicarent.* Olaus Petri tres potiſſimum commemorat ſic inſtitutos, qui propterea fuere primi Sacerdotes gentis Lapponicæ. Verba ſunt ipſius, poſt ea, quæ de inſtituta à Guſtavo Adolpho Rege Schola Pithenſi ſupra retulimus: *Poſtea ita pedetentim aſſuefactos peregrina aura, in Academia tam diu ſuſtentavit, quo ad tres miniſterio fungi Eccleſiaſtico cenſerentur digni & idonei. Quilibet horum ſua jam in aſſignata Marchia Lappis in Lappica lingua verbum Dei diligenter & ſincere proponunt, Sacramentaque fideliter adminiſtrant.* Atque ita factum, quod ſæpe dictus Nicolaus Andreæ teſtatur, ut quid eſſet religio Chriſtiana, vere inciperent noviſſe, ut non pauci adhiberent ei fidem, & cum lætitia gaudioque Chriſtum meritaque ejus amplecterentur. Verba ejus iſta ſunt, ut Latine ſonant. *Lappones quoque nunc per miſericordiam Divinam, circa finem mundi hujus facti ſunt Eccleſiæ Chriſtianæ membra per Baptiſmum & Evangelii ſancti prædicationem, acceperuntque notitiam de Chriſto, quod ipſis æque atque cunctis cæteris Chriſtianis propter cruciatus ſuos acerbiſſimos mortemque velit remittere peccata, concedereque vitam æternam. Quam ob rem ingenti gaudio num perfuſi, plurimum lætantur.* Et huc-uſque quidem curas primas Guſtavi Adolphi, & per eam religionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ligionis Christianæ, inter Lappones amplificationem explicavimus. Verum sicut omnium initia rerum sua inveniunt obstacula, ita factum & cum verbi divini prædicatione, & cum cæteris huc pertinentibus negotiis. Ante omnia res erat plena difficultatis ac laborum, scholam conservare, præsertim extra Lapponiam, & ad eam trahere Lapponicam juventutem. Igitur secunda vice actum de ipsa cum Gustavo Adolpho Rege, per illustrem virum, Dominum Johannem Skytte, liberum Baronem in Duderhoff, Regnique Senatorem, atque, quod ad immortales ejus viri laudes pertinet, de novo constitutum, ut deinceps esset Schola, verum ipsa in Lapponia, & Marchia Umensi, prope templum Lyksala, unde dicta schola est *Lyksensis*, ut ex testimonio examinis ibi instituti apparebit in sequentibus. Et Olaus Petri, de Gustavo Adolpho: *In ipsa Laplandia scholam introduci judicavit operæ pretium & necessarium, in qua suo cælo & aëre fruerentur, nec avito suo desuescerent victu, aut assuetæ vitæ tædio afficerentur.* &c. *Favit cæptis amplius clementia singularis Dei, quæ huic Regio, pio, & prudentissimo animo & conatui addidit calcar per Senatorem, Illustrem & Generosum Baronem, Dominum Iohannem Skytte &c.* Hæc secunda Schola gentis Lapponicæ, firmata Regio diplomate, cum Gustavus Adolphus esset in Germania bello implicitus gravissimo, quod non impediebat tamen, quo minus curam ageret Lapponiæ, ac in ea confirmandæ pietatis Christianæ, Anno M DC XXXII. Adscribam verba Regii diplomatis, licet longiora, ut Latine reddita sunt à Baazio: *Nos Gustavus Adolphus D. G. Suecorum, Gothorum Vandalorumque &c. Rex significamus, quanquam dilectissimus Pater noster, piæ memoriæ Carolus IX. olim Rex Sueciæ, sicut & nos ipsi, postquam divina providentia in solium Regni ascendimus, sedulo incubuerimus, ut subditi nostri in ultima plaga septentrionali habitantes, dicti Lappones, litteris & artibus liberalibus imbuerentur, rectèque innegotio salutis informarentur, tamen difficultas temporum nostrorum, quæ tumultu bellico omnia liberalia turbat, pium nostrum propositum hactenus impedivit. Verum ne pia intentio plane concidat, ordinamus & constituimus Nostrum Regnique Sueciæ fidelem Se-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

natorem , Generalem Gubernatorem Livoniæ , Ingriæ , & Careliæ , nobis delectum , prælustrem Dn. Iohannem Skytte L. B. in Duderhoff &c. Directorem scholæ Lapponicæ in Vma instituendæ : Sicut se ipsum huic operi administrando obtulit , seq. hanc effecturum operam , quantum divina benedictio dederit successus , recepit. Hæc directio hujus scholæ erit in familia Skyttiana perpetua. Vt autem quid certi habeant tum præceptor , tum discentes hujus scholæ , unde vivant , donamus huic scholæ totam summam decimarum , quam parochiani in granarium Vmense quotannis inferunt , postquam ordinaria subtractio de allatis decimis fuerit facta. Has decimas segetum , cum aliis donariis , quæ bene nominatus Dn. Iohannes Skytte sua diligentia ac industria in hunc usum acquirere potest , disponet ipse in usum scholæ ad necessariam ejus sustentationem , pro ut necessitas requirit , tamen servata nobis , Coronæ , & Successoribus suprema hujus ordinatione , ac futura necessaria dispositione. In rei confirmationem , subscribimus nostram manum , & sigillum Regium imprimi curamus. Datum in veteri Stetino Pomeraniæ 20. Iunii Anno Christi MDCXXXI. Hoc diploma illud, quo nova instituitur in ipsa Lapponica Schola, & quidem in Lapponia seu Marchia Umensi. Nullam enim ibi antea fuisse liquet , quia dicitur INSTITUENDA. Quæ Schola hoc etiam peculiare habuit ante illam veterem, quod daretur ei Director non Pastor , sed Senator Regni , atque adeo auctoritate firmaretur ampliori. Deinde quod docentibus discentibusque ibi constitueretur non modo stipendium certum , sed & medium, unde sumeretur , decimæ videlicet Umenses. Habuerunt quidem antea quoque constitutum quid hujusmodi , ut patet ex superioribus , sed quia unde sumeretur, non erat definitum, ideo non raro mora, neque sequebatur solutio, quo necesse erat, tempore. Unde difficultas non exigua , & negocii suscepti interruptio. Huic malo allatum nunc remedium, constitutumque, ut quid CERTI haberent. Quod quum ne ipsum quidem videretur sufficere, concessum simul Illustri Domino Johanni Schytte, ut si quæ posset alia invenire media huc conducentia , conferendi ea jus & fas haberet. Neque destitit vir summus pro singulari sua

erga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

erga Deum pietate, ac amore erga bonas litteras, impendere omnem operam, qua deniq; conquisivit quinq; millia thalerorum monetæ argenteæ, id est, supra tria millia nummorum uncialium seu imperialium, partim ex sua propria, partim ex amicorum liberalitate, quam summam in usus Cuprifodinæ obtulit Reginæ Christinæ, ut pro usura ejus Scholæ Umensis reciperet quotannis, quicquid è villis aliquibus in parœcia Umensi pervenire redituum ad Coronam soleret. Neq; distulit Regina optima beneficentissimaq; precibus ipsius istoc indulgere, datis biennio post litteris novoq; diplomate, per Tutores Regni, quorum sine prædicatione comemoratio hic non est omittenda. Verba diplomatis illius similiter apponam, quia non sunt nota omnibus. *Nos Christina D. G. Suecorum, Gothorum, Vandalorum Electa Regina & Princeps hæreditaria, Magna Princeps Finlandiæ, Princeps Esthoniæ & Careliæ, Domina Ingriæ, significamus, quemadmodum Celsiss. Rex olim Sueciæ Pater noster dilectiss. singulari amore pietatis, & religioso affectu promovendæ Ecclesiæ Dei, præsertim ut converterentur barbari in extrema Septentrionis ora videntes ad plenam Dei cognitionem verumq; Christianismum ordinaverit institutionem Scholæ Lapponicæ in Marchia Vmensi, & Directorem ejus operis fecerit Nostrum Regnique Sueciæ fidelem Senatorem, Præsidem Iudicii Regii in Gothia Iune copiæ instituti, Cancellarium Academiæ Vpsalien sis & Legiferum citerioris Finlandiæ, nobis dilectum præclustrem Dominum Iohannem Skytte, L.B. in Duderhoff, Dominum in Grœnsiæ, Stræmsrum, & Skytteholm, Equitem Auratum, post cujus obitum concesserit ejus posteritati directionis ejusdem Scholæ potestatem, clementer additis illi exercitio decimis de granario Vmensi quotannis Coronæ debitis. Quare Nos potestate harum litterarum non solum confirmamus salutarem constitutionem, Nostri pie demortui Parentis, sed simul notum facimus, Præclustrem Dominum Iohannem Skytte comportasse in usum Scholæ Lapponicæ pecuniam de sua & aliorum piorum donatione collectam quinque millium thalerorum monetæ argenteæ, quam integram numeravit Compagniæ Cupreæ rogans humilime, ut ea summa in illa compagnia Nobis & Coronæ reservetur, nosque pro usura hujus pecuniæ quotannis, octo pro cento reddenda, demus Scholæ Lapponicæ usum villarum in Norlandia, ut coloni illarum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſuas reddant nominatæ Scholæ contributiones. Quod clementer approbamus, dantes loco hypothecæ uſumfructum ex his noſtris & coronæ villis in Paræcia Vma & Weſt Bothnia conſtitutis Roebæk 12. prædia 5/8 Stækſioe duo 3/16 Klabbiler tria 0/16 Baggaboelet duo 27/32 Kuddis duo 5/16 Bræneland duo 11/16 hæc prædia quotannis ſolvent Scholæ Lapponicæ ſuas exactiones ordinarias & extraordinarias hactenus impoſitas, idque facient coloni horum prædiorum ſine intermiſſione, quamdiu retinemus ſummam 5000. thalerorum compagniæ numeratam, donec illam reſtituerimus integram ſcholæ Lapponicæ. Quapropter mandamus noſtris officiariis, omnibusque quorum intereſt, ne præſcriptam hypothecam auferant eidem Scholæ ante redditam pecuniam, neve ullam injuriam aut præjudicium contra hoc Edictum nominatæ Scholæ inferant, aut inferri ſinant. In confirmationem hujus inſtrumenti ſubſcripſerunt ſuam manum noſtri reſpective Tutores & Regni Adminiſtratores, Regioq; ſigillo confirmarunt Edictum. Datum Holmiæ 5. Novemb. 1634. Iſta verba ſunt diplomatis Regii, ſic ut in ſermonem Latinum verſa leguntur apud ſæpe nominatum Baazium. Qui vero ſubſcripſerunt Regni adminiſtratores, eorum hæc ſunt nomina: *Gabriel Oxenſtierna, Guſtavi F. R. Drotſetus, Iacobus De la Gardie, R. Archimarſchallus, Carolus Caroli Gyldenhielm R. Admiralius, Petrus Baner loco R. Cancellarii, Gabriel Oxenſtierna R. Theſaurarius.* Atque hæc jam Schola eſt, ex qua deinde prodierunt, prodeuntque etiamnum ingenia, per quæ gens Lapponica magis magisque diſcit intelligere ac ſectari religionem Chriſtianam. Nam & bona copia dein à Juventute Lappica eſt frequentata, & adhibita diligentia, ut in litteris pietateque deſiderata obtinerentur incrementa. Quod docet teſtimonium examinis in ea inſtituti eo ipſo anno, quo eſt aucta Regiis beneficiis prædictis. Verba ejus quoque placet apponere, quia meretur ſciri, uſusque Scholæ illius intelligi, pro ut ea refert Baazius Hiſt. Eccleſ. Lib. VIII. c. 5. *Nos ſubnotati ſignificamus, fuiſſe nos vocatos à noſtro & Eccleſiæ Vmenſis Paſtore, Reverend. & Doctiſſ. M. Olao, ut examini juventutis Lapponicæ, frequentantis Scholam Lykſenſem in marchia Vmenſi inſtitutam, intereſſemus. Teſtamur autem, nos huic petitioni ſatisfeciſſe, & audiviſſe,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

visse, examinatos fuisse pueros Lapponicos à suo Rectore, prædicto nostro Pastore. Primo cecinerunt recte omnes pueri conjunctim Psalmos Davidis in Sueticum sermonem translatos, prout in patriæ Ecclesiis sunt diu cantati. Deinde omnes ac singuli recitarunt librum dictum Abecedarium, continentem non tantum Elementa litterarum, sed partes Catecheticas, sc. Orationem Dominicam, Symbolum Apostolicum, decem Præcepta, cum verbis institutionis Sacramentorum, Baptismi & S. Cœnæ, item benedictionem ac gratiarum actionem ad mensam recitandas, additis precibus matutinis & vespertinis. Hunc librum omnes pueri legerunt, juxta formam in aliis Patriæ scholis propositam. At qui ingeniosiores, etiam recitabant distincte & sine hæsitatione quæstiones Cathecheticas, ad expositionem parvi Cathechismi à B. Luthero conscriptam. Ad hæc legebant hi ipsi in libro Evangelia Dominicalia & Festivalia stylo Suetico impressa. Omnes pueri in Schola nominata erant huic exercitio dediti, saltem octo illorum erant tardiores, qui cum minus valerent ingenio, æmulabantur tamen ingeniosos, quantum poterant. Nunc incipiunt omnes hi pueri discere partes cathecheticas idiomate Lapponico, ut fundamenta pietatis materno sermone suis patriotis ediscenda proponant. Hoc exercitium Scholasticum & fructus inde promanans, quia vicit opinionẽ nostram, dum intelleximus, juventutem barbaram brevi tempore didicisse gratia Dei fundamenta salutis, quæ alias solent pueri litterati longo tempore perdiscere, igitur singularis gratiarum actio erit ipsi Deo agenda, qui huic labori felicem dederit successum, piisq; hominibus, qui hanc scholam instituerunt, donariis auxerunt, hodieque sustentant, suus non erit denegandus honor; sed certe dabitur loco mercedis, juxta Dei promissionem, Divina benedictio. In veritatem rei sic peractæ, confirmamus hoc testimonium subscriptione nostrarum manuum, & impressione sigillorum. Datum & actum An. 1634. loco nominato. Iacobus Andreæ Buræus, Petrus Ionæ, Andreas Haquini, Iacobus Nicolai, Olaus Olai. Apparet ex hoc utique testimonio Scholæ istius Liksensis, seu, ut ego mallem appellare, Liksalensis frequentatio, non exiguo juventutis Lapponicæ numero. Intelliguntur & ingenia illius non omnino inepta ad studia literarum. Cura denique ipsorum hinc animadvertitur in discendis illis, quæ ad vitam Christianam recte colendam sentiun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſentiuntur eſſe neceſſaria. Ad poſtremum ipſorummet Lapponum adultiorum hinc colligitur facilitas & promptitudo aliqua, ſine qua non mitterent profecto ſuos liberos ad ſcholam. Unde ſimul ſatis intelligitur, eſſe aliam religionis Chriſtianæ faciem in Lapponia, quam qualis fuit ſæculis ſuperioribus. Major quippe curâ Regum, qua nunc ipſis abunde de templis, de Scholis, libris etiam, & per quos erudiantur, magiſtris & paſtoribus eſt proviſum. Major quoque circa ipſorummet ſacerdotum ac paſtorum, quos non habent nunc, ut olim, Suecos ſolum, unamq; linguam Sueticam callentes, ſed & peritos linguæ Lapponicæ, & ſæpe ſui metipſius gentis homines. Qua de re ſunt teſtes hodierna die plurimi. Et Samuel Rheen, in Deſcriptione ſua cap. 23. ita inquit: *I Vmaa Lappmark ær een Lapp præſt ther Lapperne i deras Chriſtendom vvæll informerade vvarda.* Hoc eſt: *In Lapponia Vmenſi unus Presbyter ſive Paſtor eſt Lapponicus, ubi Lappones bene informantur in religione Chriſtiana.* Pergit idem de Lapponia Pithenſi, & ait: *I Pithea æro tree Paſtores, ther och Lapperna vvæll underviſte vvarda i Lhudz ord.* Hoc eſt: *In Lapponia Pithenſi tres ſunt Paſtores, ubi æque Lappones in verbo Divino bene erudiuntur.* In Lapponia Luhlenſi major difficultas eſt, ob ſparſos Lapponas per ſpatia ingentia. Facit tamen ibi quoque Paſtor unicus, quantum poteſt. *I Luhlea,* inquit, *ær allenaſt een Lappræſt, ther han allena med mædo och ſtort beſvvær kan Gudstienſten foerrætta, foer ortens vviida begriipelſe ſkull.* Hoc eſt: *In Lapponia Luhlenſi unicus ſolum eſt ſacerdos Lapponicus, qui ſolus ægre magnaque difficultate poteſt expedire, quæ ad cultum divinum pertinent, propter partis ejus ſpacia ingentia.* In Lapponia Tornenſi & Kimenſi pariter Paſtores habent Lapponicos, quo cum quotannis Paſtor Sueticus Kimenſis Tornenſisque iter facit ad Lapponas longius diſſitos, eosque in verbo divino informat. *I Taornea Lappmarck diit reſer Paſtor Tornenſis een gaong om aohret, att doepa barn, och informera them i theras Chriſtendom. Sammaledes reſer och Paſtor i Kimi up i des Lappmarck en gaong om aohret ſampt med Lappræſten.* Hoc eſt: *In Lapponiam Tornenſem Paſtor Tornenſis ſemel de anno iter facit, ut baptizet infantes, Lapponasque erudiat in religione Chriſtiana.*

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Idem facit Paſtor Kimenſis in Lapponiam ſuam ſemel de anno, cum paſtore Lapponico. Addam de his ipſis teſtimonium Olai Petri Niurenii, qui vixit tempore Guſtavi Adolphi. *Marckia Vmenſis concionatore templo, & ſchola adminiſtratur, ex qua liberi eorum ad informandas familias à templo remotas prodeunt quotannis. Marchia Pithenſis tribus diverſis locis tres paſtoratus diſtinctos, & conſequenter tres paſtores poſſidet, hodie Regio ſumptu ſuffultos. Ibi igitur Lappi à ſuis Paſtoribus & templis non procul habitant, ut ſæpius in anno convenire & audiri poſſint. Marchia Luhlenſis quia templo & concionatore prædita eſt aſſiduo, & ex ipſis Lappis oriundo, inſpectoreq; Præpoſito Luhlenſi vicino, avide ſalutem eorum quærente & deſiderante, non poteſt non optime adminiſtrari, ibique locus induſtria concionatoris inventus non ita pridem, quo ſæpius in hyeme, tota autem æſtate ad audiendum verbum Dei queant coaleſcere. Reliquæ Marchiæ binæ, Tornenſis ſcilicet & Chimenſis, magnitudine longe cæteras ſuperantes, ſemel duntaxat in anno in nundinis, quæ in Februario celebrantur, à ſuo Paſtore inviſuntur. Tornenſis gaudet duobus templis. Chimenſis ex nullo dolet. Totus religionis cultus in utraq; Marchia in lingua, quam quodammodo videntur intelligere, Finnonica proponitur & exercetur.* Habes ecce teſtimonia de ſtudio ſacerdotum hac ætate, curaque quam in erudienda gente Lapponica in religione Chriſtiana hodieque ſolent adhibere. Cum præſertim conſtituta ſibi habeant & præmia certa laborum, unde ſe familiamque ſuam alant. Ex decimis enim rangiferorum, quas tenentur dare Lappones Coronæ, tertia pars aſſignata eſt in uſus ſacerdotis. Samuel Rheen: *Reenar theſkole uthgiæra, deelas emellan Cronan och Kirkioherden, ſao att Cronen tagar tvvao delar, och præſten tredie deeren.* Hoc eſt: *Rangiferi, quos tributi nomine tenentur dare, dividuntur inter Coronam & Sacerdotem, ſic ut illa duas partes capiat, hic tertiam.* Similiter tributa ei portio de veſtimentis piſcibuſque, quos Coronæ dant. Idem: *Lapparna giæra i tiende till Cronan och præſten antingen 2. paar ſkoor, eller een hvvit ræf, eller ett halft pund giæddor, huilket bxtes itu emellan Cronan och præſten.* Hoc eſt: *Lappones decimarum nomine dant Coronæ ac Sacerdoti vel duo paria calceorum, vel vulpem albam, vel pondo dimi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

dium luciorum, quod in partes duas æquales dividitur inter Coronam & ſacerdotem. Jam ut hæc, & alia, quæ ipſis à Regibus tributa ſunt beneficia, ſacerdotes faciunt alacriores, ita & ipſorum met Lapponum cura major, ut proficiant quotidie in religione dicta. Quo pertinet initio, quod ſacerdotes dictos audiant excipiantque cum honore obſervantiaque. Nam & adventantes ad ſe, ſalutare ſolent inclinato capite, & deducere ſua in tuguria, & præbere ipſis cibum, & quæ poſſunt alia humanitatis exhibere officia, poſtremo in ſignum reverentiæ appellare *Dominos*. Sic enim prædictus Rheen, ut verba ejus ſonant Latine. *Verbi divini doctores ipſis adſignatos amant, & honorant, eosdemque vocant Herrai; hoc eſt, Dominos.* Et Wexionius in Deſc. Suec. Lib. IV. c. 8. *Gens Lapponica ſacerdotes honorat, circa feſtum natalitium Chriſti viſitantes rhenonibus procul excipit ac provehit. In tentoria mollibus ramis betulinis, ſuperſtrata pelle rhenonis adornata deducit. Accurrunt omnes inclinato corpore Rhutenico more ſalutantes his verbis: Saa tervve tulemaſt Lappinmaa*, h. e. *gratulamur adventum in Lapponiam. Menſa eſt aſſer humi poſitus, fercula piſces aridi, carnes rhenonis arefactæ, ejusque lingua ad ignem toſta oſſaque ad focum calefacta, quibus diſciſſis medulla promitur. Hæc ſine ſale & pane, quem utrumq; verbi divini miniſtri ſecum afferunt, itemque vinum (cereviſia enim ob frigoris rigorem inutilis eſt) Lappi vero aquam in vaſculo corticeo potui apponunt.* Deinde obſervant dies quoque ſacros, ut Dominicos & feſtos alios. Olaus Petri: *Vnanimes in obſervando Sabbatho ſunt omnes.* Nec in eis labores ſuſcipiunt graviores. *Dhe haolla ſig ifraon alt arbete poco the dagerna*, inquit Tornæus de Lapponibus Tornenſibus, h. e. *abſtinent ab omni labore iis diebus.* Quin imo & pecoribus ſuis tum indulgent quietem. Multi à labore incipiunt ceſſare pridie ante diem Dominicum, quæ omnia teſtatur dictus Rheen his verbis, ut Latine quidem ſonant: *celebrant omnes dies feſtos & Dominicos, iisque abſtinent ab omni graviore opere, illo præſertim tempore, quo ſciunt verbum Dei ſacris in concionibus annunciari. Nec hoc diebus Dominicis tantum faciunt, ſed & Saturni, quibus itidem non facile ſuſcipiunt laborem graviorem. Diebus Dominicis etiam pecoribus & jumentis ſuis quietem concedunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

cedunt. Reperiuntur denique plurimi, qui ne quidem lac ex ipsis capere istis diebus sustinent. *Istis diebus*, ait, *rhenones suos nolunt emulgere, sed liberos otiososque sinunt ambulare.* Cum habetur concio, diligenter auscultant, cum canuntur Psalmi, canunt & ipsi, estque notabile, quod Tornæus scribit de Lapponibus Tornensibus: *Her uthinnan beviisa the sig gudeligen, sao att the tæsla sin emellan, hvvem af them bættre kan siunga.* Hoc est: *adeo in hoc negotio se pios præstant, ut & certent inter se, quis probitate cantionis alterum possit anteire.* Sacramenta quoque Christiana multo cum honore venerantur & usurpant. De Baptismo idem Samuel Rheen. *Sacramentum Baptismi in magna habent veneratione.* Ideo nec differunt, sed puerperę ipsæ octo vel quatuordecim diebus post partum perferunt infantes recens editos, per longinquas vias sæpe, ad sacerdotem. Quod testatur idem cap. 12. ubi habet ita, sicut verba ejus à me reddita sunt Latine: *Cum Baptismo suorum infantum quanta possunt festinatione properant, ita ut puerpera Lapponica octo vel quatuordecim diebus post editum infantem iter suscipiat longinquum per altissimos montes, amplos lacus, & profundas sylvas cum infante illo suo ad sacerdotem.* Non minori reverentia prosequuntur Cœnam Dominicam, & quæ præmitti solet, confessionem absolutionemque peccatorum. Olaus Petri: *Absolutione & Cœna Domini, quantum externe apparet, videntur magna cum devotione frui.* Cum præsertim sciant, nunc demum ejus vere fieri participes. Nam antea, & tempore Pontificiorum dabatur eis, verum nulla solenni adhibita consecratione. Quod colligimus ex Petro Claudi, qui hoc ita receptum in Norvagia testatur fuisse; unde verosimile fit, etiam in Suecia servatam illam consuetudinem. *Altarens sacrament bleff dennom uthi Pao vvedomens tiid, och en lenge der efter gifvvet vuiet och usacriret, som man mente.* Hoc est: *Sacramentum altaris dabatur ipsis tempore religionis Pontificiæ, & aliquanto post, absque consecratione, uti putabatur.* De devotione hodierna testis Samuel Rheen: *Ad confessionem absolutionemque veniunt devotione magna, ut & ad cœnam Domini sanctissimam.* Tornæus de Lapponibus Tornensibus. *Altarens och doepelsens sacramenter vvarda*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

dhe hoegt, aldeles ſaoſom andra Chriſtne: Hoc eſt, *Cœnæ Dominicæ & Baptiſmi Sacramenta magna veneratione colunt, plane ſicut Chriſtiani alii.* Sed & alia pietatis Chriſtianæ capita non negligunt. Nam à juramentis, execrationibus, blaſphemiis in Deum, & ſimilibus abſtinent religioſe. Quod teſtatur idem. *Hoc*, ait, *commendandum in eis, quod à juramentis horribilibus, maledictis, & ejusmodi, ſibi caveant, neque iſta vulgo ſint in uſu apud ipſos.* Erga pauperes ſunt benefici ac liberales, ſicut loco alio jam dixi, ubi furta quoque plerisque oſtendi eſſe ignota. Ipſi quoque inter ſe verſantur multa cum humanitate, mutuo ſe inviſentes, & confabulantes amice, præſertim qui ſunt gentis unius & cognationis vel affinitatis. Qua de re ille ipſe Samuel Rheen: *Mutuo ſeſe crebro ſolent inviſere, alterq; alterum excipere, qui ſunt neceſſitate, vel affinitate, aliave amicitia junctι inter ſe.* Atque iſta quidem faciunt omnia, quoniam abunde didicerunt, quæ qualisque ſit religio Chriſtiana, quid à ſingulis exigat non reſpectu modo fidei, ſed & operum vitæque reliquæ. Quod teſtatur rurſum dictus Scriptor cap. 24. *Sciunt optime Lappones, unum eſſe Deum, qui creavit cœlum & terram, nosque omnes per mortem Filii ejus eſſe liberatos.* Et poſt non pauca interjecta: *Fides hæc eſt Lapponum, ut intelligant unum eſſe Deum, in Divinitate tamen unica perſonas tres, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum.* Jam ut hæc omnia ex præceptis religionis Chriſtianæ obſervant, ita verſa vice, quæ ad ſuperſtitionem ſpectant veterem, fugiunt & abominantur. Tympana tollunt abolentque; idola, ſtipites, ſaxa, quæ pro diis habuere quondam comminuunt & comburunt. Eſt exemplum elegans, quod memorat Johannes Tornæus in hunc modum. In pago quodam Lappmarkiæ Tornenſis, Pældojærf vocato, Lappo habitabat aliquis, Petrus Pæiwiæ appellatus, homo probus, pius, & locuples. Is initio cum ſuis omnibus colebat Seitan idolum. Accidit quodam tempore, ut rangiferi ejus morerentur magno numero: iccirco Seitan implorabat ſuum, ut malo occurreret. Verum irritæ fuerunt preces; rangiferi nihilominus moriebantur. Poſtremo iter ipſe ſuſcipit ad locum, ubi Seita ſtabat erectus, cum familia omni, copiaque lignorum aridorum. Circa idolum ſpargit ramos virentes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tes piceæ, ſacrificia quoq; ipſi offert, pelles rangiferinas, cornua, crania, ſe deniq; cum familia omni proſternit, Seitæque implorat opem, ac ut ſigno aliquo teſtari velit, ſe verum eſſe Deum, rogat. Poſtquam vero ſignum accipit nullum, licet toto die devotione ſumma oraſſet, ipſe cum ſuis ſurgit, ligna arida conjicit in idolum, iisque accenſis Seitan totius illius pagi comburit. Cumque ob id vicini, ejus ipſum vellent occidere, cur inquit, non ſinitis ipſum Deum ſumere de me ultionem? Factus autem Pæiwiæ dein tam conſtans religionis Chriſtianæ cultor, ut cum alii minarentur ei damna magicis ſuis artibus, is contra caneret Symbolum Apoſtolicũ Orationem Dominicam, & id genus; Omnes Seitas, quotquot poſſet, cremaret, mitteret poſtremo filium, ætate maximum, ad Enareby, ut idola omnia ibi etiam exſtirparet. Quod ob factum is filius ejus, Wuollaba nomine, fugere in Norvagiam eſt coactus, metu inſidiarum, quas ſtruebant ipſi Tnarenſes. Jam ut hic Seitam ſuum, ita Clemmet quidam, Lappo Tenobyenſis, ſuum tympanum abolevit, de quo idem Tornæus teſtatur, quod admonitus non ſemel à ſacerdote, noluerit reddere tympanum. Poſtremo matrem ejus incidiſſe in morbum gravem, illum contra quæſiviſſe remedium per tympanum, ſed matrem nihilo ſecius eſſe defunctam. Itaque tympanum in fruſta conſcidiſſe minima, adjecto, ſe videre, tympani nullum eſſe uſum. Habemus itaque religionem Chriſtianam haud paulo melius excultam apud Lapponas, & ab ipſis Lapponibus receptam, & adhibitam in quotidianos uſus, quam fuit priſcis temporibus. Licetque hinc colligere, quantam adhibuerint curam, quotquot hoc negotium auctoritate ſua, conſilio, ſuaſu, miniſteriove potuerunt promovere. Quanquam ne ſic quidem eo res deducta ſit, ut de exſtirpata omni vetere impietate jure debeamus gloriari, ut nunc in ſequentibus monſtrabitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. IX.

De Reliquiis nonnullis paganismi apud Lapponas hoc tempore.

QUæ sit ratio religionis Christianæ apud Lapponas, ostensum copiose arbitramur. Neq; potest esse dubium, quin ad extirpandas superstitiones veteres, & annexa illis mala alia, quicquid potuerunt, operæ consiliique adhibuerint, Reges juxta pii, atq; Sacerdotes. Verum manent reliqua non pauca, quæ ulteriorem curam & sollicitudinem desiderant. Qua de re testatur ille ipse Rheen dictus nobis jam sæpissime, in cap. 24. descript. Lapponicæ. *Dhet finnes hoos them ænnu myken vvidskepelse, och grofvva vvillfar elser.* Hoc est: *Adhuc multa superstitio est apud ipsos, multi crassi errores.* Unde in suspicionem veniunt, quasi tantum simulent religionem Christianam plurimi, intus vero maneant pagani. Sic enim pergit ibi: *Ehuru-vvæll the vvillia synas dyrka, tiena, och troo pao Gudh, doch lykvall ælska the myket sina færfæders vvillfar elser.* Hoc est: *Licet cupiant videri colere Deum, honorare, atque credere in ipsum, tamen amant plurimum errores suorum majorum.* Atq; ad hunc modum annis etiam superioribus Petrus Claudi de Lapponibus Norvagicis. *Endock att the sielfvva foera theras barn ut till præsterna, och laota dennom dœpa, och somma Komma om aohret ut till Kirker, och hoera predikan, och annamma och sao altarens Sacrament: sao bevvysa the doch med theras afguderii, att sao dant ær icke uthan skroempteri.* Hoc est: *Etiamsi liberos suos deferant ad Sacerdotes, eosque curent baptizari, & quandoque in anno proficiscantur ad templa, concionem sacram audiant, & accipiant Sacramentum altaris, tamen idololatria sua satis ostendunt, istæc omnia fieri non sine mera simulatione.* Quanquam vero istoc credere de omnibus iniquum sit, experientiaque aliud ostendat, tamen quin existat ficta magis, quam vera seriaque in non paucis profes-

professio religionis Christianæ, frustra quis negaverit. Caussa vero, cur tam difficulter superstitiones & impietatem deserant, non est una tantum, verum multiplex & diversa. Una vetus, de qua suo tempore Zieglerus: *Quo minus plures sint Christiani ex Lapponibus, culpa nonnulla est Præsulum, qui aut hanc curam instituendæ gentis abjecerunt, aut fidem Christi illic adolescentem evilescere rursus fecerunt, dum sub ejus fidei prætextu sua etiam vectigalia subinferre genti voluerunt.* Scilicet Lappi antea haud divites per Sacerdotum has exactiones reddi pauperiores, æquo animo utique non ferre poterant. Conatur quidem caussam hanc revellere Olaus Magnus lib. 4. cap. 19. ubi vocat *assertionem impiam & mendacem*; sed nil affert, unde contrarium appareat. Nam quod occupatos esse scribit Sacerdotes in docendis provinciis meridionalibus, quod Johannem fratrem suum venisse in extremam Iemptiam, pauperibus ibi erogasse stipem multam, magnoque sumptu salis coctionem instituisse, nil adversus ea, quæ à Zieglero fide adferuntur haud deteriori in his, quam in cæteris, facere quilibet intelligit. Sed hæc caussa cura liberalitateque Regia nunc est sublata, ut ex præcedentibus cognoscitur. Alia sequitur, vastitas nimirum regionis, de qua idem Olaus meliori ratione c. 14. ejusce libri: *Quod vero Lappi tardare videntur, caussa est, & hæc evidentissima, quod maxime distant, ducentis scilicet & amplius miliaribus Italicis ab Ecclesiis Christianorum.* Quanquam autem & hæc caussa hactenus submota, quod in ipsis territoriis eorum sint ædificata templa, manet tamen illa vastitas, quam peragrare Sacerdotes raro possunt. Itaque nunc quoque de Lulensi sacerdote vidimus in præcedentibus, quod *ægre magnaque difficultate* possit expedire negotia sua, propter tractus ac territorii illius spacia ingentia. Et hæ quidem caussæ sunt ab una parte. Ab altera primum gentis ipsius est ingenium ad superstitiones pronum. Qua de re jam in superioribus est actum, testaturque quotidiana id experientia. Accidit hoc autem eis primum, quia vivunt in locis asperis & horridis, inter sylvas, inque iis feras bestias. Deinde quia vivunt extra consortia cum hominibus aliis, & seorsum singuli pro se cum familia sua, inter-

terce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tercedentibus ſpaciis magnis, aliquotq; interdum miliarium. Et denique quia vivunt vitam venatorum, quo in genere neſcio quæ facilitas ad ſuperſtitiones varias, & commercia cum dæmonibus eſſe conſuevit. Nempe qui ſic vivunt, cum ſint deſtituti fere ope ac conſilio aliorum, non infrequenter ad illicita & impia prolabuntur, quamque ab hominibus conſequi deſperant, à dæmonibus expoſcunt opem & ſalutem. Facitque promtiores, quia delinquentes ſine arbitris, pœnam nullam metuunt. Ut non ſine ratione inter ea, ob quæ duret hodieque in Lapponibus impietas & ſuperſtitio, ſæpe dictus Samuel Rheen connumeraverit hoc quoq; *att the boo i fiælben, pao viida aflægne orter, ifraon andre menniſkors omgiænge.* Hoc eſt; *quod habitent inter aſpera montium, & in locis longiſſime diſſitis à converſatione cum aliis hominibus.* Altera cauſa eſt opinio bona de majoribus ſuis, qui exiſtimant non fuiſſe tam ineptos, ut neſcirent, quid pro numine deberent venerari. Quin imo hanc putant ſe debere illis reverentiam, ut ne recedant ab ipſorum inſtitutis, & per hoc inſcitiæ vel impietatis eos arguant. Quod commune habent cum plerisque omnibus gentilibus, neq; diffitetur ipſe Cicero, quando ait, *omnes Deos patrios, quos à majoribus acceperunt, colendos ſibi diligenter & retinendos arbitrari,* Samuel Rheen etiam de hac cuaſa. *The ælſka myket ſina foerfæders vvildfarelſer, och beropa ſig ther pao myket, att theras foerfæder, dem de Kalla gambla foer ældrar, ſao och ſao lefvvat, och ſaodanna ſeder brukat och oefvvat hafvva.* Hoc eſt: *Superſtitiones majorum ſuorum diligunt plurimum, ac pro ratione iſtoc afferunt, quod ſic vixerint & majores, quos parentes antiquos appellant, talesque ritus adhibuerint & uſurparint.* Accedit & tertia cauſa, inveterata conſuetudo. Nam & ipſa ægre traditur oblivioni, cum preſertim legis inſtar habeat. Quid? quod conſuetudo illa, plurimum recedat à pietatis veræ ratione, talibusque ipſos tenebris involvat, ut quid conſentaneum ſit vero, vel non ſit, nequeant deſpicere. Unde ſatis commode hanc quoque ſuperſtitionis apud Lapponas durantis Samuel Rheen dat rationem, *emædan the af oalder hafvva lefvvat i ett grufvveliget moerker och vvill farelſe.* Hoc eſt: *quoniam ab antiquiſ-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

antiquiſſimis temporibus inde in horrendis tenebris ac erroribus vixerunt. Ex his cauſis, & ſimilibus jam ſequitur, quod non parum reliquum ſit apud ipſos ſuperſtitionis, idololatriæ, ac impietatis cæteræ, nec id extirpari omne potuerit brevi tempore. Quod videmus in plerisque ruſticis ac plebeis non in Suecia ſolummodo, ſed & Germania, Gallia & aliis regionibus evenire, apud quos reperiuntur copia ingenti, quæ ex ſuperſtitione, imo & impietate veteri paganicaque oriuntur, fideq; bona manent reliqua. Cæterum quæ apud Lapponas nunc ſuperſunt, poſſumus ad duo ſumma revocare capita. In primo occurrunt ſuperſtitioſa, impia, paganica, & Ethnica; in ſecundo magica & diabolica. In priori capite nonnulla ſuperſtitioſa ſunt, vana, & anilia, nonnulla prorſus impia & paganica. Primi generis eſt illud, quod obſervent tempora, diesq; alios habeant pro atris, alios pro candidis. Inter atros numerant præcipue diem, Catharinæ feſtum, item Marci, quem appellant *Cantepaive*, ac Clementis. Itaque his diebus nihil agunt operis ſerii, cum primis vero à venatione abſtinent. Cauſas ferunt duas, quod ſi venarentur tali die, arcus cum ſagittis eſſent rupturi, alteram quod ſic eſſent perdituri ſucceſſum proſperum venationis toto illo anno. Qua de re ſic Samuel Rheen, ut verba ejus à me verſa ſunt. *Dies habent quosdam, quos obſervant, ut Catharinæ, Marci vel Cantepaive, item Clementis, quibus diebus nemo Lapponum venari vult aut ſagittis feras petere, fuerunt quippe ita fore, ut multa ipſis eo anno proſpere eveniant, ſi quid tali die venarentur, ſagittisve peterent, atque id imprimis, quod rumpentur arcus ipſorum.* Ad eundem modum pro infauſto habent primam diem Natalitiorum Chriſti, quippe qua qui patres ſunt familiarum, egredi è ſuis ædibus ſeu tuguriolis haud ſuſtinent, ac ne templum quidem frequentant, ſed filios filiasq; tantum mittunt cum ancillis famulisque. Idem: *Diebus quibusdam feſtis varias exercent ſuperſtitiones, ut præcipue prima die Natalitiorum Chriſti, qua ipſi patres familiarum ægre veniunt ad templum, ſed mittunt filios filiasq; tantum ſuas cum ancillis.* Cauſa, quia ſibi metuunt à neſcio qua ſive ſpectrorum, ſive divorum multitudine, quam catervatim errare per aerem illa putant die, ſibique placandam prius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

esse certis sacrificiis, de quibus post videbimus. Suspicor autem natam superstitionem hanc ex male accepta narratione Sacerdotum, qua olim audiverant, ingenti agmine de cœlis descendisse angelos, cum Christus esset natus, atque terrorem magnum incussisse pastoribus. Dein attendunt quoque omina nonnulla. Inter alia observant quolibet mane occurrentem sibi bestiam, & ex ea de successu diei ejus omen quoddam capiunt. Qua de re testatus est Zieglerus pridem in Lapponiæ descriptione. *Quod*, inquit, *mane animantis occurit procedenti, ex eo capit omen eventus diei.* Pertinet ad superstitiones quoque quod mulierem exire nolint ea janua, qua vir egressus est venatum, quasi parum prospera futura illi sit venatio, si habeat mulierem vestigiis insistentem suis. Quod is ipse docet, quem prædixi: *Nefas inquit est, mulierem exire tabernaculum janua, qua vir eo die est ad venationem profectus.* Et hæc quidem, cum non paucis aliis ejusce generis in ipsis durant superstitiosa. Illa vero etiam sunt impia & paganica, quæ sequuntur, atque generis sunt secundi. Vt quod primum templa frequentent non eo studio, quo debebant, sed inviti pæne. Sic enim de iis Samuel Rheen. *Det skeer med tuaong att the skola Komma till Kiærkian, och Gudz ordz hoerande.* Hoc est: *Fit cum coactione, si venire debent ad templa, & audire verbum Dei.* Deinde, quod nonnullis Christianæ religionis capitibus ægre fidem adhibeant, imprimis vero illi, quod est de resurrectione mortuorum, corporis & animæ consociatione, animæque immortalitate. Nam hominum & pecorum perire pari modo animas existimant, nec persuaderi sibi patiuntur plurimi, superesse post hanc vitam aliam. Appono ipsa verba sæpe nominati scriptoris, ne quis dubitet de fide mea: *Lapparna ære ænnu sao grofvve, att the icke vvillia trov den Articulen om Kioettsens upstaondelse, och att siæl och Kropp skola aoter sammanfo gade vvarda pao den ytter sta dagen, uthan mena, fæh nades och menniskiones anda, vvara ena handa.* Hoc est: *Lapponum adhuc tanta est ruditas, ut nolint credere articulum de resurrectione carnis, & corporis animæq; consociatione, die novissimo futura, verum pecoris hominisque spiritum putant esse generis ejusdem.* Ita cap. 24. quod & repetit cap. 28. *Lapparna*

parna æra maonga i den vvillfarande mening, att the framledne doede iche ſhola upſtas. Hoc eſt: *Multi Lapponum in hac erronea ſunt ſententia, quod mortui non ſint reſurrecturi.* Igitur & in Lapmarkia Tornenſi Sacerdotem quendam gente Lapponem, nomine Georgium teſtatur Dn. Johan. Tornæus ſepeliri ſe juſſiſſe inter ipſos, ut firmaret eos in fide de reſurrectione mortuorum. Verba Tornæi hæc ſunt, à me verſa in Latinum. *In hoc templo* (Raunala) *ſepulturæ mandavi veterem Sacerdotem gentis Lapponicæ, quia vicinus morti dixerat, ſe inter Lapponas ſepeliri velle, ut ſic firmaret fidem eorum de reſurrectione mortuorum, quodque ipſi una ſecum eſſent reſurrecturi in die noviſſimo, qua de re ſæpiſſime apud ipſos concionatus fuerit.* Addit tamen loco præcedenti Samuel Rheen, reliquum nihilominus manere arbitrari aliquid, quod ipſi, quale ſit, ignorent, poſtquam homines obiere. Quæ ipſiſſima eſt paganorum ſententia, qui ex ea Manes ſuos, quaſi qui maneant poſt obitum hominum, deformarunt. Hoc enim magis verum crediderim eſſe vocabuli ejus etymon, quam quod vulgo putant factum à manando. Verba Samuelis Rheen. *Men att nogot ær quar eſter dæden, troo thec.* Hoc eſt: *quod vero aliquid maneat reliqui poſt mortem, illud credunt.* Tertium eſt, quod Deo vero Chriſtoque ſuos addant Deos commentitios, junctimque cultu ac honore proſequantur, quaſi Deo & diabolo bene inter ſe conveniat, vel ex dimidio eorum quisq; coli poſſit atque velit. Habent autem Pithenſes & Luhlenſes Lappones Deos iſtiusmodi alios majores, alios minores. Majores quorumq; veneratio præcipua, tres numerant. Thorum ſive Thordoen, Storjunkaren, & Solen. Samuel Rheen cap. 25. *Theras fœrnæmſta afgudar æro deſſe tree, Thor eller Thordæn, Storjunkaren, och Solen.* Hoc eſt: *Præcipui eorum deaſtri ſunt hi tres, Thor vel Thordæn, Storjunkaren, & Sol.* Damianus à Goës ignem ſcribit colere, ac ſtatuas Lapideas. *Religio illius gentis*, ait, *ut ignem, & ſtatuas lapideas pro diis habeant.* Sed illæ ſtatuæ lapideæ non aliæ quam quibus honorant Storjunkaren ſuum, ut patebit ex ſequentibus. Neque ignis, niſi Solis ſymbolum. Nam revera ignem habuiſſe pro Deo, falſum eſt, ignoraturque ab omnibus. Joh.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Tornæus cap. 7. ſicut verba ejus habent translata in Latinum. *Ex Eccleſiæ noſtræ Doctoribus ſunt aliqui, qui dicant, Lapponas more cæterorum Orientis populorum coluiſſe ignem. Ergo vero nec ex veteri traditione quadam apud Lapponas, nec alia ratione potui cognoſcere, rem ita ſe habere, quamvis ſummum ſtudium adhibuerim.* Eccleſiæ Doctores quos hic innuat, ignoro, niſi fors intelligat Paulinum, qui tamen quicquid hujus tradidit, ex neminis alterius tradidit ſententia, quam Daniani. Lapidibus Peucerus addit ligna. Verba ſunt in de Divin. p. m. 202. *Coluerunt hactenus pro diis ligna & lapides.* Sed ligna illa, quibus formant Thorum ſeu Thoronem, quod & ipſum poſt monſtrabitur. Manent ergo illi tres prædicti majores, ſaltem apud Lappones Pithenſes & Lulenſes. Nam Tornenſes atq; Kiemenſes ignorare hos dicuntur, eorumq; loco colere, quos communi nomine vocent Seitas. Teſtis Johan Tornæus nominatim de Stoorjunkare. *Stoorjunkaren*, ait, *vveta intet Tornao och Kemi Lappar af.* Hoc eſt: *Stoorjunkarum Lappones Tornenſes & Kiemenſes ignorant.* Contra de Seitis, ſicut verba ejus ex cap. 7. Latinè ſonant. *Stipites & Lapides coluerunt pro diis ſuis, quotq; erant familiæ, imo quot fere Lappones tot habebant idola, ſuis, collocata locis juxta lacus. Erat tamen unus inter hos præcipuus & ſummus, quem præcæteris ſeorſum colebat pagus totus. Hunc ut & cæteros minores Deos appellabant Seitæ.* Quanquam cum vox Seita, numen quodvis denotet apud Lapponas, credi poſſint colere ſub eo, qui Luhlenſibus eſt Tiermes ſive Aüke, id eſt, Tonans ſive Avus, & ab aliis vocatur Thorus, præſertim majore illo Seita, & reliquorum velut capite. Sub reliquis vero minoribus, qui Luhlenſibus Stoorjunkare, eſſeq; non tam numinum quandam differentiam, quam vocabulorum, quod Tornenſes malint uti voce generali, cæteri vero ſpeciali. Illi majores minoreſq; juxta nominare Seitas, hi iſtos quidem Tiermes vel Aüke, hos vero Stoorjunkare. Certe ſi attendas cultum, & quæ cætera ſunt hujus generis, plane inter ſe videbis convenire, & quo Tornenſes, & quo cæteri utuntur, ſicut ex ſequentibus amplius conſtabit. Præter majores vero, quos in præcedentibus attulimus, Pithenſes, Luhlenſes, & vicini habent aliquos minores etiam. Idem facere Tornen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

nenſes quoque jam oſtenſum eſt, licet cum majoribus eodem nomine appellent. Excepto uno aliquo, quem vocabant *Wiru Accha*, quod *anum Livonicam* ſignificat. Eſt hic opinione mea ille ipſe, de quo Olaus Petri Niurenius c. 19. *Kimenſium Deus vireſaka dictus, in ſummitate amputatæ arboris faciem hominis oſtentabat.* Sed pro *Kiemenſium, Tornenſium*, & pro *Vireſaka, Wirku*, vel *Wiru Accha* fuerat ſcribendum. Jo. Tornæus, ſicut verba ejus Latine ſeſe habent. *In medio marchiæ Tornenſis olim celebris fuit Seita, Wirku Accha dictus, quod anum Livonicam ſignificat. Hunc omnes circumjecti Lappones coluere, ſacrificiaque obtulerunt ipſi longo tempore, donec Birklari Tornenſes, quibus tum conceſſum erat exercere commercia cum Lapponibus, eum ſubverterent. Quanquam vero evertiſſent idolum, longeque à priori ſede ſua abjeciſſent, nihilominus exiguo poſt tempore inventum eſt repoſitum in eam, nunc vero carie penitus eſt conſumptum. Habuit autem nullam ſpeciem humanam, ſed ſimplex fuit truncus, ut cætera eſſe ſolent.* Et hic unicus, quem peculiari nomine colebant Tornenſes, plane nunc deſtructus & oblivioni pæne traditus. Cæterorum ſunt communia vocabula cum diis majoribus. Quanquam autem qui minores illi ſint, quove fine coluerint olim, vel nunc etiam ſubinde colant, tradere Tornæus omiſerit, ex eo tamen fieri conjectura poteſt, quod de diis iſtis apud cæteros Lapponas invenimus annotatum. Colunt enim ipſi ſub quocunque nomine deinde, primum illos ipſos, quos paulo ante Manes appellavimus. Hos enim pro deorum quodam genere habere, liquet inde, quia ſibi metuunt à mortuis, teſte dicto Samuele Rheen, tanquam id, quod ſupereſſe ſuſpicantur ex defunctis, conditionis ſit ejusmodi, ut nocere ipſis poſſit. Pæne ad eundem modum, ut Romani cenſuere de Manibus, de quo Servius ad III. Æn. *Manes ſunt illo tempore animæ, quo de aliis recedentes corporibus, nec dum in alia tranſiere. Sunt autem noxia.* Verba Samuelis Rheen ea de re ſunt ejusmodi. *Att nogot ær quar effter doeden, troo thee, hvvarfoere the och ſky myket fær the doeda.* Hoc eſt: *Manere ſuperſtes aliquid poſt mortem, credunt, ac iccirco valde ſibi metuunt à mortuis.* Idem traditum eſt à Peucero de Divin. p. m. 203. *Præcipue terrentur & exagitantur à*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

manibus cognatorum post mortem. Sed & hoc ex eo intelligitur, quia ipsis offerunt sacrificia. De quibus alius Anonymus Ms. penes me. *The offra doeden, eller the framledne doede.* Hoc est: *Sacrificia morti, aut mortuis offerunt.* Sed de sacrificiis postea. Præter Manes vero habent spectra alia seu dæmonia, quæ vagari ajunt per rupes, montes, flumina, lacus, quæ & ipsa divino quodam prosequuntur honore, sicut veteres Romani Faunos suos, & Sylvanos, Tritonesque. De quibus idem Samuel Rheen: *Troll mena the vvara alleſtædes i fiællen, i bærg och ſioear.* Hoc est; *Dæmonia quæ-dam putant esse ubique in rupibus altis, montibus & paludibus.* Est & tertium quoddam genus sive bonorum, sive malorum geniorum, quod credunt versari in aëre, cum primis tempore Nativitatis Christi, de quo nonnihil jam in præcedentibus. Etiam de his prædictus scriptor testis est, post nonnulla, quæ de sacrificiis, offerri eis solitis. *Det the vvillia gifvva det omkring vvan drande Iuhlafolket, ſom the tao mena ſkola færdas omkring i luften.* Hoc est: *Hæc offerunt tum circumvaganti cœtui Iuhlio, quem eo tempore credunt errare in aëre.* Ubi cœtus Juhlius est à Juhl, festo natalitiorum Christi, sicuti nunc quidem vocem illam explicant. Priscis enim annum denotabat novum, ut jam demonstravi pluribus in Upsalia mea. Quo tempore quia multitudinem spectrorum geniorumve illorum vagari potissimum per aërem existimant, iccirco nomen istoc ei indiderunt. Atque hæc sunt numina pleraque, quæ Lappi etiam num simul cum Deo vero Christoque colere ac venerari sese posse arbitrantur. De quibus omnibus nunc sigillatim, & cujuscunque cultu agemus.

CAP. X.

De Diis Lapponum paganicis, eorumque cultu hodierno.

TRes hodieque deos, eosque majores cæteris ac præstantiores coli à Lapponibus, capite superiori demonstratum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tum. Primus *Thor* est, sive Thordoen, Suetica translatione, hoc est Thorus, sive Tonitru. Ipsis sua lingua *Tiermes* dicitur, quo significatur, quicquid strepitus & fragores edit. Ut proinde Tiermes, si respicias vim vocis, ille ipse sit, quem Latini nominarunt Jovem tonantem, conveniatque plane cum Deo Tarami, sive Tarani, de quo in Upsalia est actum. Cum præsertim Tiermes specialiori notione referant ad tonitrua, quæ putant esse animata per virtutem singularem & eximiam, quæ sit in cœlis. Samuel Rheen. c. 25. *Thor eller Thordoen haolla the vvara ett lefvvandes ting, som sao dundrar i himmelen.* Hoc est: *Thorum sive Thordoen* h.e. *Tonitrum putant esse viventem, quæ sic tonet in cœlis.* Vocat Thor & Thordoen sive Tonitru, quod Lapponibus est Tiermes, ipsamque illam vim significat, per quam tonitrua eduntur. Neque aliud est aliquid, quam Deus tonans. Ideo iisdem etiam *Aijeke* vocatur. Nam *Aijeke* Lapponibus, qui Latinis avus, proavus, atavus. Nempe hoc vocarunt modo, sicuti Latini Jovem patrem, Succi gubba, quod sit quasi pater bonus, avus, aut proavus noster. Qui cum tonat, est Tiermes, voce simili cum Scytharum Tarami, hoc est, Toro aut Torone apud Suecos. Hunc Tiermes sive Aijeke, quem ex fragore tonitruum, & vi fulminum sumptis argumentis intellexisse, ac iccirco Tiermes nuncupasse arbitror, Lappi colunt, quod in ejus potestate credant vitas hominum ac mortes, valetudinem ac morbos esse collocatos. Samuel Rheen: *Denne Thor mena the hafvva macht oefvver menniskiones hælsa och sundheet, liif och doedh.* Hoc est: *Thorum hunc* (quem nempe Aijeke vel Tiermes nominant) *habere credunt potestatem in valetudinem hominum ac salutem, vitam atque mortem.* Deinde facultatem ei tribuunt in dæmonia noxia, rupes, montes, lacus habitantia, quæ castiget ac coerceat, quandoque feriat fulminibus, ac interficiat, sicut apud Latinos veteres emittere fulmina in noxios & flagitiosos generis cujuscunque Jupiter credebatur. Idem: *Thordoens æmbete haolla the vvara, att doeda och dræpa alla troll.* Hoc est: *officium sive murus tonitruum arbitrantur esse, ut cædant atque interficiant omnes pravos dæmonas.* Atque isto fine Thoroni sive Tiermes suo quoque arcum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

arcum tribuunt, quo emittat ſagittas in eos, putantque iridem eſſe: Idem: *Regnbogan kalla the Thors bogan , ther med han ſkall ſkiuta och dræpa alle troll , ſom them nogon ſkada vilia tillfoga.* Hoc eſt: *Iridem appellant arcum Thoronis, quo petat & interficiat dæmones pravos omnes , qui damnum eis quærunt afferre.* Non quidem ſua lingua iſtis verbis nominant, cum ſint Suetica. Sed *Aijeke dauge* quod ſignificat, *arcum avi* ,h.e. Dei boni ac benefici qui ſic eos tanquam progeniem ſuam cuſtodiat , & adverſus prava dæmonia tueatur. Quin imo & malleum habere fingunt , quem appellant *Aijeke vvetſchera* , ut eo colla feriat dæmoniorum capitaque comminuat, quod ab Olao Matthiæ in Lapponia Tornenſi nato mihi indicatum eſt. Quia igitur tot beneficia expectant Lappones à Tiormes ſuo, quia credunt dare vitam hominibus, cuſtodire valetudinem eorum, ac ne mortem quidem ſibi, citra voluntatem hujus imminere ; quia putant, dæmones abigere, qui officiant venationibus ipſorum , aucupiis, piſcationibus, & ſi attulerint damna , merito eos punire ſupplicio, propterea huic cenſent cultum ante alios præſtandum. Alter Deus ex præcipuis *Storjunkare* vocatur. Quod vocabulum tametſi non Lapponicum, ſed Norvagicum ſit , ipſi tamen uſurpant Lappones , quod clariſſime teſtatur Samuel Rheen in ſupra indicato capite. *Detta ordet Storjunkare ær tagit af thet Norriſka tungomaolet, emedan the kalla ſina Landshoefdingar junkare, altſao kalla Lapparna ſina afgudar Storjunkare.* Hoc eſt: *Vocabulum hoc Storjunkare captum eſt ex lingua Norvagica, quoniam Norvagi præſides ſuos provinciarum Iunkare vocant, idcirco Lappones ſuos deaſtros nuncupant Storjunkare.* Docet manifeſte, ipſos Lapponas hoc vocabulo eſſe uſos. Quanquam forte ſerius hoc factum, & poſtquam aliqui eorum ſub imperium Norvagiæ venerunt. Certe non hoc unicum eſt nomen, quo deſignant illum Deum, ſed & *Stourra Paſſe,* hoc eſt *Sanctum magnum* nuncupant, ut ex cantilena liquet, quam in ſacrificiis ipſius adhibent, uti poſt oſtendam. Scilicet ipſius numen putant prorſus venerabile, majoremque ipſi, frequentiorem certe cultum exhibent , quam diis cæteris. Putant nimirum ipſum eſſe Aijeke vel Tiermes ſui vicarium , & quaſi Regium aliquem præfectum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ctum. Ita Samuel Rheen: *The haolla honom foer Guds Iunkare eller Staothaollare.* Hoc eſt: *habent eum* (Storjunkare) *pro Dei præfecto aut vicario.* Et quia pro Dei præfecto, ideo Storjunkare, quaſi diceres præfectum magnum, & qui major ſit præfecto Regio, appellant. Idem. *Altſao kalla Lapparna ſina afgudar Storjunkare, ſom æra ſtoerre æn andra Landshoefdingar.* Hoc eſt: *Ergo Lappones deaſtros ſuos nuncupant Storjunkare, quod ſint Stære, i. e. majores, quam præfecti alii.* Venerantur porro hunc Storjunkare propterea, quia ejus miniſterio potiſſimum venire bona putant plurima ad homines. Cenſent enim arbitratui ac imperio ipſius ſubjectas eſſe omnes beſtias, ferasque: ac Aijeke quidem, ſive Tiermes regere deos dæmonasve, item homines; Storjunkare vero traditas ſuæ curæ habere beſtias, ac feras. Dare igitur eas, cui velit, neque capi poſſe, niſi beneficio ipſius. Sæpe nominatus Samuel Rheen. *Storjunkaren tillſkrifvva the then machten, att the ſægia honom, ſaoſom en Guds Staothaollare, hafvva macht utoefvver alla diur, ſom ære bioernar, vvargar, ræfvar, ottrar, rhenar, fiſkar och foglar, att han kan gifvva god lyka dem att faonga.* Hoc eſt: *Storjunkaren eam tribuunt poteſtatem, quod tanquam Dei vicarius, præſit omnibus animalibus, ut urſis, lupis, vulpibus, lutris, rhangiferis, piſcibus, avibus; efficiatque, ut feliciter poſſint capi.* Dicit aperte, quod exiſtiment Lappones, fieri nutu voluntateque Storjunkare ſui, ut quis capere queat feras, easque munere ac beneficio ipſius haberi, cum ad ipſum ſpectent & pertineant. Quibus pene ſolis cum ſe alant Lappones, ac veſtiant, intelligit quilibet facile, quam putent ſibi neceſſarium, ut hunc Stoorjunkare ſuum colant. Et hæc duo numina Lapponibus peculiaria, quorum alterum regit homines, alterum beſtias, alterum præeſt vitæ, victui rebusque cæteris ad vitam neceſſariis. Ita Rheen de Stoorjunkare. Paulo alia de ipſo memorat Tornæus, quæ tamen ſi recte luſtres, non longe abeunt à prædictis. Verba ſic Latine ſe habent. *Stoorjunkaren ferunt, ſæpe piſcationes vel aucupia exercentibus ſe præbuiſſe conſpiciendum, ſpecie viri proceri & ſpectabilis, cum veſtimentis nigris eo formatis modo, quo geſtare nobiles ſolent, & bombarda in manu, pedes ſolum habuiſſe avium pedibus ſimiles.* Qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quotiens se ostenderit stantem vel in littore, vel in navigio apud ipsos, toties ajunt piscaturam effeciisse felicem, aves quoque prætervolantes, dejeciisse globis plumbeis bombarda sua emissis, & donasse præsentibus. Memorant porro ita primum esse cognitum aliis, præter Lapponas, quod cum præfectus quidam regius iter faceret præter montem, in quo putatur Storjunkare domicilium habere suum, Lappo, qui monstrare viam ipsi debuerat, substiterit, manubrium securis suæ demiserit in glaciem, securimque verterit in orbem, fassus id se facere in honorem ejus, qui domicilium suum ibi habeat, propter beneficia, quæ superius sunt dicta. Conveniunt hæc præcedentibus, quia pariter Storjunkare faciunt Dominum ferarum, avium, piscium, ejusque beneficio à Lapponibus hæc ostendunt obtineri. Neque obstat, quod unius tantum montis mentio hic fiat, in quo habeat domicilium. Plures quippe is præfectus non est prætervectus, ut de pluribus mentionem Lappo facere necesse non habuerit. Sed & à habitu vestituque ejus pariter, ut ab officio munereque nomen indidisse ipsi possunt, præsertim per Lapponias Norvagiæ viciniores, maxime Luhlensem. Quo habitu quia se non præbuit visendum in Lapponia Tornensi Kiemensive, fieri potest, ut nec isto nomine coluerint, sed generali appellarint Seitã, à quo aucupii, venationis, piscationis commoda se crederent habere. Venio ad Deum tertium, quem communem habent cum plerisque omnibus paganis. Ipsi *Baivve* vocant, quod Latinis Solem denotat. Hunc honorant primum, quia lucem eis affert, ac calorem: Olaus Magnus lib. III. c. 2. *Solem toto æstatis cursu eis lucentem adorant, gratias ei offerentes, quod lumen contra tenebras perpessas, & calorem contra immensa frigora adducit.* Deinde quia generationis omnis credunt auctorem, ipsiusque beneficio nasci omnia existimant. Dictus auctor: *Solen haolla the foer een moder foer alle lefvvande diur.* Hoc est: *Solem putant matrem esse omnium animalium.* Ante alia vero curare putant rangiferos, fovere eos calore prolemque ipsorum, ut cito succrescat pulchris incrementis, vires que ac robur accipiat. Idem: *Solen haolla the conservera theras reenfoster, och meddela them then naturlige vermen, att the vvælmao trifvvas.* Hoc est: *Arbitrantur Solem conservare fœtus suorum ran-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

rangiferorum, ac ſubminiſtrare illis calorem naturalem, quo poſſint bene creſcere. Quia ergo tanta Solem credunt præſtare beneficia, viventibus præſertim ſibi in terris frigidioribus, ubi calor nativus facile minuitur, & ſæpe penitus extinguitur, alimenta quoque ſua præcipue habentibus ex pecore rangiferorum: iccirco putant æquum, ut & ipſum honore maximo proſequantur. Quo accedit, quod ipſius reditu, recipiant diem, quem amiſerant receſſu, non per diem unum alterumve, ſed & hebdomadibus haud paucis. Quibus elapſis novo eos, ipſoque tanti temporis defectu gratiore quotannis afficere beneficio videtur. Cæterum hos Deos, quos jam dixi, maximos putare, ſic honorant, ut ſeorſum ſingulos ſuo certoque proſequantur cultu. Conſiſtit is in hiſce rebus, ut primum loca certa habeant, cultui cujusque conſecrata; deinde peculiaria ipſis erigant ſigna illis in locis, atque ſimulacra; & denique ſacrificia diverſa faciant. Locus, quo Thoronem ſive Tiermes ſuum colunt, eſt plerumque à tergo tugurii cujusque, qui eſt deditus huic ſuperſtitioni, diſtans tamen ſpacio, quantum unius fere teli jactu poteſt definiri. Eo loco ex tabulis eriguntinſtar menſæ majoris, ſubnixæ pedibus, in qua collocent deinde ſigna ſacra. Eſtque menſa hæc inſtar aræ alicujus apud ipſos, quam circumdant ramis arborum ex betulis & pinis. Neque minus viam à tugurio ad id Thoronis ſacrarſum ornant, ſtratis ramis foliisque arborum prædictarum. Samuel Rheen, *The upreſa een laſvva baak foer ſine kottar, tree alnar hoeg fraon jorden, och upſættia vvackert bioerk och grahn riis rundt kring om Laſvvan. Item the ſtroe och bioerkriis alt ifraon ſina kottar in till Laaſvvan pao marken.* Hoc eſt: *Poſt tuguria ſua erigunt tabulatum ad tres ulnas diſtans à terra, circum quod ramos betulinos atque ex pinu arbore collocant in ambitum ramis quoque betulinis viam ſternunt totam à tugurio ad tabulatum.* Eſt ergo Lapponibus id tabulatum pro ara, ſicut dixi, ſive baſi, rami vero betulini pro templo ſive ſacrario, ubi ſignum Thori ſui collocant. Pæne ad eundem modum loquitur de Seitha Tornenſium & Kiemenſium Jo. Tornæus, ut vix fuerit alius, nec à Thorone diverſus, præter ſolum nomen, niſi quod de tabulato nihil memoret. Verba ejus ita ſe Lati-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ne habent. *Deos ſuos Seithas dictos collocant ſuis in lacis juxta lacus vel paludes. Vbi ſemper hoc obſervant, ut ſit locus ille pulchre virens gramine, vbi collocatur. Æſtate ipſe pariter ac locus totus, ornatur ramis arborum virentibus, hyeme vero ramis piceæ minutim conciſis, qui quoties areſiunt & palleſcunt, alii novi recenteſque in eorum locum debent ſubſtitui.* Niſi malit quis accipere pro Stoorjunkaris, cum ad lacus paludesque dicantur collocari, hic enim Stoorjunkerorum locus, ut mox dicam. Quanquam Seitas putem non ad lacus ſolum collocatos, ſed & locos alios fuiſſe, atque ſic utrumque retuliſſe numen ſub vocabulo unico, ut & ſupra diximus, nec Tornæum tam ſollicite voluiſſe iſta inter ſe diſcriminare. Jam quod Thoronis ſive Tiermes, idem Solis etiam eſt fanum. Docet dictus autor cap. 25. ubi loquitur de ſacrificio, quod Soli offerunt. *Huilket the uphængia baak om kottan, ther the och offra Thoren.* Hoc eſt: *Id ſuſpendunt à tergo tugurii, ubi & Thoroni faciunt ſacrificia.* Non alio loco Solem venerantur, quam quo Thorum, ſed utrique ſacrificia in ſimili menſa, ſuper ſimili tabulato offerunt. Quo fit ut ſuſpicer, non diverſa hæc, ſed eadem eſſe numina, nec re, ſed vocabulo diſtincta tantum, eundemque Deum dici *Tiermes* ſive *Aieke*, cum pro vita ſaluteque, ac contra dæmonum inſultus invocatur, *Baivve* vero, cum ab eo poſcitur lumen, & calor, & ſi quid aliud contra frigora fovet corpus recreatque. At vero locus, quo Storjunkare honoratur, longe alius, montes nimirum certi ac peculiares, item littora paludum. Habent enim rupes quasdam ad hoc ſacratas, easque ſingulæ fere familiæ ſuas & certas, deſtinatas huic negotio. De familiis docet Anonymus quidam hiſce verbis: *Hvar och een familia eller ſlæckt hafvver ſina Storjunkare ſtaoandes i det land ther the vviſtas och boo.* Hoc eſt; *Quælibet familia ſuos habet Storjunkare in ea collocatos regione, quam incolunt.* Atque ita quoque Samuel Rheen: *Hvvar och een ſlækt eller familia hafvver ſitt beſynnerliga æfverbærg.* Hoc eſt: *Gens quælibet ſeu familia ſuum peculiarem habet montem ſacrum.* De montibus ſeu rupibus, præter poſtrema verba, jam allati loci, docet alius ejusdem, ita ſeſe habens: *Theſſe Storjunkare upreſſa the i fiell eller bærgsklefvvor.* Hoc eſt: *Storjunkare hoſce collocat in rupibus aut cavernis montium.* Non autem rupes tantū adhoc habent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

bent aditu faciles, ſed & plane invias, & ad quas eniti nemo poteſt. Idem. *The mena, att Storjunkaren pao ſomblige orter ſkall hafvva ſin boning, men foer fiællens ſtora hoeg ſkull, kunna the intet komma till ſamma ort.* Hoc eſt: *Quibusdam in locis putant quidem domicilium habere ſuum Storjunkare, ſed propter rupium ingentem altitudinem eo venire non poſſunt.* Liquet porro ex his verbis, quare in his rupibus exiſtiment colendum, nempe quia ibi domicilium & ſedem ſuam habet. Id quod non de ſolis rupibus & jugis montium intelligendum, ſed & littoribus paludum ripisque fluminum, nam & in ipſis loca habent peculiaria, in quibus cultum ei exhibent. Ideo poſt verba ſuperius de montibus ac rupibus adducta Samuel Rheen. *eller vid elfvver och ſiæar.* Hoc eſt: Erigunt non in rupibus & cavernis montium ſolumodo illos Storjunkare, ſed & *in vicinia fluminum aut paludum.* Porro domicilium habere ſuum hoc iſtove, in loco colligunt & collegerunt ex obſervatis in eo ſpectris, qualia interdum tempore nocturno in ejusmodi rupibus, aut montibus, aut paludibus, præbuerunt ſe conſpicienda. Quo pertinet id totum, quod de viſo Storjunkero habitu nobilis viri cum bombarda ex Tornæo ſuperius retulimus. Samuel Rheen. Hos Storjunkare ſuos collocant in rupibus illis, aut ſpeluncis montium, aut littoribus fluminum paludumve, *ther the i foernatyden hafvva hoert nogot ſpockerii.* h. e. *in quibus quondam audiverunt quidpiam ſpectrorum.* Nempe per hæc indicare præſentiam ſuam Storjunkare illum exiſtimant, & amorem loci ejuſcemodi, quem idcirco habent pro ſacro & veneratione magna proſequuntur. Deniq; peculiari vocabulo, ſi mons fuerit aut rupes, *Paſſevvarra*, hoc eſt *montem ſacrum* nuncupant. Quod teſtatur rurſum toties jam nominatus nobis ſcriptor: *The fiell, ther the heſſe Storjunkare upſatt hafvva, kalla the alla i gemen Paſſevvari, dhet ær, helge bærg, eller Storjunkare fiell.* Hoc eſt: *Cunctas eas rupes, in quibus iſtos Storjunkare habent collocatos, Paſſevari nominant, id eſt montes ſacros, aut rupes ſpectantes ad Storjunkare.* Quin imo non alio loco certius aut melius præſtari cultum ipſi poſſe arbitrantur, cujus ſententiæ ratio facile ex præcedentibus colligitur. *The mena*, inquit Samuel Rheen, *att*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

the pao ſaodanne ohrter en ſynnerlig tienſt ſina afgudabelæten gioera. Hoc eſt: *Hiſce in locis arbitrantur ſe idolis ſuis peculiari modo præſtare cultum poſſe.* Solent autem & hæc Storjunkare ſui loco certis circumſcribere limitibus ac terminis, ut quo uſque ſancta debeant haberi, poſſit intelligi ab omnibus, ne quis per imprudentiam violet, ac à Storjunkare damno aliquo religionis neglectæ, ac non obſervati loci ſacri afficiatur. Idem. *The hafvva viſſa grændzemæren, huru vviida Storjunkarens grændzor æro.* Hoc eſt: *Certos habent limites, quibus appareat, quousq; territorium Storjunkarens ſe extendat.* Et hi quidem loci cultu Storjunkarens dicati. Qui cum ſui certiq; ſint familiæ cuilibet, quæ ſuperſtitione iſta tenetur, ut jam indicavi, liquet ſatis bonam eorum eſſe copiam per Lapponiam. Et recenſet Samuel Rheen per ſolum tractum Luhlenſem, triginta & amplius iſtis nominibus. *Primus* ad flumen Waikijaur, dimidio circiter miliari à templo Lapponum Jochmochs dicto. *Secundus* ad montem Piædnackvvari, miliari dimidio longius ſupra prædictũ templum. *Tertius* in quadam inſula fluminis Porkijaur quæ diſtat inde miliare unum cum dimidio. *Quartus* in vertice montis peralti, quem appellant Ackiakikvvari, hoc eſt patris, ſeu Thoronis montem, miliaribus quinque ſupra Jochmock prope Porkijaur. *Quintus* prope Skalkatræſk paludem, miliaribus octo à prædicto loco. *Sextus* ad Muſkoumokke cataractam miliaribus undecim inde diſtans. *Septimus* in vertice Skierphi montis altiſſimi. *Octavus* in vertice montis Tiackeli. *Nonus* ad montem Haoraoaos. *Decimus* in ſummo altiſſimi montis Kaſla, prope lacum parvum, Sabbut dictum. *Undecimus* in alio monte, dimidio miliari à Wallavvari. *Duodecimus* in altitudinis horrendæ vertice montis, qui vocatur Darravvaori, miliaribus duobus à prædicto loco. *Decimus tertius* prope Kiedkievvari. *Decimus quartus*, prope lacum ad Wirrijaur, quem locum nobbel ſolent appellare. *Decimus quintus* ad lacum Kaſkajaur. *Decimus ſextus* ad montem Enudda verſus Norvagiam. *Decimus ſeptimus* ad montem Ratto, verſus eandem regionem. *Decimus octavus* in inſula lacus Luhlatræſk, quem vocant Hiertſhulos. *Decimus nonus* in monte altiſſimo verſus Norvagiam, qui Skipoivve dicitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

dicitur. *Vigeſimus* ad lacum Saiiuo. *Vigeſimus & primus* ad Ollapaſſi, ſinum quandam lacus Stoor Luhlatræſk vocati. *Vigeſimus ſecundus* ad lacum Lugga. *Vigeſimus tertius* in monte Kierkovvari. *Vigeſimus quartus* in monte Kautom Jaurbii. *Vigeſimus Quintus* ad cataractam Sao. *Vigeſimus ſextus* in vertice montis editi, qui vocatur Kaitzikiæ. *Vigeſimus ſeptimus* ad lacum Ryggtræſk. *Vigeſimus octavus* ad montem Piouki. *Vigeſimus nonus* in inſula lacus Waikejaur, Luſbyſhulos dicta. *Trigeſimus* in monte vicino, flumine Juleo, vvarieluth vocato. Nec hi omnes ſunt territorii illius loci ſacri, ſed & plures alii, qui neſciuntur, quia quantum poſſunt, dediti huic idololatriæ, ſtudent eos occultare, ne in ſuſpicionem veniant impietatis hujus, & ad pœnas meritas trahantur. Longe vero major numerus eorum per Lapponiam cæteram, id quod ultro intelligitur, ut neceſſe non ſit prolixa eorum commemoratione tædium legentibus creare. Cæterum hæc loca omnia ſive Thoro & Soli, ſive Storjunkaro ſacra cultu proſequuntur maximo. Quo pertinet potiſſimum, quod ab eis feminas excludant omnes arceantque. Nec enim ulli feminæ fas pupant ad tergum tugurii venire, verſus locum Thoro ſacrum. Samuel Rheen: *Baak om kottan faor intet quinfolk lof till att komma*: Hoc eſt: *ad tergum tugurii nulli conceſſum eſt feminæ venire.* Idem docet de finibus montis Storjunkaro ſacri. *The hafvva vviſſa grændzemæren, huru viida Storjunkarens grændzor æro, till huilket bærg manvvuxne quinnos perſoner fao aldrig lof att komma.* Hoc eſt: *certos habent limites, quibus territorium Storjunkari definitur, ad quos nunquam fas eſt feminis nubilibus adpropinquare.* Quod ſi quæ contra facere auſæ fuerint, eis credunt imminere mala multa, quin imo ipſa privari vita à dæmonio. Hinc addit, non poſſe feminas limitibus illis appropinquare, aut venire intra eos, *ſaoframpt the doeden, och annan olycka vvillia undfly.* Hoc eſt: *Si mortem, aliasve calamitates velint effugere.* Cauſa vero, cur à ſacris illis locis arceant feminas, non videtur alia, quam quod ſexum illum credant parum mundum, iis præſertim temporibus, quibus morbos patiuntur ſuos. Quod ex eo colligio, quia nominatim *nubiles* arceri ſcribit, quum ab illo tempore, quo iis ſunt obnoxiæ morbis, nubiles habeantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tur. Quia ergo certi nihil de ipsarum morbis illis potest definiri, aut citra omne dubium cognosci tempus, quo eos patitur unaquælibet, sexum omnem ejecerunt ab prædictis locis, ne per imprudentiam polluti Deos redderent iratos. Juvat conjecturam nostram, quod à Damiano Goës proditur, putare Lappones, id genus excrementi, quod per morbum prædictum egerunt fœminæ, dæmones non posse ferre. Postquam enim ostendisset, Lappos suis artibus naves medio retinere cursu, addit, illud malum emendari *solo virginum excremento foris navium & transtris illis, à quo spiritus illi natura abhorreant*, hocq; ait, se ab ipsis incolis accepisse. Venio ad simulacra, solent enim Deos istos colere & simulacris aliquibus, sive signis. Ac Toronis quidem sive Tiermes semper est ex ligno, unde *& muora Iubmel* h. e. *Deus ligneus* ab ipsis dicitur. Et quoniam non minus in Lapponia Tornensi, quam in cæteris ex ligno habent, ipsos quoque Tiermes colere, tametsi Seitam nominent, vero consentaneum videtur. Meminit illius etiam Petrus Claudi in descriptione Norvagiæ. *En part* inquit, *giæra sig ett stort træbælete, och sættia thet nogonstædes hen i en Sula under ett field.* Hoc est: *Aliqui ligneum fabricant sibi simulacrum bene magnum, idque sub monte in spelunca quadam reponunt.* Lignum quo utuntur, betulinum est. Ita docet Samuel Rheen. *Quot* inquit *mactant victimas, tot idola erigunt in honorem Thori, eaque idola faciunt ex betula*, vel si mavis ipsa ejus habere verba. *hao maonge reenar Lappen till offer slachtar, sao maonge af gudabelæten skall han upsættia Thortill æhra, desse belæten giorde the af bioerk.* Formant vero cum effigie specieve prorsus rudi, ut tamen in summo utcunque caput humanum videatur referre. Ita namque Dn. Matthias Steuchius in suis ad me litteris: *Parens meus mihi retulit esse ingentes trabes.* (illa Thoronis idola, de quibus præcedit) *quibus addita est rudis aliqua figura, humanum vultum referens.* Is Steuchii parens, cujus ista scribit auctoritate, Superintendens est Hernosandensis, cujus sub cura constituta est pars maxima Lapponiæ, quantum pietatem & religionem attinet, ut non possit non peritus esse harum rerum. Addit amplius Samuel Rheen, formare caput ex radice, corpus reliquum ex stirpe. *Desse belæte gioera the af bioerk af thes root huf-*

vvudet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

vvudet och haohlen af then andra delen. h. e. *Hæc idola faciunt ex betula & ex radice quidem caput, ex trunco seu caudice partem reliquã.* Nempe quæ præsertim locis in palustribus crescunt betulæ, in imo desinunt in globum veluti, qui deinde de se spargit radices cæteras, ut non sit difficile, accommodare eum in humani oris aliquam figurã. Jam ut constet esse hoc Thoronis signum, malleo armant ejus dextram. Dictus auctor post superiora, faciunt hæc idola ex betula, *med een hammar i handen*, hoc est, *cum malleo in manu.* Hoc insigne veluti Toronis est, quo ab aliis internoscitur. In capite infigunt clavum ferreum, cum silicis particula, ut si videatur, ignem Thor excutiat. Anonymus Ms. *I af gudabelætens hufrud slao the en staolnagel eller spiic och itt styke flintsten, ther med Tor skall slao eld*, h. e. *capiti idoli clavum infigunt ex chalybe aut ferro, cum particula silicis, quibus ignem Thor excutiat.* Quanquã primi addidisse videantur potius, ut sint quoddam ignis symbolum, quem una cum Sole in Torone coluere. Et hoc quidem Tori signum apud Lappones, cujus ecce tibi hanc delineationem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Etsi autem tali modo forment, sunt tamen præsertim in Lapponia Tornensi, qui nudum venerantur stipitem. Tornæus: *Seiterna hafvva ingen skapnad eller figur, dhe af tra: æro antingen rotefaste stubbor, eller och paolar i jorden nedersatt*, h. e. *Seitæ nullam habent speciem aut figuram. Nam qui ex ligno, vel stipites sunt radice firmati in terra, vel trunci in ea collocati.* Solis signum habent nullum, sive quod per se spectetur, sive quod illius numen & Toronis idem est, secretiori sacrorum disciplina. At Storjunkaren repræsentant quodam lapide. Ideo Sam. Rheen: *Storjunkare æro stengudar*, h. e. *Storjunkare sunt idola lapidea.* Et Anonymus Ms. *Ther med the bestryka the stenar, them the kalla Storjunkare*, h. e. *Eo inungunt lapides, quos nominant Storjunkare.* Propterea de tali est accipiendus Petrus Claudi, quando in descriptione Norvagiæ memorat de Lappofinnis, *de astros suos habent collocatos in silvis ac locis desertis, quidem lapidem magnum.* Vel ut ipse habet, *somme hafvva en stor steen.* Lapis, quem hic nominat, non pertinet ad Toronē, quippe qui formatur ex arbore vel ligno, nec ad Deum alium, sed Storjunkare. Atque sic intelligendus quoq; Damianus à Goës, quando de Lapponibus, *Statuas lapideas pro diis habent.* Idem Jacobus Zieglerus. *Statuas lapideas erectas in montibus pro diis habent.* Bene erectas in montibus, quoniam is locus proprius, in quo Storjunkare honorabatur, uti ante indicavimus. Sed quæ species istorum lapidum? Qualis avium, si credimus Olao Petri Niurenio: *Lapporum Deus plerorumque*, ait, *ex lapide formatus avi cuidam assimilabatur.* Samuel Rheen ait referre imaginem nonnunquam hominis, nonnunquam alterius alicujus animalis. *The hafvva antingen menniskors, eller nogot creaturs liiknelse*, h. e. *hominis, vel alterius animalis alicujus exhibent speciem.* Sed est illa prorsus rudis species ac similitudo, ut vix possit agnosci, ipsiq; magis credant referre ipsam, quam aliis queant persuadere. Interea vel hoc ipsum Storjunkare suo putant esse sacros, quod in eis speciem ejusmodi se censent invenire. Nec enim ipsi ita formant arte operave, sed in littoribus paludum fluminumq; ripis repertos honorant, & prosigno Storjunkare erigunt statuuntque. Idem *Storjunkare æro stenguder, huilka the finna i fiellen, eller rid siocar*, h. e. *Storjunkare sunt idola lapidea, quæ inveniunt vel inter rupes & sacra montium vel ad littora paludum.*

Admi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Admirantur ergo talem ſpeciem, tanquam non temere luſuq; aliquo naturæ factam, verum procuratam ſingulari voluntate numinis, Storjunkare vocati, ut ſit ipſi ſacra & in ea colatur. Atq; ideo lapidē illius ſpeciei erigunt, & pro ſigno ejus habent, poſteaq; *Kied Kie Iubmal* h. e. *Deū lapideum*, appellant. Quoniam autem ſpecies iſta prorſus rudis, magisq; credita Lapponibus, quam vera, ideo in idolis iſtis eam negat Tornæus. *Seitæ nullam*, inquit, *habent ſpeciem aut figuram, neq; manibus, neq; à natura formatam. Nam lapidei nil ſunt aliud, quam vulgare ſaxum, rude, nigrum, fœdum, ſcabrum, plenum cavis, & à lapſu aquarum ad cataractas exeſum.* Quanquam ſine dubio ſcabricies illa cum exeſis cavis occaſionem præbuerit fingendæ alicujus formæ. Uno tamen loco ait repertos cum ſpecie humana. Verba ejus hæc ſunt: *Eo loco, ubi Tornatræſk ex ſe effundit fluvium, in inſula quadam in medio cataractæ, Darra dictæ, reperiuntur Seitæ lapidei, ſpecie humana collocati ordine. Primus altitudine viri proceri, poſt quatuor alii paulo breviores juxta ipſum collocati, omnes quaſi pileis quibusdam in capitibus ſuis ornati. Et quoniam res eſt difficillima periculiq; pleniſſima propter vim cataractæ in dictam inſulam navigium appellere, ideo Lappones pridem deſierunt inviſere iſtum locum, ut nunc explorari nequeant, utrum quomodove culti fuerint, aut qua ratione illi lapides venerint in iſtam inſulam.* Non vero ſingulos ſolum erigunt, ſed uni addunt alios aliosq; prout, credo, plures paucioreſve reperiunt. Ex his primum quidem ipſius Storjunkare venerantur titulo, ſecundū dicunt ejus eſſe conjugem, tertium filium filiamve, cæteros famulos aut ancillas. Idem Samuel Rheen: *Wed ſomblige bærgfinnes tuenne, trenne och flere ſtenar upreſta, och ſaodanna ſtenar Kalla the then foerſta Storjunkare, then andra hans Acte eller quinna, then tredie ſon eller dotter, och ſedan the flere ſtenarna, tiænare eller tiænarinnor*, h. e. *Aliquibus in montibus duo, tres, & plures lapides cernuntur erecti, quorum primum vocant Storjunkaren, ſecundum Acte ejus, id eſt conjugem, terium filium aut filiam, reliquos vero lapides, famulos aut famulas.* Faciunt hæc imitatione conſuetudinis humanæ, ſicut nempe viderunt & præfectos Regios habere ſuam conjugem, & liberos & famulos. Non enim deteriori conditione Storjunkare ſuum, id eſt præfectum Toronis, & vicarium Dei eſſe volunt. Ideo & ipſi tribuunt hæc omnia. Et hæc eſt imago ſtatuave Storjunkare. Quæ hac cernitur effigie.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Venio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Venio nunc ad tertium, ſacrificia videlicet, ac honores alios. De quibus ante omnia notandum, quodà ſolis fiant viris, feminis excluſis omnibus. Nam feminam ſacrificare non magis fas exiſtimant, quam accedere ad locum quemcunque, deo conſecratum. Samuel Rheen: *Ingen quinnos perſon ær loſligit till att offra.* Hoc eſt: *nulli feminæ conceſſum eſt ſacrificia offerre.* Deinde, quod ſacrificia fiant nulla, niſi prius explorata voluntate numinis, utrũ grata ſint, nec ne, futura. Quod fit inſtrumento peculiari, *Kannus* ipſis dicto, tympanis antiquis haud diſſimili, unde vulgo tympanum Lapponicum vocatur, & à nobis poſtea deſcribetur cum cura. Hoc tympano pulſato, additisque cantionibus, primum id, quod loco victimæ conſtituunt immolare, offerunt Thoroni, qui ſi dato indicio per annulum in tympano monſtraverit, placere ſibi victimam, ſolenni ritu mactatur. Sin vero ipſe eam noluerit, venitur ad Solem, & Stoorjunkare, juſto ordine, donec fuerit inventus, qui placere ſibi victimam indicio certo demonſtraverit. Quemadmodum hæc pluribus eſt executus Anonymus Mſ. cujus verba, quia longiora ſunt, Latinè tantum adferam: *Quum*, inquit, *Lappones ſacrificare conſtituerunt, tum victimas offerunt Stoorjunkare, unusque pulſat tympanum, cæteri, mares juxta feminæque, cantant junctis vocibus hoc modo: Maiide ſiœl kak tunſtourra paſſe ſeide*, h. e., *quid ais, magne ſancteque Deus? accipiſne victimam, quam immolare tibi deſtinavi? dumque ſic cantant, nomen montis addunt, in quo immolare volunt victimam. Quod ſi annuit Stoorjunkare, annulus in tympano ſtat immobilis eo loco, ubi Stoorjunkari picta eſt imago. Si Stoorjunkare non annuit, victimam offerunt Toroni priori modo, & ſic canunt: Maiide Aiikik Ietti, maiide vverro: hoc eſt: Quid vero tu pater Deus (id eſt Thorus) tunc vis meam victimam? quod ſi annulus ſtat in Thoronis imagine, ipſi victima eſt mactanda.* Et ſic res ſeſe habet in cæteris. Addit Samuel Rheen hoc amplius, ſolere pilum è collo victimæ evulſum alligare annulo, quo in tympano utuntur. Verba ejus ita habent, ſicut à me verſa ſunt Latine. *Quando explorare cupiunt, cui victimam offerre debeant, Thoroni nè, an Stoorjunkare, num Soli, faciunt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

id tali modo. Postquam victimam immolandam religarunt post tergum tugurii sui, quo nulli fœminæ fas est venire, pilum evellunt ex inferiori parte colli ejus, quem religant ad annulum unum eorum, quos plures habent colligatos, semperque usurpant in tympano. Tum pulsant tympanum, & fasciculus annulorum movetur circuitque, cumque annulus, ad quem revinctus pilus est victimæ, venit ad imaginem Toronis, Stoorjunkari, Solisve in tympano, stat immobilis fixusque eo loco, indicatque, victimam illam vel huic, vel illi esse gratam, nec recedit ab illa imagine, donec victimæ immolatio fuerit promissa illi Deo. Quod de tympano prædixi, pridem prodidit & Peucerus in de Divinat. p.m. 252. sed rem paulo aliter descripsit, vel quod male ipsi est narrata, ut fit, vel quod male intellexerit. *Tympanum*, inquit, *habent æneum, in quo depicta sunt ea quadrupedum, avium, & piscium genera, quæ ipsis non est difficile consequi. Habent & ranam æneam, ferreæ perticæ annexam, quam in medium tympani ad perpendiculum defigunt. Postea adjurationibus editis pulsant tympanum, ad cujus sonitum desilit rana in depictorum animalium aliquod. Illud animal, cujus effigiem petit rana, mactant diis.* Solent autem sacrificia offerre vulgo ex rangiferis, interdum tamen & ex aliis animalibus, testaturque Spirri Nils, qui & ipse gentis est Lapponicæ, adhiberi aliquando feles etiam, & canes, & agnos, & gallinas. *I Luleao Lappmarck*, inquit, *dyrkas Stoorjunkaren medh aotskyllige offrar, saosom kattor, hundar, lamb, och hoens.* Hoc est: *In Lappmarkia Lulensi Stoorjunkaren victimas offerunt diversas, ut feles, canes, agnos, gallinas.* Neque obstat, quod ex istis animalibus pleraque in Lapponia non alantur, petunt enim ea ex Norvagia, quod prædictus Spirri Nils testatur, quando post superiora de victimis illis: *som the kioepai Norrie*, hoc est, *quas sibi emunt in Norvagia.* Pari modo Samuel Rheen c. 21. *Synnerligen Kiœpa Lapparna de creaturen, som the om hœsten ofra vvillia till sina afgudar.* Hoc est: *Præcipue vero ea sibi emunt animalia Lappones* (in Norvagia videlicet de qua præcessit) *quæ in autumno idolis suis constituerunt sacrificare.* Tertium est, quod sacrificia plerumque diis suis offerant tempore autumnali. Quod præter alia colligo ex allatis proxime verbis, quando ait, emere Lappones sibi animalia varia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

varia, *ſom the om hæſten offra vvilla till ſina afguder.* Hoc eſt, *quæ in autumno conſtituerunt ſacrificare deaſtris ſuis.* In autumno igitur præcipue ſolenniterque ſacrificia faciunt ; credo quod tum hyems ſit vicina , cum nocte diuturna , quo tempore magis neceſſariam putare poſſunt ſibi eſſe opem divinam. Nec fortaſſis alia eſt cauſa, ob quam eo ipſo tempore quotannis renovent imaginem Toronis, ut nunc dicam. Nam poſt iſta, quæ jam memoravi, ſpeciatim hoc obſervant in ſacrificiis, quæ Toroni offerunt, ut quotannis primum ejus novum fabricent ſimulacrum , id quod fit diebus quatuordecim ante feſtum Michaelis. Spirri Nils: *Foirton daghar foer Michaelis mæſſe uthugge the ſigh een ny trægudh.* Hoc eſt: *diebus quatuordecim ante feſtum Michaelis novum ſibi ſculpunt idolum ex ligno.* Deinde , ut id ſimulacrum certo dedicent conſecrentque ritu, mactata nempe victima, cujus cruore idolum, ut & adipe pingunt. Idem: *Bredhe vvydh trægudenſlacht a the reenen, ſedan thaga the alla beenen uthur Reen, och ſmoeria alt æfvver ſin afgud, baode blood och Reenflaolt , den de ſedan tillyka medh beenen i Iorden nedergrafvva.* Hoc eſt: *Prope idolum ligneum mactant rangiferum, è quo exempta omnia legunt oſſa, tum ſanguine adipeque: ſimul ejus, totum inungunt idolum. Poſtremo rangiferum una cum oſſibus defodiunt in terra.* Hæc idoli Thoronis eſt ſolennis dedicatio, quotannis ſolita repeti. Quanquam præter hoc idolum alia plura in honorem ejus erigant, unum nempe, quotiescunque ſacrificant rangiferum. Samuel Rheen. *Sao maonge Reenar Lappen till offer ſlachtar, ſao maonga afgudabæleten ſkall han upſættia Thor till æhra.* Hoc eſt; *Quot numero rangiferos Lappo mactat victimas, tot idolo erigere debet in honorem Thori.* Collocant porro iſta omnia unum juxta alterum in loco poſt tugurium ſacro ſuper tabulatum, de quo dixi ſupra, & tum victimam & ſacrificium ipſi offerunt. Quod faciunt hoc modo, ut commemorat prædictus auctor. Primum victimam, quam placere Thoroni beneficio tympani cognoverunt, religant poſt tugurium ſuum. Solent autem Thoroni rangiferos offerre ſexus fere maſculini. Rangiferum ergo ſic religatum mactant corde ipſius trajecto cultri acutiſſimi mucrone, vel ut ipſe ait: *Reen*

flicka

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſtikathe medh een kniif igenom hiertat ; tum ſanguinem cordi proximum (*blodet, ſom ær nærmaſt hiertcot*) colligunt in vaſe, ut mox eo idolum Thoronis inungant. Poſt ſtatuto idolo (quod ſubinde aliud & aliud faciunt, quoties ſacrificant, ut dixi (ornatoque tabulato, accedunt cum reverentia, & idolum quidem ipſum in capite ac tergo delibutum ſanguine venerantur, in pectore vero ipſius decuſſatim pingunt lineas eodem ſanguine, figura crucium. *Træbelleten ſmæria the medh rehblodh*, inquit Anonymus. Addit Samuel Rheen: *ſampt medh nogro kors pao thes bræſt.* Hoc eſt : *una cum crucibus quibusdam in ipſius pectore.* At ergo Thori collocant rangiferi mactati cornua, item oſſa capitis præcipua, cum pedibus. A fronte vero capſulam ex cortice betulino factam, in qua ponunt carnis fruſtulum ex membris ſingulis rangiferi mactati, (*ett liitet ſtyke kiætt af hvvar ledemoth*) cum infuſo adipe. Anonymus hæc brevius iſtis verbis: *Hornan upſættia thepao Thora lafvvan, ſampt thefærnembſte benen.* Hoc eſt: *cornua collocant in tabulato Thori, cum oſſibus præcipuis.* Carnes cæteras victimæ in uſus ſuos vertunt domeſticos , & hic quidem ritus Lapponum, quo ſacrificant Thoroni. At vero ſi victima offerenda eſt Stoorjunkare, quæ & ipſa fere rangifer maſculini ſexus, tum primum omnium (ut docet Samuel Rheen, quem hic ad verbum pæne reddimus Latine) filum coloris rubri per aurem dextram ejus trajiciunt, deinde religant eum à tergo tugurii, ubi religare victimam Thoronis ſolent, poſt mactant ipſum, ut Thoronis victimam, ſervato pariter ſanguine cordi proximo. Tum capitis, qui facit ſacrificium, cornua victimæ, cum oſſibus capitis collique, item ungulis ac pedibus, omniaque defert ad montem ſacrum Stoorjunkari ejus, cujus in honorem victima eſt mactata. Quo cum ventum eſt, Lappoque jam appropinquavit lapidi ſacro, caput reverenter primum aperit, mox inclinat corpus, flectit genua, cæteraque honoris facit officia , tum lapidem inungit ſanguine allato cum nonnullo adipe ex victima. Poſt tergum idoli collocat cornua. Ita Samuel Rheen, cui ſuperaddit Anonymus, quod in cornu dextro religent penem rangiferi, in ſiniſtro filum rubrum, inductum ſtanno, cum particula argenti. *Hornen*, inquit, *och the foernembſte*

halſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

halſſe och hufvvud benen bæra the till Stoorjunkare, huilka the honom till æhra opſættia. Kring om hægra hornet binde the det ting, der med reen færoekar naturen, och kring om det vvænſtare hornet binda de rætt færgat garn med teen anſpunnit, item itt liitet ſtyke ſælfvver. Hoc eſt: *Cornua & oſſa præcipua capitis collique deferunt ad Stoorjunkare, qui in honorem ejus erigunt. Circa cornu dextrum ligant membrum, quo rangifer auget genus ſuum, circa cornu ſiniſtrum fila coloris rubri ſtanno inducta, cum exigua particula argenti.* Quæ in cultu Storjunkari, ea & in cultu Seitæ obſervata, ut appareat, Tornenſium deaſtrum ſolo nomine è Luhlenſium & Pithenſium differre. Johannes Tornæus: *Apud Seitas Lappones conveniunt certis temporibus, præſertim feſtis diebus, vel cum infortunio quodam aut damno affliguntur. Tum ornant ſeſe veſtimentis optimis, procedunt ad idolum, funduntque preces ſuas, cæteraque cultus devoti faciunt. Afferunt quoque omnis generis victimas, & quod optimum ex rangiferis, ut carnes, adipem, & cætera, item pellem cum cornibus & ungulis. E quibus hodieque cernuntur paſſim cumuli magni, ubi Seitæ honorabantur.* Habes plane cultum eundem Seitarum, quem Storjunkaris exhibuere. Cornua ſic collocata circa lapidea idola iſta interdum reperiuntur magno numero alia ſuper alia, quibus velut ſepimento cincta ſunt, vocantque Lappones id *Tiorfvvigardi*, hoc eſt, aream cornibus ſeptam. Samuel Rheen: *The kalla Tiorfvvigardi, eller horngaord, ty thet ær liika ſom een gaord kring om Stoorjunkaren.* Hoc eſt: *Tiorfvvigardi vel locum cornibus ſeptum appellant, eſt enim inſtar ſepimenti circa Stoorjunkaren.* Numerus ille tantus, ut alicubi millenarium excedat, quod prædictus Rheen teſtatur. Qui ſimul oſtendit, ſolere qui ſic adfert cornua erigitque, ante iſta cornua ſuſpendere quoque circulum ex ramo betulino flexum, cum affixo fruſtulo carnis ex quolibet membro victimæ mactatæ. *Item tagha the ett ſtiicke kioett af hvvar ledamoth af creaturet, ſom offras, och ſættia thet paa een cirkelruundt ovvredin bioerkquiſt, hængiandes den ſedan fram foer hornen.* Hoc eſt: *Capiunt & ex membro quolibet mactati animalis fruſtulum carnis, quod affigunt ad ramum betulinum in orbem circularem flexum, atque in eo ſuſpendunt ante cornua.* Præbuit hæc res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

vel præcipue, ut arbittor, errorem, ut traderentur Lappones pro diis colere & cornua rangiferorum. Qua de re & Johannes Tornæus, ſicut Latine ſeſe habent verba ipſius: *Nonnulli qui rem aliter ſe habere neſciunt, vel non intelligunt, memorant in Lapponia coli & cornua rangiferina. In quem errorem, ut ego quidem ſuſpicor, inducti ſunt, quia hodieque hic & illic cumuli reperiuntur magni ex cornibus rangiferorum. Qua vero id tradant ratione, id eis relinquo judicandum, qui meminiſſe volent eos cumulos eſſe ex victimis hic illicve Seitis oblatis. Fuit enim ea conſuetudo Lapponum, ut offerrent victimam rangiferum una cum ſuis cornibus & ungulis.* Quicquid vero ſupereſt carnium ex victima, id ipſi ſuos in uſus Lappones deinde abſumunt, vel ut ipſe ait, *Kiættet foertæra Lapperne ſielfue.* Atque hic communis quidem ſacrificiorum modus, quibus colunt Stoorjunkare ſuum. Alii ſunt duo minus frequentes, unus cum victimam vivam deducunt ad montem ipſum, in quo ſignum ſacrum collocatum eſt; alter, cum eo loco ſacrificare volunt, ad quem ob altitudinem & difficultatem viarum non poſſunt pervenire. Priori modo mactant victimam juxta ipſum idolum, deinde confectis cæteris, de quibus ante diſſeruimus, carnes victimæ ibi ſtatim coquunt, invitatisq; amicis abſumunt in convivio, quod *convivium Stoorjunkari* nominant, præſertim quæ in capite colloque ſunt; pellem vero ibi relinquunt jacentem. Fit hoc autem non in cunctis Stoorjunkari montibus, ſed peculiaribus ſolummodo certisque, ubi nempe ita ſeſe coli atque honorari deſiderat. Samuel Rheen, *Wiid naogra offerberg offra the leſvvandes reenar, huilka the ſlachta vviid offerbergen, och bruda ſina vvænner till offer, ther kooka och foertæra the kioettet, huilka the kalla Stoorjunkares giæſtebod, och ſinnerligen det kioettet ſom ær vvid hufvvudet och kring om halſen. Skinnet laota the liggia qvvar vvid bemelte offerberg i naogra aohr.* Hoc eſt: *Ad nonnullos montes ſacros, vivos rangiferos mactant apud eos ipſos montes, invitatisque amicis carnes ibi victimarum coctas comedunt, idque vocant convivium Stoorjunkari, præcipue vero carnes capitis & colli. Pellem vero relinquunt jacentem apud eos montes per nonnullos annos.* Sequitur alter mo-

modus, cum ob montis ſacri altitudinem ad locum debitum cum victima nequeunt aſcendere. Tum enim lapidem, ſanguine victimæ inunctum, ad ſuperiora conjiciunt, ſicque pietate ſua defunguntur. Idem: *The ſmœria een ſteen medh dens reens blod, ſom Stoorjunkaren till æhra ſlachtat vvarder, och kaſta ſamma ſteen upp in emoth thett fiall, ther the mena honom boo.* Hoc eſt: *Lapidemquendam inungunt ſanguine rangiferi mactati, mactati in honorem Stoorjunkarens, eumque emittunt verſus ſuperiora jugi montis ve, in quo credunt ipſum habitare.* Sicut autem præter victimas, honorare Toronem novis ſubinde, ac præſertim anno quolibet conſueverunt ſignis ac idolis, ita Stoorjunkerum novis ramis ex betula vel pinu, quos ſubſternunt ſacro ejus lapidi. Fitque illud bis in anno, ſemel tempore æſtatis per ramos betulinos, iterum tempore hyemis, per ramos è pinu. Idem ſcriptor: *Siina Stoorjunkare moſta Lapparna aohrligen bevviiſa den viirdnet, att the om vvinteren ſkola breda under them niitt graanriis, och om ſommaren leggia under dem læf och graes.* Hoc eſt: *Lappones oportet hiſce Stoorjunkeris ſuis eum exhibere honorem quot annis, ut hyberno tempore ſubſternant eis ramos è pinu, æſtivo vero è betula cum gramine.* Conveniunt cum his, quæ de Scitis ex Tornæo ſupra nobis ſunt commemorata. Atque cum hoc faciunt, ſimul explorant Dei ejus erga ſeſe voluntatem, utrum amica ſit ac benigna, num adverſa & inimica. Nam cum lapidem, quando gramen & id genus ſubſternendum, ſentiunt inter attollendum levem, deum ſperant propitium, cum verum gravem ſolitoque ponderoſiorem, metuunt iratum ac infenſum ſibi, quem proinde ut ſibi reconcilient, victimas aliquas ſe vovent ei mactaturos. Idem. *Nær the fœrnimma, ſtenarna vvara tunga emot naturen, ær ett tecken, att Stoorjunkaren ær obliid och miſsgunſtig. Aere ſtenarna emoot fœrrige vvanen lætta, ær et tekn, att Stoorjunkaren ær them bliid och gunſtig, och att fœrrebyggia Stoorjunkarens ogunſt, maoſte the honom lofvva & ſerdeles offer.* Hoc eſt: *Cum lapides præter naturam eſſe ponderoſos ſentiunt, hoc ſignum reputant irati & infenſi Stoorjunkari;*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

cum vero leves, ſignum benefici & propitii Stoorjunkari, cujus ut præveniant inimicitias, peculiare ipſi vovere ſacrificium coguntur. Et de hoc accipiendum, quod legitur apud Peucerum in de divinat. p.m.282. *Ituri venatum, aut piſcatum, aut aliud aliquod incepturi, præmiſſis quibusdam adjurationibus, ſuos deos, quos conſulunt, tentant loco movere. Hi ſi facile ſequantur, annuunt inſtituto, & ſucceſſum promittunt, ſi renitantur, ſucceſſus negant; ſi omnino ſe loco moveri non patiuntur, offenſos ſeſe oſtendunt.* Non fit hoc omnibus in negotiis, nec omni tempore, ſed cum ſubſternendum gramen, uti dixi. Alias Deorum voluntatem tympano explorant, de quo alibi eſt actum. Supereſt nunc tertium, quando ſacrificium faciendum Soli. Fit hoc non ex maſculino ſexu verum fœminino, nec rangiferis adultis, verum junioribus. Quod teſtatur idem, quem in hiſce unicum habemus auctorem, Samuel Rheen, his verbis: *The offra henne unga reenar, och ſerdeles the, ſom æro af vvaiio koenat.* Hoc eſt: *Victimas ei (Soli) mactant rangiferos juniores, & præſertim ſexus fœminini.* Ritus pæne idem, qui expoſitus eſt in ſuperioribus, niſi quod per aurem dextram rangiferi trajiciant filum album, in ſignum victimæ Soli deſtinatæ, cum in victima Stoorjunkari trajiciant rubrum. Idem: *The ſiiy een huit traod igenom rheens hægra æra, till en beteknelſe, at offret ſkall Sohlen tillhoera.* Hoc eſt: *Filum album trajiciunt per aurem dextram rhangiferi, in ſignum victimæ ſpectantis ad Solem.* Deinde circulum faciunt ex ramo non betulino, verum ſaligno, in quo carnium fruſta ſuſpendunt, eum collocant in tabulato ſimili Thoronis, poſt tugurium ſuum: *Nær rheenen ær ſlachtat,* inquit, *taga the ett liitet ſtiike kioett af alla des ledamœtar, thet the ſættia pao een ovvredin vviidia ſom ær ſo vviid, ſom ett half tunna band, huilket the uphængia pao een hoeg laſvva baak om kotten, ther the och offra Thoren.* Hoc eſt: *Poſtquam mactarunt rangiferum, particulam capiunt minutam carnis de quolibet membro, eamque ſuffixam in circulo ſaligno tantæ magnitudinis, ut æquet circulum, quo vaſa cereviſiaria, tonnæ dimidiæ vocata, ſolent vinciri, ſuſpendunt in tabulato alto poſt tugurium eo loco, ubi ſacrificia etiam Thoroni faciunt.* Non plane idem hoc eſt tabulatum ſed ſimile, cum tabulato Thoronis, ut

jam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

jam ſupra dixi. In eo differt, quod hic ſimulacrum nullum, ac ne cornua quidem eriguntur. Nempe victimæ quia ætate juniores, ideo cornibus ſunt deſtitutæ. Ne tamen plane nihil ſit, quod Solis referat ſpeciem, ideo præcipua ex oſſibus victimæ reponunt in dicto tabulato in orbem collocata ſive circulum. *Alle the fœrnembſte been læggia the i circkelvviis pao lafvvan.* Hoc eſt: *Cuncta oſſa, quæ præcipua ſunt, in circulum collocata ponunt in tabulato.* Atque hic eſt ritus, quo ſacrificia & Soli faciunt. Cæterum præter deos hoſce tres majores, habent quoque alios minutos, ac veluti minorum gentium, ut oſtendi jam in præcedentibus, præſertim manes defunctorum, & catervam ſive cœtum Juhliorum. Manibus nulla certa dans vocabula, ſed generatim mortuos ſeu defunctos, lingua ſua *Sitte* nuncupant. Sed nec figuris eos colunt ſingularibus erectisque, ut Thoronem vel Stoorjunkare. Tantum certa eis quædam offerunt ſacrificia. In quibus primum dant operam, ut voluntatem defuncti explorent per tympanum ſuum, an nimirum cupiat ſe iſta victima coli. Quod fit pulſato ritu ſuo tympano, adjectaque cantilena iſtiusmodi: *Maiite vverro jabmike ſite*, hoc eſt, *quodnam ſacrificium poſcitis manes?* Sic annulo indicante victimam, quæ ipſis placeat, deinde per aurem dextram animalis immolandi trajiciunt filum coloris nigri. Dictus ſæpe auctor: *Igienom reeneus hoegra æra, ſom ſaoledes offras ſkall till doeden, vvarder ſiidd cen ſvvart traod.* Hoc eſt: *Per aurem dextram rangiferi defunctis offerendi, filum trajicitur coloris nigri.* Anonymus, qui docet & de cantilena ſuperius allata, religari ſcribit filum illud circa cornua, idque eſſe è lana. *The reenar och creatur ſom offras doeden, om theras horn maoſte bindas een ſvvart ulle traod.* Hoc eſt: *Rangiferi vel animalia, quæ mactantur defunctis, habere debent filum laneum coloris nigri ligatum circa cornua.* Hoc modo ſignata dedicata victima veniunt ad mactationem ipſam. Carnes victimæ abſumunt ſuos in uſus, exceptis patticulis una cordis, altera pulmonum, quas ſingulas dividunt in partes tres, & ſuffigunt in bacillis tribus, poſt ſanguine victimæ delibutos defodiunt in terra. Memoratus Anonymus: *The taga ett ſtyke af hiertat och lunga, tet de ſoen-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

der ſkæra i tree dehlar, och ſættia them pao trenne ſpæd, them the medh blood beſtryka, och ſammaledes i jorden, alt i een kyſta, giort ſom een ackia, nedergræfvva .h.e. *partem cordis & pulmonum capiunt, eamque diſcindunt in partes tres, quas figunt in bacillis tribus, ſanguine delibutis, & tum eodem modo defodiunt in terra, juncta in ciſta quadam, ſpecie trahæ Lapponicæ formata.* Quando ait, *eodem modo, reſpicit nonnulla, quæ præcedunt de oſſibus victimæ.* Solent enim oſſa omnia ex animali mactato eximere, eaque defodere in terra. *Alla beenen nedergræfvva the i jorden*, inquit, hoc eſt, *oſſa omnia defodiunt in terra.* Samuel Rheen. *Teſanka alla beenen tillhopa, och gioera en kiſta, ther uti the leggia them och nedergræfvva.* Hoc eſt, *Omnia deinde colligunt oſſa, ea componunt in ciſta quadam ad id facta, & defodiunt.* Sed de hac re amplius, cum ad ritus funebres Lapponum erit ventum, fieri namque iſta fere ſolent in funeribus. Nunc in genere notamus, eſſe iſtum ritum placandarum Manium apud Lappones, quotquot hodieque dediti ſunt ſuperſtitionibus ſuorum majorum. Venio ad cœtum Juhliorum, quem appellant *Iuhlafolket*, quod jam alibi oſtendi. Ei quoque nullas habent poſitas imagines aut ſtatuas, ſicut Manibus. Locum ubi colunt, eſt poſt tugurium in arbore aliqua, inde ad unius teli jactum diſtante. Cultus fit per ſacrificium, quod hoc modo deſcribit Samuel Rheen, cujus verba, quia nimis longa ſunt, Latine tantum proferemus. *Pridie feſtum Iuliorum, quod Nativitas Chriſti alias vocatur, ipſoque feſto die ſuperſtitioſum faciunt ſacrificium, in honorem uſumve circumerrantis turbæ Iuliæ, quam vagari tum exiſtimant per ſylvas & montes, ipſis vicinas, iſto modo. Pridie feſtum natalitiorum jejunare fere ſolent, vel potius abſtinere ab omni eſu carnium, de cæteris vero cibis, quos eduntſumere particulam & diligenter ſervare. Idem faciunt iſto feſto die, quo dant operam, ut lautiſſime vivant. Particulas ita per biduum ſervatas conjiciunt in arculam ex cortice betulino factam ſpecie navigii, cum velis remiſque, infundunt que aliquid adipis ex jure. Id deinde navigium plenum iſtis fruſtulis ſuſpendunt in arbore poſt tugurium ſuum, unius teli jactus ſpacio diſtante, pro circumerrante tum in aere, per ſylvas, montesque turba ſive multitudine Iuliorum.* Habes & hoc genus cultus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tus ſacrificiorumq; , quæ ſunt quædam velut libamina geniis oblata à veteribus. Quare vero iſtæc offerant in navigiolo , ne ipſi quidem ſciunt , aut afferre rationem poſſunt. Nobis oſtendere videtur religionem peregre adductam, forte, quia primum coluerunt ita cœtum angelorum , Chriſti nativitatem denunciantium , ut dixi in ſuperioribus. Id enim non potuerunt ſcire, niſi per Chriſtianos, quos ad eos navigiis perveniſſe aliquos priſcis temporibus , non fortaſſis absque ratione omni hinc colligimus. Et hæc quidem de idololatria , cultuque ſuperſtitioſo Deorum apud Lappones , qui hodieq; durat inter ipſos , non quidem omnes , nec tamen paucos , quod abunde quotidiana experientia cognoſcitur.

CAP. XI.

De ſacris magicis & magia Lapponum.

Vetus eſt per orbem , ubicunque nomen Lapponum innotuit , ſententia , eſſe gentem admodum addictam ſuperſtitioni magicæ. Itaque non ſine cauſa hic de rebus magicis eorum agere conſtitui , tanquam altero præcipuoque capite impietatis, quæ ceſſare nondum prorſus apud ipſos deſiit. Ut autem à vetuſtioribus incipiamus, teſtis hac de re jam ſuo tempore Jacobus Zieglerus , quando ſic de ipſis : *Incantatores ſunt perefficaces.* Idem facit Damianus à Goës in ſua ipſorum deſcriptione. *Incantamentis* , ait , *ſic pollent, ut inter multa dictu mira, quæ prætermitto, naves, in medio curſu retineant.* Neq; negant ſcriptores Domeſtici. Olaus Magnus lib. III. c. 16. *Hæc extremi Aquilonis regio Finlandia ac Lapponia ſic erat docta maleficiis olim in paganiſmo, ac ſi Zoroaſten Perſam in hac damnata diſciplina præceptorem habuiſſent.* Petr. Claudi pariter de Lapponibus Norvagiæ : *De æræ alleſammen grumme trollfolk , huis lige jeg ike troor at hafua nogenſtedis verit , eller endnu findis iverden , och Lappefinner*

ere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ere een part ærgere der med, end ſiæſinner, Hoc eſt: *Omnes magi ſunt truculenti, ut eis ſimiles antehac fuiſſe, vel nunc eſſe in terris haud crediderim. Et pejores aliqui ex Lappofinnis, quam Finnis maritimis.* Sic de Lappis proximiorum temporum ſcriptores; neque aliter de Biaronis, Lapponum anteceſſoribus, ut non ſit dubium, ejusdem omnes eſſe generis. Olaus Magnus, Lib. I. cap. 1. *Sunt Biarmenſes in faſcinandis hominibus inſtructiſſimi. Quippe aut oculorum, aut verborum, aut alterius alicujus rei maleficio homines ita ligant, ut liberi non ſint, nec mentis compotes, ſæpeque ad extremam manum deveniant.* Saxo habet ejus rei exemplum lib. 1. ubi poſt alia de ipſis: *Tunc Biarmenſes arma artibus permutantes, carminibus in nimbos ſolvere cælum, lætamque aeris faciem triſti imbrium aſpergine confuderunt.* Paria leguntur apud Sturleſonium, & Auctorem veterem Hiſtoriæ Heraudi, ut vix dubium eſſe queat. Licet autem his temporibus nec adeo frequenter Lappones, nec adeò aperte artes has exerceant (unde Andreas Buræus de ipſis: *Lappones olim, quam nunc magicis ſuperſtitionibus magis dediti erant*: Item paucis interjectis: *maxima pars Lapponum magicis ſuperſtitionibus caret.* Et jam diu ante Peucerus: *Hoc tempore minus eſt ibi incantationum, quam fuit antea, quod Sueciæ Rex ne iis amplius utantur, ſeveriſſime prohibuit*) nihilominus in non paucis durat hodieque ſtudium earum. Quod ſi quis requirat cauſas, præter eas generales, quas attulimus ſuperius de gentis hujus ſuperſtitione, non eſt alia potior, quam quod unus ſibi putet neceſſarium ex ea munimentum adverſus inſidias alterius. Fatentur ita vulgo, & jam pridem teſtatus eſt Petrus Claudi ſæpe nominato loco. *Det ær dem fornoeden*, ait, *att de alle och huer ſkulle kunde den konſt, eller blifvve de fortryllat oc forgiordt aff de andre.* Hoc eſt: *Scientia hujus artis prorſus ipſis neceſſaria, cum alias per eam in cæteris damnum & exitium ipſis afferatur.* Ex hac cauſa magiſtros atque præceptores habent ſuos, & parentes ad liberos per hæreditatem ſuis obnoxios miniſteriis ſpiritus malignos dæmonasque transmittunt. De priore teſtis eſt Tornæus. *Somblige*, ait *hlifvva hærutinnan undervviiſte, och af æfningen færdige girode.* Hoc eſt: *Quidam in hac arte eruditiuntur, uſuque fiunt docti.*

Petrus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Petrus Claudi: *De ſatte deris boern till lære hoos Lapparne.* Hoc eſt: *Liberos ſuos dant in diſciplinam Lapponibus*, ut nimirum eos in hac arte erudiant. Ita Sturleſonius memorat Gunildam quandam virginem, à parente ſuo Odzor Huide, qui habitabat in Halogaland, in diſciplinam miſſam ad Finmarkiæ, id eſt Finlapponiæ Norvegicæ regem Motle, *ut Læra Finneckonſt*, hoc eſt, *ad diſcendas artes Finnonicas.* Item Finnones duos alios, quorum artes ibi prolixè commemorat. Non raro hi magiſtri ſunt parentes ipſi, qui filios ſuos in his artibus erudiunt. Tornæus. *Dheſom igenom underviisning Komma till trullkonſten, blifvva antingen affin fader, eller naogon annan altiid ſtyckevviis lærde, oefvvade, och med hafde, nær ſaodan æfningh foerehafvves.* Hoc eſt: *Qui per informationem ſibi acquirunt artem magicam, vel à patre ſuo, vel ab alio eruduntur per partes, exercentur, & adſciſcuntur, quotiens negotium ejusmodi conficitur.* Ita fiunt eruditi hujus artis, maxime ſi indoles ingeniumque aptum fuerit diſcipulis. Nec enim perinde omnes cenſent æqualiter idoneos, quosdam quoque prorſus incapaces, licet maxime erudiantur, quod à fide dignis mihi confirmatum eſt. Teſtaturque Johann. Tornæus iſtis verbis: *Saoſom Lapparna ike alla Kunne vvara af eüka natur, ſao ære dheike Iuller liika mæchtige i denna Konſten.* Hoc eſt; *Sicut Lappones non poſſunt ejusdem omnes eſſe naturæ, ita nec æqualiter potentes omnes in hac arte.* De poſteriori docet idem ſcriptor. *Dæris gan guar i arg, ſaa at en leeſt er rammare oc ſtarkare i deris trolldoms konſt, end en anden.* Hoc eſt: *Dæmones apud ipſos partem hæreditatis conſtituunt, ita fit, ut familia una prævaleat alteram hac arte magica.* Conſtat autem ſimul ex hoc loco, habere integras familias ſuos dæmonas certosque, diſtinctos à dæmonibus familiarium aliarum, eisque adverſos ſæpe ac oppoſitos. Non vero familiæ tantum, ſed & ſinguli in eis aliquando habent addictos ſibi, modo unum, modo plures, alios, à quibus defendantur contra Dæmonum aliorum machinationes, alios, quibus ipſi aliis noceant. Quod teſtatur Olaus Petri Niurenius his verbis: *Certo Spirituum numero ſtipantur, tribus alii, alii duobus, minimum uno. Hic duntaxat ſibi eſt defendendo: ille quævis mala potis eſt intentare:*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ipsi autem nemo potest resistere. Ex his aliqui accipiunt per laborem & solicitationes, aliqui ultro, & à prima ætate. Qua de re prorsus memoratu dignum quod refert Dn. Joh. Tornæus. Verba quia longa, Latine solum proferam: *Sunt nonnulli, qui artem magicam ab ipsa quasi habeant natura, id quod est horrendum. Quandoquidem, quos diabolus idoneos sibi futuros intellexit ministros, eos in ipsa infantia corripit morbo, quo simul eis multas repræsentat imagines & visiones, è quibus pro ratione annorum ætatis q; discunt, quod ad artem illam pertinet. Quod qui secunda vice corripiantur morbo, longe adhuc plures eis offeruntur visiones, è quibus quoque capiunt plus artis, quam prima vice. Sin vero corripiantur vice tertia, quod fit difficultate tanta, ut in periculum simul incidant ommittendæ vitæ, tum eis manifestantur visiones atque apparitiones diabolicæ omnes, è quibus capiunt, quantum pertinet ad perfectionem artis magicæ. Suntque hi tam eruditi, ut & sine tympano possint prospicere res longe dissitas, sicque occupati à Diabolo, ut cernant eas, sive velint, sive nolint. Sic ante tempus aliquod Lappo quidam, qui adhuc superstes est, tympanum mihi offerebat suum, de quo sæpe ante fueram conquestus, fatebaturque mœstus, licet id à se submoveat, nec sibi fabricet aliud, nihilominus se visurum dissita omnia deinceps, sicut ante viderit; Dabatque me ipsum exemplum, memorabatq; verissime specialissimeq;, quicquid acciderat mihi in itinere in Lapponiam. Querebatur quoque simul, nescire se quid facere cum oculis suis debeat, quia ista hæc sibi omnia invitissimo offerantur.* Cæterum ut ad artes ipsas veniam, videntur eæ posse dividi pro diversitate instrumentorum, quæ ad exercendas ipsas adhibent, in classes duas, sic, ut una eas complectatur, ad quas tympanum requiritur, altera eas, ad quas nodi, tela, imprecationes, & id genus alia. De Tympano, quia est peculiare Lapponibus, initio dicemus. Lappones id vocant *Kannus*, ut nos docet Reverendus vir Dominus M. Joh. Tornæus, Pastor & Præpositus Tornensis in libello de Lapponibus. Verba ejus. *Sacra superstitiosa expedivere instrumento quodam materiali (ipsis Kannus) ad figuram tympani fabricato.* Idem *Quobdas.* Item in Descriptione Suetica: *Af Lapparna sielfvva kalles*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

les det Quobdas och kannus men af os Lapptromma eller rættare, treolltruma. Hoc est : *A Lapponibus vocatur Quobdas, item Kannus, à nobis vero tympanum Lapponicum, seu potius tympanum magicum.* Tympanum hoc fabricant ex ligno. Olaus Petri: *Tympanum usurpant ex excavato intus arboris magno trunco.* Lignum illud esse debet pineæ, abietis, aut betulæ certo loco natæ, vertentisque se ad cursum Solis. Ita docet res ipsa, & Samuel Rheen his verbis: *Lappärnes trumbor äre giorde antingen af graan, tall, eller bioerk, doch maoste det træ, af huilken trumben skall gioeras, vvara vvæxter pao & serdeels rum, saasom och effter solennes gaong rætt omkring, och icke emoot des gaong.* Hoc est: *Tympana Lapponica fiunt vel ex pinu, vel ex abiete aut betula, sed oportet arborem è cujus lignis fabricari debet, certo & peculiari natam esse loco vertere q; se se recte ad ambitum solis, non contra eum.* Peucerus itaq; errat, quando facit ex ære. *Tympanum habent æneum* inquit in de Divin. pag. m. 297. Dicitur autem arbor sese vertere ad Solis ambitum, quando truncus ita flexas habet ligni fibras, ut flexuræ illæ ab imo percurrentes ad summum à dextra sese vertant in sinistram, unde forsan colligunt, arborem eam Soli esse gratam & amicam, quem in Torone secretiori religionis lege adorant atque venerantur. Porro lignum illud unicum est, ex caudicis per medium fissi una parte excavata, sic ut planum ejus præbeat summitatem, super quam intenditur pellis, id vero quod convexum, partem imam, & manubrium, quo tenetur. Solent enim partem hanc sculptis oblongis duobus foraminibus ita fabricare, ut inter duo ista foramina relictum lignum ansæ loco esse possit. Reliqua pars, quæ est à latere, pellemque intensam sustinet, est instar circuli, non rotundi, sed oblongi, figura pœne ovali, cujus diameter vix dimidium excedit ulnæ, sæpe minor est. Pellem seu membranam habet intensam non nisi unicam. Olaus Petri: *Hujus* (tympani) *alteram saltem partem superiorem membrana obducunt*; unde tympanis equestribus assimilat J. Tornæus; vocat enim *instrumentum ad figuram tympani, vel nostrorum Bukor* (sic appellant Sueci tympana equestria) *nisi quod oblongius aliquantum sit fabricatũ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Quanquam alio loco recte dicat ab his differre in eo, quod nec sit rotundum, nec tam profunde cavum, sed paulo planius, nec denique pellem seu membranam habeat affixam cochleis ferreis, sed claviculis ligneis. Licet nos viderimus & sine claviculis adfirmatam sutura per fila ex nervis rangiferinis. Olaus Magnus haud ita commode *incudem* dixit lib. III. cap. 27. nec enim aliud, quam tympanum intelligendum illis verbis: *ranam æneam, aut serpentem malleo super incudem præscriptis ictibus concutit*: ut liquebit amplius ex sequentibus. Quod pictor non intelligens in præmissa illi capiti pictura nescio quem incudem fabrorum, cum superposita serpente, assultanteque rana & malleo fabrili adjecto delineavit, contra omnem negotii illius naturam atque rationem. Non utuntur Lappones incude fabrili, verum tympano, quod quia malleo pulsatur, ut mox dicam, ideo incudem Olaus nominavit. Porro pellem eam seu membranam tympano intensam pingunt varii sfiguris, colore rubro, quem faciunt ex contuso & decocto alni cortice. Joh. Tornæus: *Skinnet ær alt oefvver med skapnader af alla handa ting oefvvær maolat, vvarandes fargen, som der till brukat ær, roedlicht, och af ahlebark tagen.* Hoc est: *Membrana picta est per universum imaginibus variarum rerum, colore ad id adhibito rubescente, facto ex cortice alni.* Samuel Rheen: *trumban oefuer drage the med skin, hvvaruppao the maohla med ahlbark, aothskillige figurer*; hoc est, *Tympano superinducunt pellem, in qua pingunt colore ex alni cortice figuras varias.* Quales illæ sint figuræ, idem explicat prolixe, cujus proinde verba Latine tantum proferam. *In medio fere tympani*, ait, *lineam ducunt transversam unam & alteram, in ea formant Deos suos quos præ cæteris religiose colunt, ut Thoronem cæterorum principem cum famulis suis, item Stoorjunkarum, cum suis. Atque hi in suprema quidem linea collocantur. Post ducetur inferior alia, superiori parallela, sed tantum ad tympani dimidium. In ea Christi est imago, cum quibusdam ejus Apostolis. Quicquid supra hasce lineas depingitur, aves significare debet, item stellas, atque lunam. Infra eas in ipso medio tympani formatur Sol, ut planetarum medius, cui imponunt fasciculum annulorum æreorum, quotiens pulsare tympanum debent. Infra Solem*

pingunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

pingunt res terrenas, & animantia varia, ut urſos, lupos, rangiferos, lutras, vulpes, ſerpentes, tum paludes, lacus, fluvios & id genus. Et hoc quidem tympanum, quemadmodum deſcribit Samuel Rheen, cujus quoque iſtam dedit picturam.



Notarum Explicatio.

In Tympano A. *a.* Thor. *b.* famulus ejus. *c.* Stoorjunkare. *d.* famulus ejus. *e.* aves. *f.* ſtellæ. *g.* Chriſtus. *h.* Apoſtoli ejus. *i.* urſus. *k.* Lupus. *l.* rangifer. *m.* bos. *n.* ſol. *o.* lacus. *p.* vulpes. *q.* ſciurus. *r.* ſerpens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

In tympano *B*. *a*. Deus Pater. *b*. Jeſus. *c*. Spiritus S. *d*. S. Johannes. *e*. mors difficilis. *f*. capra. *g*. ſciurus. *h*. cœlum. *i*. Sol. *l*. lupus. *m*. piſcis ſiik. *n*. urogallus. *o*. amicitia cum rangiferis ſylveſtribus. *p*. Anundus Eerici (cujus fuit hoc tympanum) occidit lupum. *q*. dona. *r*. lutra. *s*. Lapponum aliorum amicitia. *t*. cygnus. *v*. ſignum ad explorandum ſtatum aliorum,& num morbus ſit curabilis. *x*. urſus. *y*. porcus. *ß*. piſcis *γ*. hic animam defert ad infernum.

A Cæterum obſervo non eſſe tympana omnia iisdem picta imaginibus,ipſe namque tria habeo, ſervoque in Muſæo meo aliter formata. Quorum unum additum priori, littera *B* ſignatum vides. Sed paulo aliter deſcribit Dn. Joh. Tornæus, cujus ideo verba,ut Latine ſeſe habent, nefas fuit omittere. *Omnes figuræ ſunt diviſæ in certas regiones,quales præcipue ſunt tres. Prima ſignificat Norlandiam pluresque regiones Sueciæ, atque locatur à parte meridionali tympani,diſtincta à cæteris linea quadam,continetque potiſſimum urbem maxime vicinam,ubi commercia exercere ſua quotannis ſolent. Vt exempli gratia in tympanis Tornæ aut Kiemi fabrefactis depicta eſt urbs Tornæ,cum templo,ſacerdote,præfecto Lapponum, aliisque quibuscum eis eſt negocium. Item via, quæ à Tornæ tendit ad ipſos, in qua cernunt, quando ad ipſos ſit venturus ſacerdos,præfectus, vel quis alius,cum rebus cæteris, quæ ibi geruntur. A parte ſeptentrionali picta eſt Norvagia, cum iis, quæ in ipſa continentur. In medio vero harum partium duarum ipſa eſt Lapponia,quæ partem maximam tympani complectitur. In ea variæ ſunt beſtiæ, quæ apud ipſos reperiuntur. Stant ibi picta agmina rangiferorum ſylveſtrium,urſi,vulpes,lupi,feræque omnis generis, ad ſignificandum, an, & ubi poſſint inveniri. Si rangifer domeſticus amiſſus fuerit, ubi ſit requirendus. Rangiferorum vituli num ſint habituri vitam. Piſcatura cum reti num futura ſit proſpera. Ægrotus num ſit recepturus valetudinem nec ne. Gravida num facile ſit habitura puerperium. Vtrum mors hunc illumque nec ne,tali, aliove modo ſit oblatura,aliaque omnia,de quibus ſunt ſolliciti.* Quæ diverſitatis hujus cauſa ſit, non ſatis ſcio, niſi quod acceperim nocentiora quædam, magiſque ſervientia magicis negotiis tympana alia eſſe aliis. Unde ſuſpicor,pro diverſitate operum addi picturis illos aliquas vel demi, quas-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quasdam forte prorsus immutari. Quod ut rectius intelligatur, ecce tibi duo alia delineata, quorum utrumque accepi ex Musæo Illustrissimi Regni Cancellarii.

a. notat aves. *b.* vulpes nigras. *c.* Tiuur, deum. *d.* Thoor, deum. *e.* malleum Thoronis. *f.* Stoorjunkare. *g.* idolum ligneum. *h.* famulum. *i.* stellam. *k.* bovem. *l.* hircum. *m.* stellam. *n.* lunam. *o.* Solam, *p.* stellam. *q.* itidem. *r.* lupum. s. Norias fiord. i. e.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Utrum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Utrumque exhibet adverſam faciem non magis, quam averſam. Utrumque præfert non ſigna magis, quam eorum explicationem, ſicut quidem eſt ad me perlata. Qualis & in tympano *B* eſt adjecta.

Facies adverſa tympani

Pes Romanus Lucæ Peti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Nec hæc tantum mihi præbuit Comitis Illuſtriſſimi humanitas, ſed & tertium littera *E* ſignatum, magnitudinis tantæ, quanta credo nusquam alibi reperiri; cui adjicio & quartum, Perilluſtris Domini Baronis. Dn. Henrici Flemming, Chiliarchæ dono a d me perlatum, littera notatum *F*.

Jam ut tympana hæc ſuos uſus habeant, duo poſtulantur, index, & malleus; ille, ut indicet rem deſideratam, in picturis iſtis tympani, hic ut eo tympanum pulſetur. Indicem appello, quod Samueli Rheen in verbis antea allatis *faſciculus eſt annulorum æreorum*. Solent nempe hos in uſus annulum unum majorem adhibere ex ære, illique addere alios minores, qui ab eo ſuſpenſi velut faſciculum efficiunt. Quanquam ne hujus quidem rei eadem ſit ſemper ſpecies. Mearum enim una eſt ex craſſo formata cupro thaleri imperialis magnitudine, cum foramine quadrato in medio, & loco annulorum adpendentibus catenulis æreis in orbem coeuntibus. Altera eſt ex annulo orichalceo, à quo in catenulis ſuſpenſa eſt lamella cuprea rotunda. Vidi & ex oſſe formatam figura Græcæ litteræ Δ, cum appenſis annulis, item aliis modis. Meorum ſpeciem tympanis *A* & *B* ſubjeci, notavique lit. *G*. Quia tamen annulorum uſus etiam ſimplicium frequentiſſimus ad hoc negotium (neque habent indices alios tympana Illuſtriſſimi Cancellarii hujus Regni) idcirco annulos ſimpliciter, vocavit ſcriptor Anonymus, ſæpe jam à me laudatus. *Ringen, ſom ligger pao Spaotrumban ſtadnar ike*, ait, hoc eſt, *annulus tympano incumbens non ſtat fixus*. Olao Magno *Serpentes* ſunt vel *bufones ænei*. Nempe quia ſic appellant iſtos annulos, non quod ſint revera bufones vel ſerpentes, aut ſpeciem earum veram referant, ſed quod annulis iſtis bufones, ſeu ſerpentes, beſtias diabolo amicas, & quarum imaginibus ſæpe uti ſolet ad negocia expedienda ſibi propoſita, repræſentent. *Ranas* appellavit Peucerus in de Divin. p. m. 282. *Habent & ranam æneam ferreæ porticæ annexam*. Nempe rana & bufo parum differunt inter ſeſe. Sic Olaus Petri: *In centro autem Deum ſuum pingunt, quo ranam, vel aliud fruſtum ex orichalco formatum imponunt*. Ipſi Lappones appellant *Arpa*, ut nos docet Dn. Tornæus: Index, *den dhe Arpa kalla*,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

kalla, ær af allahanda. Koppar, Iærn, mæſſing oc, ſillfvver lænkior ſammanfattat. Hoc eſt: *Index, quem appellant Arpa, ex variis catenarum annulis, cupreis, ferreis, orichalceis argenteis eſt conſtructus.* Quibus verbis diſcimus, non æs ſolum, ſed & alia metalla eo fine uſurpari. Malleus vocatur inſtrumentum, quo pulſare ſolent tympanum, quod apparet ex allatis exemplis Olai Magni, & Johannis Tornæi, quando ait, *genios familiares ſollicitant, malleolo membrana pulſantes.* Eſt autem non fabrorum quidam malleus, quod exiſtimaſſe pictor imaginum apud Olaum Magnum videtur, ſed peculiare inſtrumentum ita dictum à Lapponibus, factum è cornu rangiferi, ſic ut rami duo extremi deſinentes in furculam præbeant ſpeciem ferri, truncus reliquus aptetur in manubrium. Inſtrumenti totius ea eſt ſpecies, quam ſubjeci tympanis *A* & *B* litteraque *H* ſignavi. Hoc malleolo pulſant tympanum non tam ut notabilem quendam edant ſonum, quam ut pulſatione iſta moveant annulum pelli ſeu membranæ impoſitum, quo tandem poſſit, circumeundo figuras in tympano pictas, monſtrare, quod eſt ſcitu neceſſarium. Atq; ad hunc modum ſeſe habet tympanum Lapponicum cum omni ſua ſupellectile, indiceinquam, & malleolo apud Lapponas Suecis tributarios, uſurpant aliquod & Finlappi, qui vicini ſunt Norvagis, & imperio Danorum parent. Sed eſt id diverſum non nihil ab iis, quæ à nobis ſunt propoſita, quemadmodum cognoſcitur ex delineatione ab Olao Wormio, Viro doctiſſimo diligentiſſimoque publicata in Muſæi ejus lib. IV. c. 12. Licet putem, eam etiam diverſitatem eſſe, non quod alia habeant tympana illi, alia noſtri; ſed quod tympanum Wormianum eſſet generis alterius, & ad certos aliquos ſpectaret uſus. Nos ne quid deſiderari poſſit, quomodo à Wormio deſcriptum extet, videamus. Wormius ſic habet: *Tympanum Lapponicum, quo ad modulos pulſato varia explorant, & magicam ſuam exercent, ex ligno conſtat ovali excavato, pedali longitudine, decem unciarum latitudine, cui ſex inſculpta foramina, & manubrium, quo commode ſiniſtra teneri poſſit, dum dextra pulſatur. Annectitur ei nervis quibusdam membrana, variis & ineptis figuris ſparſim ſanguine, aut rubicundo colore pictis exornata. Huic adeſt æneum corpus rhomboi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

des, convexum paululum, in diametro duarum circiter unciarum, in singulis angulis & in medio catenula ænea onustum. Baptile seu instrumentum osseum quo tympanum pulsatur, sex uncias longum, crassitie minimi digiti figura litteram T *Latinorum repræsentat.* Cæterum hoc tympano Lappones utuntur ad res varias, ejusque beneficio expediunt opinione sua plurima. Quapropter habent in honore atque reverentia, sic ut includant & custodiant, involvantque in pelle agnina, una cum annulo indice, ac malleo. Samuel Rheen: *Sin trumba skatta Lapparna hoegt, hafvva henna alltiid insvvept i skin, sampt sina ringar och hamvvar i & Lammskin foervvarade.* Hoc est: *Tympanum suum Lappones magni faciunt, habent id enim semper involutum pelle, annulos etiam & malleum, pelle agnina.* Ita meus habet liber, quanquam in alio deprehendam scriptum *Loomskin*, quod significat non agni, verum avis certæ pellem, de genere earum, quæ perpetuo versantur in aquis, inque his regionibus vocatur *Loom*, & proposita est à Wormio in Musæi pag. 304. describeturque uberius fortassis à me, si quando publicare catalogum Rerum variarum, quæ servantur in Musæo meo, valuero. Putant insuper rem esse sacram ac religiosam, itaque tangere eam non permittunt fœminam ullam nubilem. Idem: *Inge quinfolk, som manvvuxne ær, faor komma vv iid henne.* Hoc est: *Nulla fœmina viri potens attingendi ejus habet potestatem.* Quin imo si transferenda est in locum aliquem, vel ultimo post res cæteras omnes, post omnes alios homines devehitur viri opera, vel aliud à communi cæterorum, & per avia iter instituitur. Idem: *Trumban foeras efterst, och icke fræmbst, och det af een mans, och ike quinnes person: undertiiden vvarder hon och foerder pao den vvæg, der ingen annan framrecher.* Hoc est: *Postremo, non primo loco tympanum ducitur, idque viri opera, non fœminæ, quandoque etiam per vias tales, per quas nemo alius facit iter.* Caussam reddit idem Scriptor, quia metuunt, ne si forte alius, & præsertim fœmina nubilis post tympanum eadem via iter faciat, in periculum quoddam incidat vel valetudinis, vel ipsius etiam vitæ. Ita enim factum memorant non semel, exemplis probant plurimis. Durare vero periculum hoc autumant per integros tres dies.

Verba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Verba ejus: *The foere gifvva, at om naogon mannvvuxen quinna ſkule reeſa oefvver ſamma vvæg, pao huilken trumban vvohre framfoerd, foer æn tree dagers foerlopp, ſkulle hon antingen ſtrax doe, eller naogot undt henne vvederfahres, ſom the med maonga exempel bevviiſa ſkiedt vvara.* Hoc eſt: *Ferunt, ſi quæ fœmina nubilis iter faceret eadem via, qua ſit ductum tympanum, ante triduum poſt deductionem elapſum, eam vel extemplo morituram, vel in aliud quoddum incaſuram malum, idque factum eſſe multis comprobant exemplis.* Scilicet & diabolus vult eſſe ſerium ſui cultum, legesque à ſe traditas contemni non ſinit, citra graves pœnas, quouſque ipſi hoc indulget Deus, ut de iſtiusmodi exemplis dubitare nulla cauſa ſit. Quia tamen evenire poteſt, ut neceſſe habeat eadem via iter inſtituere fœmina, ergo tali caſu præbet ſe benigniorem, ſi tamen ante obſequium teſtetur ſuum per oblationem annuli ærei ad tympanum, quod ea via eſt deductum. Idem *I fall dær anteligen ſao fordrades, att een quinnes perſon ſkulle reeſa den vvægen, hvvareſt trumban vvore framfaren, ſao maoſte den quinna een mæſſings ring till trumban foerræhra.* Hoc eſt: *Quod ſi accidat, ut fœmina omnino ea via iter facere cogatur, qua eſt ductum tympanum, tum ea fœmina donare tenetur in uſus tympani illius annulum orichalceum.* Cæterum cum, ſicut dixi, multa putent ſeſe tympani hujus beneficio perficere, videamus, quænam ea ſint, & quo ritu expediant. Tria refert Olaus Petri, ſpectantia vel ad venationes, vel ad ſacra, vel ad explorationes rerum diſſitarum. *Tympani hujus uſus*, inquit, *triplex: Ad venationes, Sacrificia, & res procul diſſitas cognoſcendas.* Samuel Rheen quatuor potiſſimum commemorat; *Primum*, ut explorent, quid geratur alibi terrarum, etiam longe diſſitarum. *Secundum*, ut cognoſcant eventus proſperos vel improſperos ſuſceptorum negotiorum; item morbi, ſi in eum inciderint. *Tertium*, ut ſanent ægritudines. *Quartum*, ut diſcant, quibus ſacrificiis Dii ipſorum delectentur, & quod cuiq; animalis genus debeat offerri. Modus non eſt ſimilis in omnibus, ſive ritus, quo explorant. Primum tamen hoc in omni obſervare iſtiusmodi negotio conſueverunt, ut membranam tympani ante omnia reddant intenſam per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

admotum ignem. Olaus Petri: *Membranam, ut fiat distenta, supremam igni applicant*: Deinde, ut pulsent non uno loco, sed per ambitū indicis. Tertio ut pulsent primo leviſſime, mox gravius & gravius, donec propoſitum confecerint. Tornæus, ſicut verba ejus ſonant Latine. *Tympanum pauliſper attollit, mox pulſat id circa indicem in ambitum, primum leviter, donec index ſe incipiat movere, ac exultare, cumque ſeſe longius ab eo ſpacio, ubi primum jacuerat, verſus unum alterumve latus ſubmovet, tum tympaniſta gravius graviusq; incipit pulſare, donec index veniat ad ſignum quoddam, ex quo quid divinare propoſuerunt.* Solet & hoc obſervari, ne pulſetur à ſtante ſed procumbente in genua, quod & cæteri faciunt, qui negocio interſunt. Idem: *den ſom uti vværket foer faren ær, jempte dhe andre, faller dao pao Knæ, tagandes trumman.* h.e. *Is qui artis eſt peritus, juxta cum cæteris, procumbit in genua, capitque tympanum.* Quod res attinet, quarum cauſa tympanum pulſatur, earum poſtrema quidem jam in præcedentibus à nobis eſt expoſita. Itaq; de cæteris ſolummodo agendum quorū prima, exploratio eorum, quæ gerantur in locis longe diſſitis. Qua de re Olaus Magnus lib. 3. c. 16. *Scire cupientes ſtatum amicorum, aut inimicorum, longinquo terrarum ſpatio, quingentorum vel mille miliarium inde diſtantium, Lapponem ſeu Finnonem hujus rei peritum dato munere, lineæ ſcilicet veſtis, aut argenti, rogant experientiam fieri, ubinam fuerint, & quid agant amici vel inimici.* Addit deinde modum negotii totius, de quo ſtatim dicam. Similiter Petrus Claudi in Deſcriptione Norvagiæ de Finnlappis Norvagiæ. *De kunde oc ſly naoget at vide, huad der ſkeer pao andra ſtæder laongt borte.* Hoc eſt: *Scire deſiderantibus, quid aliis fiat in locis longe diſſitis, id poſſunt indicare.* Modum & ipſe apponit, ac poſt ſubjicit hoc exemplum, quod evenerit Bergis, in nobili Norvagiæ emporio, ibique annotatum reperiatur publice in libro, in quo conſignantur acta mercatorum Germanorum. Fuiſſe quendam Iohannem Delling, ait, miniſtrum mercatoris Germani, Bærgis tunc conſtitutum, ad quem venerit cum quodam Jacobo Smaoſuend aliquis ex Finlappis Norvagicis; rogaſſe igitur Johannem illum hunc Finlapponem, ut, ſi poſſet, indicaret ſibi, quid herus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

herus ejus in Germania tum faceret. Id facturum se Finlappum illum promisisse, tum more ebriorum cœpisse vociferari, & repente exultantem, semelque ac iterum discurrentem in orbem procidisse in terram, ibi jacuisse instar mortui, postea velut recepta vita surrexisse, indicasseque ipsi, quid ab hero ejus ageretur. Id statim annotatum esse in libro publico mercatorum, remque postea deprehensam ita sese habuisse, sicut Finlappo ille memoraverat. Est insigne hoc exemplum, eoque minus trahendum in dubium, quod autoritate publica consignatum fuerit. Neque discrepant, quæ hodieque memorantur numero haud parva, inter quæ non prætereundum, quod commemorat Joh. Tornæus, de Lappone hodieque vivo, qui sibi ipsi commemoraverit omnia, quæ accidissent in via, dum primum iter facit in Lapponiam, nota Lapponi, priusquam unquam Tornæum dictum vidisset. *Memorabat*, inquit, *verissime specialissimeque, quicquid acciderat mihi in itinere in Lapponiam. Licet autem revera sese ita habuissent omnia, sicut Lappo de itinere meo narrabat, ego tamen omnia dicebam esse falsa & mendacia, ne se posset gloriari de his diaboli nunciatis, aut tribuere ipsi fidem, tanquam à quo didicisset vera.* Non est causa vel in speciem probabilis, cur suspectum habeam hoc exmplum, aut negemus fidem viro minime superstitioso, aut credatur in negotio, quod ipsi accidit. Modum tamen explorationis non eundem tradunt omnes. Olao Magno sic describitur prædicto loco: *Conclave ingreditur uno comite uxoreque contentus, ranam æneam aut serpentem malleo super incudem præscriptis ictibus concutit, carminumque murmure hinc inde revolvit, continuoque cadens in extasin rapitur, jacetque brevi spatio velut mortuus. Interea diligentissime à prædicto comite, ne quodvis vivens, culex, aut musca, vel aliud animal eum contingat custoditur. Carminumque namque potentia spiritus ejus malo dæmone ductore à longinquis signa (annulum vel cultellum) in testimonium expeditæ legationis seu commissionis reportat, illicoque resurgens eadem signa cum cæteris circumstantiis conductori suo declarat.* Petrus Claudi refert ita, ut Latine tantum verba ejus nunc proponam: *Projicit se in terram, spiritumque suum amittit, fitque similis mortuo, ater*

de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

de cætero fuscusque in vultu. Ad hunc modum horam unam jacet, vel alteram, prout longius propiusve abest locus, in quo ei explorandum quiddam. Quod si deinde evigilaverit, memorare potest omnia, quæ gerantur eo loco, quidque hic aut ille faciat, de quo quis noviſſe cupiebat. Hic nil memorat de tympano aut de cantu, nil de ſociis, nil de ſignis & indiciis itineris & negotii confecti. Sed nimirum alius hæc, alius iſta refert, quæ cuique maxime videntur notabilia, ita tamen uti cætera non excludat. Ac de tympano quidem dubium non poteſt eſſe vel propter ea, quæ jam diximus in præcedentibus. Illud ſingulare, quod obſervat Olaus Petri, fuiſſe paulo aliter formatum in hos uſus, quam vulgaria, cum manubrio nimirum, forma crucis. *Tympanum quidem eo habent*, ait, *quo dixi modo formatum, ſed partem inferiorem cruce in quatuor partes diſtinctam, quam incantator manu altera apprehendit.* Vides manubrium in crucis ſpecie formatum. Atque ita ſeſe habet in tympano, quod ex ſingulari munere Illuſtriſſimi Domini Baronis Henrici Flæming, Chiliarchæ legionis pedeſtris Finlandiæ poſſideo, ſpecie, quam hic ſubjicio.

Addit & hoc, appendi oſſa & ungues animalium ei ſolere. *In ipſo inſtrumento*, inquit, *nervis alligati pendent variorum animalium ab iis captorum ungues & oſſa.* Quod vero comites attinet, de iis firmat Samuel Rheen, ſicuti & de cæteris, ſed quia verba longiora ſunt, quam ut Suetice proferri queant, recenſebo tantum, ſicut à me verſa ſunt Latine. *Quando ſcire volunt, quæ ſit rerum ratio in locis peregrinis, tum Lappo unus pulſat tympanum hoc modo: annulos ex orichalco bene multos colligatos in catena orichalcea imponit tympano ubi Solis picta eſt figura, poſt malleo furcato ex oſſe pulſat tympanum ita, ut ſe annuli moveant in tympano. Interea qui ſic pulſat, cantum adhibet clariſſima voce, quem appellant Iouke. Addunt & cantilenas ſuas, quotquot adſunt ex Lapponibus, viri pariter ac fœminæ, illi clariore, hæ ſubmiſſiore voce, quas appellant duura. Verba eorum certa ſunt, talia præſertim, quibus ſignificant locum, unde ſcire quid deſiderant.* Habes hic tympanum in uſus iſtos, habes quoque comi-

tes

Facies ejusdem tympani aversa.



tes pulsantes, non unum tantum, cum uxore, quod Olaus tradit, verum plures, non modo viros, sed & fœminas, cantiones denique ab omnibus prolatas, pulsante pariter, & cæteris, comitibus ipsius. Quin imo cantiones diversas, quarum quæ pulsanti est in usu, *Ioiike*, quæ comitibus, *Duura* nuncupatur. Sequitur nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

de prolapsione pulsantis in terram: nam & de ipsa testatur. *Postquam*, ait, *qui pulsat tympanum, ad tempus quoddam sic pulsavit, in terram procidit, similis dormienti.* Anonymus, quem laudavi sæpe, dicit eum *nederfalla och besvvima*, hoc est: *procidere, & pati animi deliquium. Exanimari & quasi extingui.* Peucerus in de divin: *Incantator postquam usitatis ceremoniis evocatos Deos suos compellavit, subito collabitur, & exanimatur, quasi extincto illo revera abscedat à corpore anima. Neq; enim aut Spiritus in eo reliquus esse, aut restare cum vita sensus aliquis & motus videtur.* Petrus Claudi ait, eum *gifua sin ande fra sig*, hoc est: *Spiritum vel animam à se dimittere*, quia fuerunt, qui crederent, revera exire animam ex homine istiusmodi, ac redire denuo in corpus, unde & Olaus, *Spiritum* hujusce *malo dæmone ductore à longinquis reportare signa quædam* ait. Quanquam sine dubio hoc sit erroneum ac falsissimum, cum semel egressam è corpore animam nullis artibus homini reddere, ac in corpus inducere valeat diabolus. Jacet ergo is pulsator non dimisso spiritu animave, sed vi mali genii cohibita, ut solitas non possit edere functiones, & sic velut dormiens, vel animi deliquium passus, jacetque cum multa deformitate faciei, de qua præter Petrum Claudi, testatur & Anonymus: *The siunga længe alt in till des de besvvima och falla neder som doede menniskor, arbete och sao ganska haord att svvetten af theras ansichte oc Kropp uthspriker.* Hoc est: *Longo cantant tempore, donec animi patiantur deliquium, & procidant, instar mortuorum. Plurimum quoque ac gravissime ita laborant, ut sudor ex facie totoque corpore ipsorum erumpat.* Pulsat autem & post pulsationem procidit cum tympano, quod fere capiti imponit, tali modo.

Addi

Addit hoc loco Samuel Rheen, ſolere cæteros, viros pariter fœminasque nil ceſſare de ſua cantione, ſed quamdiu alter jaceat, ipſam repetere, ne fors memoria ejus excidat negotium, cujus cauſa fuerit dimiſſus: Verba ejus ipſius. *I medler tiid maoſte the, ſom till-ſtædes æhro, man ochquinnor, continuera med ſin ſaong, alt till des trumbs lageren opvvaknar af ſin ſoempn, huar med de ſkola paominna honom, huad hans begieren vvar, eller huad han vville vveeta.* Hoc eſt: *Interea cæteri, qui ſunt præſentes, viri pariter ac fœminæ, continuo pergere in cantatione ſua coguntur, donec ex ſomno ſuo experrectus fuerit tympaniſta, ut ſic ei revocent in memoriam id, quod habere vel ſcire deſideraverit.* Addit Anonymus, niſi hoc fecerint, tympaniſtam bona fide mori, neque unquam è ſomno evigilare: *The andre nærvvarande moſte ſiunga, ſao længe han ligger affvvimat, och paominna honom, hvvad han begærade foer, æn han afsvvimade, ellieſt komer han ſig alldrig foer.* h.e. *Cæteri præſentes canere neceſſe*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

habent quamdiu ita jacet in deliquio, eique revocare in memoriam id, quod desideraverit, priusquam deliquium pateretur, alias vitam nunquam recipit. Idem ferunt accidere, si quis ita jacentem manu pedeve voluerit velut excitare. Quo intuitu fortassis fit, quod ab Olao memoratum est, ut ab eo muscas quoq; ac id genus alia diligenter abigant, neq; patiantur illum ullo modo contingi. Meminit & Peucerus: *ut adsint semper aliqui, oportet, qui projectum & ex anime corpus custodiant, quod cum non fit, dæmones id abripiunt.* Ubi tamen falsum est, quod ait, corpus dæmonas abripere. Hoc solum fit, ut prolapsus nunquam evigilet. Olaus Petri: *Custodes, qui projectum & exanime corpus custodiant, ne à minima tangatur re, adesse oportet, secus ad vitam corpus non esse putatur rediturum.* Atque ita tandem rebus omnibus non multo tempore confectis tympanista spiritum vitamque recipere videtur, & quæsitis satisfacere. *Tao beginner trumbslagaren foertælia, huad han med sin trumbslagh foerfarit hafver, eller huru pao fierran orter tillstaor.* Hoc est: *Tum tympanista incipit commemorare, quæ didicerit tympani sui pulsatione, vel quæ rerum & negotiorum sit facies in locis longe dissitis.* Peucerus ait, fieri post horas viginti quatuor; sed nullum certum est tempus, modo enim citius, modo tardius evigilant, prout iter longius aut brevius ipsis fuerat conficiendum. Viginti quatuor illæ horæ tantum tempus sunt longissimum quo habent opus ad noscenda ea etiam, quæ absunt spatiis longissimis. Olaus Petri. *Ad quasvis res quæsitas (licet aliquot centenis miliaribus abfuerint) norunt respondere, idque intra quatuor & viginti horarum spatium possum præstare.* Denique ne dubium sit cuiquam, vera esse, quæ narret tympanista, indicia quoque adfert ejus rei aliqua, quæcunque quis petierit, ut Olaus testabatur. Ita & Olaus Petri. *In uberiorem rei confirmationem, cultrum, calceum, annulum, vel aliam conducenti notam rem, in bene legationis expeditæ testimonium reportat.* Et hic quidem primus tympani est usus, ac pæne præcipuus. Sequitur secundus, quando negotiorum explorare cupiunt eventus, utrum prosperam habituri sint venationem, utrum destinata feliciter succesSura. Nam & hoc se indagare posse credunt tympani beneficio. Imponunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

nunt autem ei annulos, tum addita cantione pulsant. Quod si circumeant in eo dextrorsum, ad modum cursus solaris, fausta omnia præsumunt; sin vero sinistrorsum, modoque contrario, omnia metuunt adversa. Idem Samuel Rheen. *Nær the vveela och foerfara om lycka och olycka, leggia the sammaledes sin tillsamman bundna ringknippa pao Soolennes figur; om nu ringerna loepa rætt omkring, och effter Soolennes gaong, nær the slao pao trumben, betyder det lycka, godt hælsa och vvæltrefnad, baode foer menniskor och andre creatur, antingen the æro nær eller fierran. Men om ringerne ike loepa rætt omkring effter Soolennes gaong, thet betyder olycka, ohælsa, och alt ondt.* Hoc est: *Cum eventus prosperos vel improsperos explorare cupiunt, eundem annulorum fasciculum imagini Solis imponunt in tympano. Si jam annuli recte circumeunt ad cursum Solis in tympano, colligunt ex eo fortunam secundam, valetudinem, & incrementa læta, cum hominum, tum animalium aliorum. Quod si circumeant ratione contraria, & adversum Solis cursum, colligunt inde infortunia, ægritudines, & mala omnia.* Ratio collectionis hujus non obscura. Solem quippe, ut est dictum in superioribus, causam credunt omnium incrementorum. Quando igitur annuli indices cursum ejus sequuntur, incrementa videntur læta monstrare, inhærendo ejus vestigiis, unde læta proveniunt. Vtuntur autem isto explorandi modo cunctis suis in negociis paulo gravioribus, ut cum faciendum iter, cum exercenda venatio, cum movenda sedes, vel quid simile agendum, sicut alias cognovimus, & liquebit amplius ex sequentibus. In venatione instituenda quando tympano utuntur, dant præterea operam, ut quo spectet annulus in eo, ortum, an occasum versus, observent, quia eo iter sese faceredebere credunt, ut venationem habeant felicem. Olaus Petri: *Venatum ituri membranam: ut fiat distenta, supremam igni applicantes, ranam in centro positam frequenti mallei sui pulsatione tam diu exagitant, ut in aliquo pictorum animalium consistens, Ortum vel Occasum, Septentrionem vel Meridiem versus, vel præfatorum lineas intermedias aspiciens, doceat artificem & venatorem, quo eo die tendat, vel quodnam animal, pisces, aves, vel alias feras eo die insequatur.* Venio ad tertium tympani usum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

morbos ſpectantem. Eſt is duplex, primum enim eo inquirunt in cauſam, utrum ortus ſit, cum incidunt in aliquem, ratione naturali, an vero arte magica & incantatione inimicorum illatus. Ideo Samuel Rheen, ubi agit hac de re: *Tao foernimmer trumbſlagaren, om ſiukdomen ær naturlig, eller af ſpaodomb paokommen.* Hoc eſt: *Ita tympaniſta intelligit, utrum morbus ſit naturalis, an arte magica illatus.* Deinde adhibent in remedium, per explorationem certi ſacrificii, quo hic aut ille ex deaſtris, ac præcipue StoorJunkerus aliquis eſt placandus, ſine cujus nutu ſcilicet valetudinem recuperari poſſe haud exiſtimant. Hinc addit: *Sedan maoſte den ſiuka utlofvva att vvillia gtoera naogot offer af nogot creatur, antingen et Rheentiur, oxe, bock, vvædur, eller nogot annat, och det till nogon vviſſ Stoorjunkare, ſaomſtaor i detta, eller detta fiellet.* Hoc eſt: *Deinde oportet ægrotum ſpondere victimam animalis alicujus, rangiferi, tauri, hirci, arietis, vel alterius rei, certo alicui Stoorjunkero, in hac iſta ve rupe collocato.* Fit hoc autem non arbitrio ægroti, ſed ex lege ac præſcripto ejus, qui pulſat tympanum. Ipſe namque monſtrat, quid factu ſit neceſſarium. *Huad trumslagaren dæn ſiuka foeresſ krifvver, det moſte hanc ſtrax, antingen offra och utgifvva, eller foerplichta ſig till cen vviſſ tiid, huat han utlofvvat hafvver, fulkomna.* Hoc eſt: *Quicquid tympaniſta præcepit ægroto, id eum vel extemplo ſacrificare oportet, vel polliceri ſe ſacrificaturum certo tempore.* Nempe tympaniſta tympano explorat ſuo, ſicut dixi, quis Deorum ſacrificio ſit placandus, quale adhibendum genus victimæ, cum non omni quisque gaudeat, ac ne eodem quidem omni tempore. Hinc præceptio illius, ad quam componere ſe ægrotus debet. Ac hic quidem uſus. Modus vero qui eſt uſitatus iſto in negotio, ſic traditur à ſæpe nominato Samuele Rheen: *Quando morbos*, inquit, *vel ægritudines tympano curare proponunt, id ita ſolet fieri. Debet primum ægrotus ei, qui pulſat tympanum, dare annulum orichalceum unum, unumque argenteum, ac utrumque ligare circum dextrum ejus brachium, qui deinde ipſi cedunt in præmium laboris. Poſt eos annulos tympaniſta jungit cæteris in faſciculo, cujus uſus eſt quotiescunque tympanum pulſari debet. Tum pulſat tympanum adjecta ſolenni cantiuncula.*

Ad

Adjungunt & ſuam cantionem viri pariter ac feminæ præſentes, illi altiore, hi ſubmiſſiore voce. Ita denique ex annulorum motu ſituque, qui pulſat tympanum, ea colligit, de quibus dictum eſt in præcedentibus. Ac hi quidem uſus tympani frequentiores. Supereſt adhuc unus, ut per id exerceant maleficia, inferant aliis damna valetudinis ac vitæ. Qui non uſque adeo communis & vulgaris omnibus. Samuel Rheen: *Maonge Lappar, doch icke alle, bruuke denna trumban at ſpao med.* Hoc eſt: *Multi Lappones, nec tamen omnes tympano iſto utuntur & ad maleficia.* Et hunc demum uſum ſunt plerique, qui ſolum putent illicitum, non cæteros, cum per eos nemini noceatur. Joh. Tornæus: *Dhe ſom deſſa ſaker allenaſt ſoekia at vvetta, vvillia intet vvara ræknade liika med dem, ſom tillfoga andromſkada der medh. Efter ſom deſſe goera det ſom ont ær, men dhe vvert emoot.* Hoc eſt: *Qui hæc tantum* (quæ præceſſerunt) *per tympanum quærunt explorare, nolunt in eorum numero haberi, qui aliis per id afferunt damnum. Quoniam hi faciant malum, ipſi vero contrarium.* Quamvis autem uſus hic non omnibus ſit receptus, reperiuntur tamen, quibus nimis frequens eſt. Memoratque Johann. Tornæus Anno MDCLXXI. in Lapponia Kiemenſi deprehenſos plurimos, cum iſtis ſuis tympanis ingentis magnitudinis. *Deſſe*, ait, *gaofvvo ifraon ſigſina trumbor, ſao ſtoora oc vvii da at dhe der ifraon inte foeres kunde, uthan maoſte der upbrænnas.* Hoc eſt: *Hi tympana offerebant ſua tam magna lataque, ut inde non poſſent deduci, ſed comburi deberent.* Subjicit & exemplum unius ex maleficiis iſtis, quod ſic ita habet. *Inter iſtos Lapponas*, dicit, *unus erat annorum octoginta, qui ſe fatebatur adhuc ætate puerum didiciſſe artem iſtam à patre ſuo, annoque MDCLXX. propter unicum par manicarum arte malefica effeciſſe, ut ruſticus Kiemenſis in cataracta quadam ſuffocaretur. Damnabatur hic quidem ad ultimum capitis ſupplicium, inque vinculis deducebatur ex Lapponia verſus proximum* Bothniæ *oppidum. Dum vero eſt in itinere, ſibi ipſi afferebat mortem arte ſua, ut in momento exſpiraret, ſanus valensque ſedens in traha, ſicut prædixerat futurum potius, quam ut veniat in manus carnificis.* Quo utantur ritu ad hunc uſum tympani, quibusve verbis, geſtibus, *ſignis*

hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

hoc expediant, non est traditum ab iis, unde cætera hujus rei ad nos pervenerunt. Credo, quod & illi servent secreto, & explorare vel discere vix possit quis sine gravi suspicione impietatis abominandæ. Satis, nisi fallor, tympanum Lapporum explicavimus veniamus ad secundam classem artium, quæ peculiaribus exercentur instrumentis à Lapponibus. In hac primum occurrit funiculus, cum nodis aliquot, ad procurandos ventos. De quo sic habent Zieglerus: *Magicos nodos tres nectunt, pendentes à loro, ubi unum solverint, cient ventos tolerabiles, ubi alterum, vehementiores, ubi tertium, movent apertam tempestatem, quemadmodum & veteres fulmina eliciebant.* Quæ Zieglerus memorat de Lapponibus, ea Olaus Magnus tribuit Finnis lib. III. cap. 16. *Finni*, inquit, *inter cæteros gentilitatis errores negotiatoribus in eorum littoribus contraria ventorum tempestate impeditis ventum venalem exhibere, mercedeque oblata, tres nodos magicos non cassioticos loro constrictos iisdem reddere solebant, eo servato moderamine, ut ubi primum dissolverint, ventos haberent placidos, ubi alterum, vehementiores, & ubi tertium laxaverint, ita sævas tempestates se passuros, ut nec oculo extra proram in evitandis scopulis, nec pede in navi ad vela deprimenda, aut in puppi pro clavi dirigendo integris viribus potirentur.* Habes omnia de Finnis, quæ Zieglerus de Lapponibus. Et profecto nihil hujus generis in eis memorat, nec Samuel Rheen, nec Johann. Tornæus recentissimi Scriptores. Nec videtur plane posse fieri ab ipsis, cum sint homines mediterranei, nec ad mare veniant. Quare quicquid hujus artis est, id potius spectabit ad Finlappos Norvagicos. Et testatur de ipsis Petrus Claudi. Verba ejus. *Hand kand oc gioere oc upucke, huilken vind hand vvill.* Hoc est: *facere ac excitare potest ventum quemcunque voluerit Finlappo.* Addit autem valde notabiliter, eos potissimum ventos sua habere in potestate, qui tum flarunt, cum eorum quisque nasceretur, hunc iste, alius alium, quasi cum nascendi ratione juncta esset vis hæc diabolica & ab ipsa suam sortiretur efficaciam. *Hand kand goera sonderlig den vind, som haf vver bloest den tid han blef foed.* Hoc est: *Eum præcipue potest excitare ventum, qui spirat tum, cum ipse ederetur*

tur in lucem. Modus plane talis, qualis explicatus est in superioribus. Ita enim eum describit post præcedentia. *De som Kiæbe boer af hanem, dem antuorder hand & moere eller band, mæt tree knuder paa, oc naar hand uploeser den foerste knude, faar han passelig boer, oc loeser hand den andra knude, da faar hand saa sterck vvind, som hand kand mest raade, man loeser hand den tredie knude, da gaar det ike aff uden skibbroede, oc mande miste.* Hoc est: *Eis, qui ab ipso* (Finlappone) *emunt ventum, vel funiculum tradit, vel fasciam cum nodis tribus, quorum nodorum si solverit primum, mediocrem accipiant ventum, si secundum, tam vehementem, ut tamen possint prævalere, quod si vero solverint tertium, tum res venit ad naafragium, & hominum exitium.* Sicut vero istoc artificium ad Finnos & Finlappos Norvagiæ potissimum pertinet, sic & illud, quod conjunctum huic, videlicet, quo navigiorum impeditur cursus, redduntur immobilia & fixa in medio mari. Tribuit tamen & hoc Lapponibus Damianus à Goës. *Naves*, inquit, *in medio cursu retinent, sic ut nulla vi ventorum amoveri possint.* Videtur & Zieglerus innuisse, quando ait; *Ea arte isti utuntur in navigantes, ex arbitrio, ita ut his favere vel minus visum fuerit ita sistunt & movent flumina & maria.* Certe maria qui sistunt, reddunt non navigabilia, id vero alia, quam prædicta ratione fieri fix videtur. Valent autem Finni arte ista tantum, ut nil possit infirmare, præter excrementa virginis. Damianus: *Quod malum solo virginum excremento foris navium & transtris illito curatur, à quo Spiritus illi, ut ab incolis accepi, natura abhorrent.* Quæ hic illa excrementa sint, non nemo possit dubitare. Mihi persuasissimum, sanguinem menstruum innuere. Is enim valere contra incantationes, magicaque solvere jam pridem creditus est & ab aliis. Quod discimus ex Plinio, quando libro XXVIII. c. 7. sic de eo. *Id quoque convenit, quo nihil equidem libentius crediderim, tactis omnino menstruo postibus, irritas fieri Magorum artes.* Venio ad tertium, jacula, ut Zieglerus nominat, quibus morbos, dolores, aliaque inferunt, etiam longissime à se remotis. Verba ejus hæc sunt: *Faciunt & è plumbo jacula magica, brevia, ad modum digiti, ea emittunt per quamvis dissita loca in eos,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

de quibus vindictam expetunt. Hi oborto carcinomate à crure vel brachio, intra triduum vehementia doloris exanimantur. Memorat & Olaus Magnus, sed ut sua desumsisse ex Zieglero videatur. *Nec minoris*, inquit, *efficaciæ perhibentur in hominibus diversa ægritudine prosternendis. Faciunt namque de plumbo jacula magica, brevia, ad modum digiti, ea mittunt per quævis dissita loca in eos, de quibus vindictam expediunt.* Ipsa sunt Ziegleri verba, ut cum eum nominet alicubi, non dubitem, quin hac in parte sit sequutus. Valde autem metuo, ne deceptus sit uterque, maleque plumbea illa jacula crediderit, ac posteris descripserit. Hodie profecto nemo est, qui ea novit. Nulla eorum mentio apud Samuel Rheen nulla apud alios, ac ne communi rumore quidem, qui differre alias hæc talia non omittit, circumferuntur. Et cur tandem plumbea sint necesse est? Puto ego Zieglerum deceptum voce *Skott*, quo utuntur hodieque in ejus rei explicatione. Nam cum sive homo, sive aliud animal, cum ante videretur sanum valensque, repentino quodam morbo sic prosternitur, ut amittat vires omnes, aut prorsus etiam intereat, vulgus censet arte magica id factum, & appellat *Skott*, id est, *jaculum*, quo petitum tale arbitrantur. Quia ergo illud *Skott* audivit Zieglerus, ipse jacula confinxit magica, eaque ex plumbo. At hoc plane nostris est ignotum, alioque fieri artificio existimant. Petrus Claudi vocat *gan*, quod emittitur, & speciem habere muscæ ait, ipsumque dicit esse dæmonem: Servare generis hujus plures in sacco scorteo, qui hac arte pollent inter Finnonas Norvagicos, & emittere quotidie aliquos. Quam in rem laudat exemplum sua factum memoria, his verbis: *Det hende foer saa aor, at en mand, som endnu lefver paa Helieland, droog paa fieldet, oc foegte effter bioerne, och hand kom till een hæller, der fand hand i samme hæller & stoort grofe billede, som var een Finnegudh, oc stod der hos hannem Finnens Goneske, oc der hand uplod samme eske, da kroep den fuld af blaa fluer, huilke vare Finnes Gan oc Troldom, som hand dageligen ud sender.* Hoc est: *Accidit paucos ante annos, ut quis, hodieque superstes, in Helieland, susciperet iter ad montes Norvagiæ, ursos venaturus, veniretque forte ad cavernam sub rupe. In caverna seu spelunca*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tunca illa reperiebat ſimulacrum ruditer formatum, quod idolum erat Finnonis cujusdam, prope ipſum ſtabat Finnonis Ganeſka, ſive pera magica. Quam cum aperiret, plenam videbat muſcarum repentium coloris cærulei, quæ Finnonis erant Gan, id eſt Spiritus, magicis ipſius ſervientes, quotidie emittit. Nihil aliud hoc *Gan* innuere, quam illud ipſum quo afferre damna ſolent vitæ aliorum valetudinique, docet ſtatim poſt, quando ait: *Finnen kan icke trifuis, uden hand huer dag ſender en Gan ud, det er en flue, eller trold aff ſin Ganeske elle Ganhiid, det er en ſkindpoſſe, ſom hand hafver dem udi, oc naar hand ike hafver menniskan at forgiøre, oc ſende ſin Gand udi (huilket hand icke giøer, uden hand hafver nogen ſag met hannem) da udſender hand den i vær och rind, och laader den ranne paa meniſckior, queg, eller diur, eller huar den Kand, oc ſtundum ſender han ſin Gan i fieldet, oc ſprenger ſtoore field ut, oc foer en ringe ſags ſkyld, ſkiude de deris Gan i menniſkior oc foergiøer dennem.* Volui hæc ipſis ejus adferre verbis, licet eſſent longiora, ne de meo adjeciſſe quid videri poſſem. Eſt autem hæc eorum ſententia: *Non poteſt tranquille vivere Finno, niſi emittat quotidie unum Gand*, id eſt, *muſcam vel dæmonem ex ſua, Ganeſke vel Ganhiid, hoc eſt, pera ſcortea, in qua eos ſolet ſervare. Quod ſi hominem habeat nullum, cui afferat exitium, imittat atque Gan ſuum, (id quod facere ſine cauſa nunquam ſolet) tum emittit eum inventos, ut ſuo graſſentur arbitrio in homines, vel pecora, vel feras, & quicquid tandem poſſunt. Quandoque ipſum in vicinos ablegat montes, ibi rupes findit ingentes, opera ipſius. Solet autem levi de cauſa Gan ſuum ejaculari in homines, eosque perdere.* Quibus verbis vides aperte, Gan illum hominibus pecoribusque afferre exitium ac damnum, & hoc fine emitti, ac ne dubium ſuperſit, quin ſignificet, quæ Zieglero jacula vocantur, clariſſime ait, *de ſkiude deris Gan*, hoc eſt: *jaculantur ſuum Gan*, teli ſcilicet inſtar, de cujus emiſſione illud *ſkiuta* proprie uſurpatur. Atque hoc jam tertium eſt artis magicæ, quod exercent, non adverſus alios ſolummodo, ſed & ſe mutuo, illos etiam, quos valere pari arte non ignorant. Cujus rei adfert memorabile exemplum de Finnone quodam Aſbioern Gankonge, propter artis magicæ peritiam eximiam vocato, cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

cum alius afferre vellet exitium ob contentionem aliquã cum ipſo, nec efficere id poſſet, prævalente nimirum illo Aſbioern; tandem accidit, ut ſub rupe quadam Asbioern iſte ſomnum caperet. Ergo alter ille ſuum emiſit Gan, qui ruptam rupem injicit dormienti, eumque ita necavit. Accidiſſe hoc ætate ſua dicit, neque longo ante, quam iſta calamo exararet. Quin imo quam arte ſua unus immiſit, alius ſua interdum ſolet expellere. Ita idem Petrus Claudi. *De bedrifvva oc ſomme moegen arrigheet, med deris trolldom, ſaa at den ene ſkiuter eller ſender ſin Gani & menniſke, oc en anden bider den ud igien.* Hoc eſt: *Quidam multa cum malitia exercent artem ſuam magicam, ſic ut unus ejaculetur vel mittat Gan ſuum in hominem, alius eum imperio ſuo expellat.* Illud ſingulare atque dignum obſervatione, quod credantur nemini hoc ſuo Gan nocere poſſe, niſi cujus Parentis cognitum habuerint nomen. *De hafvve icke macht*, inquit dictus Petrus Claudi, *at foergioere nogen, uden de uide hans faders naffn*, hoc eſt, *Non habent facultatem ullam afferendi exitii, niſi ſciant nomen parentis ejus, cui nocere volunt.* Cæterum quod Petrus Claudi ſcribit fieri per Gan apud Finnos aut Finlappos Norvagiæ id Lappones alii dicuntur expedire quodam *Tyre*. Eſt autem Tyre nihil aliud, quam pila rotunda, nucis juglandis aut pomi mediocris magnitudine, ex tenera lanugine, ſive animalis alicujus, ſive muſci conglomerata, levis, ubique æqualis, ponderis exigui, ut quæ intus videatur cava, coloris ex flavo, viridi, & cinereo quaſi compoſiti, ac mixti, ſic ut flavus pallide prævaleat. Talis enim, quam munere nobiliſſimi viri, Domini Johan. Otto Silverſtroem, Collegii Rei Metallicæ Aſſeſſoris & fodinarum Salbergenſis atque Fahlunenſis Præfecti ſervo in Muſæo, quæ cum ſit conſpecta paucis, publicè vero expoſita nemini, haud pigebo hic delineare tam, quantum poſſum, dare ipſius effigiem.

Hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Hanc Tyre ajunt animatam arte peculiari atque mobilem, vendi à Lapponibus, ut qui eam sibi compararit, cui fuerit libitum, ei possit immittere. Solent autem sibi juxta aliisq; persaudere, se cum ista Tyre sua simul posse immittere, quicquid deinde velint, serpentes, bufones, mures, aliaid genus, quibus crucietur miserrime, cui malum hoc infertur. Pergere porro Tyre hunc itinere celerrimo, instar turbinis, aut emissi teli, sive globi, quo in itinere si quid aliud occurrat animans, qualecunque fuerit, illud in id malum incidere loco alterius, atque adeo aberrare non raro à destinato, & innoxium plane affligere. Neque desunt tristia hujus rei exempla etiam nostris temporibus. Quæ adferre quia nimis longum esset, ideo hic subsistimus, absolutisque vel omnibus, vel certa præcipuis, quæ religionem cultumque attinent Divinum, sive pium, sive impium, & superstitiosum in Lapponibus, ad alia pedem promovemus.

CAP. XII.

De Republica Lapponum.

POst tres sacras & divinas apud Lapponas videamus & humanas. Sunt hæ duplicis plerumqe generis, publicæ & privatæ. De illis primo loco agendum. Pertinet ad eas constitutio Societatis & imperii, quo gubernatur. Ea prisci s temporibus & priusquam Lappones appellarentur, videtur fuisse istiusmodi, ut subjecti essent nemini ex vicinis, verum ipsi rebus suis prospicerent, sub imperio tamen alicujus Regis, quem ex gente propria creabant. Hoc profecto genere imperii, utebantur tempore Haraldi, cognomenti, Harfageri Regis Norvagorum, qui æqualis fuit Erico apud Suecos; Victorioso, cujus ætas incidit in sæculum nonum post Christum natum, saltem ii, qui vicini sunt Norvagis, & ad littora Oceani colunt, vulgoque Finni aut Finlappi nuncupantur. Ita namque docet Petrus Claudi cap. 27. *I gammel tiidh hafde Lappfinner och Siæfinnar dheras egen Konung, ba-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ode foer Konung Harald Harfagers tîid, ſom tvvingade alt Norrig under ſigh (undentagen deſſe Finner) och lang tiidh der efter, och heet han Mottle, Findkonge, ſom dher regerade oefvver, udi Harald Harfagers tiidh. Hoc eſt: *Lappoſinni & Sioeſinni, ſive Fini maritimi, priſcis temporibus ſuum proprium habebant regem, cum ante, tum poſt tempora Haraldi Harfageri, qui Norvagiam omnem ſuo ſubjiciebat imperio exceptis Finnis iſtis, nomenque regis qui regioni illi præerat, Mottle vocabatur temporibus Haraldi Harfageri.* Hauſit ita Petrus ſine dubio ex Sturleſonio, qui deſcribit expeditionem iſtam Haraldi & vaſtationem Biarmiæ ab ipſo factam, ſalvis hiſce Finnis. Sic enim appellat Sturleſonius eo loco, qui occurrit pag. 57. vel Gunilda quædam, apud ipſum ita loquens: *Han ſande migh till Motla Finnekoning.* Hoc eſt: *Mittebat me ad Mottla Finnonum regem.* Nempe illo tempore nomen Lapponum nondum fuit notum vel uſitatum, ſicut alibi oſtendi, ſed retinuerunt hi vocabulum, quod acceperant à majoribus, manebatque commune ipſis cum iis, ex quibus erant oriundi. Neque alia videtur facta ſors eorum poſtquam Lappones ſunt dicti, hoc eſt, poſtquam novis coloniis occupare cœperunt regiones mediterraneas ab altera parte montium, qui Sueciam à Norvagia diſterminant. Duce profecto habuere opus, qui ex patria egreſſi, novas quærebant ſedes. Quem deinde vix eſt dubium, quin occupatis terris illis habuerint pro rege. Quo proinde ſalvo, fieri vix poterat, ut concederent ſub poteſtatem alienam, cum præſertim eſſet nemo illis temporibus, qui multitudinem fugitivam, pauperem, & ſolitudines ſylvasque inter nives perennes, & inexpugnabilia frigora colentem, bello perſequi proponeret. Quod teſtatur Paulus Jovius, & confirmat Moſchovitarum ſaltem ſententia, quando ita habet in Moſchovia ſua: *Ingenia eorum* (Lapponum) *ne ipſi quidem proximi Moſchovitæ noverunt, quum eos parva manu aggredi, exitialis inſaniæ eſſe dicant, magnis vero copiis inopem rerum omnium vitam ducentes laceſſiſſe, neque utile, neq. omnino glorioſum unquam exiſtimarint.* Ita bene longo tempore ſui juris Lappones manſerunt. Primus Regum Sueciæ, qui de iis ſubigendis cogitavit, Magnus Rex, cognomento Ladulaos fuiſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

isse videtur, qui floruit circa annum M CC LXXVII. Docet Scheda, quam inter alias Johannis Buræi manu scriptam reperi in libro quodam ipsius, quem inscripsit *sumla*. Scheda ita habet: *IKonung Magnus Ladulaos tiidh vvoro Lapparna itt egitt folck. Och effter han icke kunne vvinna them under svverikes Krona, boed han them, som vville vvaoga och Komma them under Kronan, sao vville han gifvva them hina i hander till ægendom.* Hoc est: *Temporibus Magni Ladulaos, Lappones sui erant juris. Qui quia eos Sueciæ Coronæ nequibat subjicere, iccirco si quis esset, qui rem vellet tentare, ipsosque subjicere, ei offerebat se daturum illos in proprietatem.* Videtur noluisse sumptus facere in expeditionem justam, cum præsertim persequendi essent haud aliter, ac feræ fugitivæ, non potuisse tamen æquo ferre animo, gentem tam vicinam, ac in medio prope civium suorum, habitantem (sedes enim suas tum ad littora sinus Bothnici habebant, ut supra docui) obsequium Coronæ Suecicæ detrectare. Itaque rem alia via est aggressus, ostensoque lucro privatos quosdam isthuc invitavit, ut viderent, quomodo gentem dictam subjugarent. Neque caruit res successu. Nam vicini Birkarli, spe illius lucri allecti, susceperunt negotium, & confecerunt felicissime. Memorabilis præsertim est solertia unius, quam ex narratione Domini Andreæ, Parochi atque sacerdotis in Pitha, retulit Ericus quidam vir honestus, civis & aurifaber Luhlensis, & memoriæ causa consignavit Johannes Buræus, qui cum aliis colloquiis interfuit, sermone populari, ego proponam Latino, quia longior est historia. *Ex Birkarlis quidam solus tendebat in Lapponiam, insidias Lapponibus structurus in via, qua ex Birkala ituri erant domum (ea enim ætate habitabat nemo à parte septentrionali dicti pagi) seque obrui nivibus jacentem in medio viæ, curabat per uxorem suam, ut Lappones non possent, nisi supra corpus ejus ita obrutum nivibus, iter facere. Qui cum nocturno tempore venissent, numerum eorum esse quindenarium, qui fuerunt præcipui ex Lapponibus auctoritate & potentia, cæterosque omnes habebant subjectos, intellexit. Qui cum abiissent, celerrime proripuit se ex nivibus, & per compendia quædam Lappones prævenit, sicque incautos nihilque metuentes, alium post ali-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

um (ut ſolent longa ſerie iter facere) gladio, quem habebat ſecum, trucidavit, neminem ſequentium cædem antecedentium intelligente, quoniam & nox erat, & intervallis longis à ſe mutuo diſtabant, donec poſtremus veniſſet proſtratorumque obſervaſſet corpora, ſeque ſumma vi oppoſuiſſet. Ita gravis orta pugna, utrog; de vita certante, donec ad poſtremum Birkarla uxoris ſuæ auxilio evaderet ſuperior, & hunc quoque neci daret. Ita ſuperatis Lapponum præcipuis & potentiſſimis, cæteri facile imperata fecere. Sunt qui deceptos ſimul putent ſpecie induciarum à Birkarlis, à Magno Rege ad ſubigendos eos incitatio, ut ſuperius audivimus. Nam poſt ea, quæ ex ſchedis Buræanis prioribus à nobis ante memorata ſunt, ſubjicitur: *Ty ginge Birkarlarna till, ſom bodde i Birkala ſochn, och gaof vvo ſigh in till them, och dagtingade med them, pao ſao maonge daghar eller tiidh. Och thes emillan foerraſkade the them, och ſlogo maonga ihiæl, och vvunno them under ſigh, alt in till norra och vvæſtra ſiæn.* Hoc eſt, *Ex hac cauſa* (quia Rex Magnus promiſerat, ſe in poteſtatem ejus daturum ipſos, qui eos ſubjugaſſet) *Birkarli, qui erant incolæ parochiæ Birkala tendebant ad Lappones, cumq; ipſis faciebant inducias, ad certum numerum dierum. Interea nihil metuentibus ſuperveniebant ex inopinato, cæſisq; non paucis eorum, cæteros ſubjiciebant ſibi, usq; ad mare ſeptentrionale, atq; occidentale.* Liquet ſimul ex his verbis, antequam ſubjicerentur Suecis per Birkarlos, fuiſſe belli alicujus inſtar inter Suecos Lapponasq;; quoniã inducię hic nominantur, ſed & in antecedentibus de Rege Magno dicebatur, *att han icke kunne them vvinna, under kronan*, h. e. *quod ſubjicere ipſos nequiverit coronæ.* Ac fortaſſis hoc eſt, quod attendit Zieglerus, cum de ipſis ſcripſit: *Gens validiſſima eſt, & diu libera fuit, & arma ſuſtinuit Nordvegiæ Suecięq;, donec conceſſit tandem ſub imperium.* Quanquam quod Zieglerus putat factum virtute Lapponum, id nos arbitramur contemptum eorum fuiſſe. Ita ſane vidimus feciſſe Moſchovitas, qui & ipſi ſunt eorum vicini, nec putaſſe dignos propter rerum omnium inopiam, in quos ſubigendos bello juſto, ſumptus facerent. Nec de Suecis aliter cenſendum, quod apparet facile, quia poſt ab una tantum parochia Birkarlorum ſunt ſubacti. Neque ideo ſubjicere Coronæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

næ Magnus Rex nequibat, quod validiores essent Lappones Suecorum viribus, verum quod ad subigendos eos integro cum exercitu impensas facere inutile videret. Victi ergo Lappones dolo astuque à paucis privatis, & privata impensa, circa Annum Christi MCCLXXVII. atque ita victi, ut deinde obedire Birkarlis, & per hos Suciæ Regibus compellerentur. Utrum vero ita victi omnes, illi etiam, qui trans montes Norvegiæ versus Oceanum tenuere littora, & Finni, seu Lappfinni sunt vocati, haud satis manifestum est. Nisi quis ex eo colligat, quod in Schedis antea laudatis memorentur, subacti ad *septentrionale juxta atque occidentale mare*. Quicquid vero sit de hac re, illud caret dubio, quod primi fuerint Sueci, qui gentem Lapponum subjecere. Ipsorum postea secuti exemplum cæteri vicini, partemque aliquam vindicarunt sibi Norvagi, partem Moschovitæ. Ita factum, ut deinde tribus diversis subesse Regibus cogerentur. Andreas Buræus: *Lappones nostro sæculo tribus parent regibus, Sueciæ videlicet, Norvegiæ & Russiæ.* Petrus Claudi in descriptione Norvegiæ: *Nu ære Siæfinnerne den Norske Kronen undergifvven, och Fielldefinnarne ære tre kongar skattskylldige*: Hoc est: *Nostro tempore Finnones maritimi Coronæ Norvegiæ sunt subditi, at vero Finnones montani tribus regibus tributa pendere coguntur.* Sed de cæteris solliciti non sumus. De Suecis constat, quod aliquot retro sæculis imperium habuerint dimidium inde à Tidisfiorden usque ad Walangar, in Lappofinnos etiam, seu Finnones maritimos. Quod tradit etiam Rex Carolus Nonus in mandato à se dato Legatis ad Regem Daniæ. *Det ær nogsampt bevviisligit, att Svveriges Crono hafvver af aolder ifraon Titisfiorden och till Walanger hafft halfparten uthi all rættigheet, sao vvæll andelig som vverdzlig, baode uthlagor, saakfall, landfolk, Fiskerij liika emoot Dannamarks och Noriges Crono.* Hoc est: *Demonstrari sufficienter potest, Coronam Sueciæ inde à temporibus antiquis à Titisfiorden usque ad Walanger habuisse partem dimidiam omnium Iurium, tam sacrorum quam civilium, sive tributa, sive pœnas, homines, piscaturas concernant, in respectu ad coronas Daniæ Norvegiæque.* At vero à Malanger ad Waranger usq; tenuere tertiam, unam vindicantibus sibi Norvegis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

alteram Moſchovitis uſque ad annum M D XCV. quo à Moſchovitis per pacta publica ipſorum quoque partem conſecuti ſunt. Cætera montana & viciniora poſſederunt ſemper ſoli, atque etiam nunc poſſident, inque colonos eorum inde à temporibus Magni Ladulaos per annos quadringentos circiter imperium exercent. Fuit autem ea ratio imperii hujus ab initio, ut ex pollicitatione Regis Magni, Lapponibus præeſſent Birkarli, tributa & id genus eis imponerent, exercerent cum ipſis commercia, omnesque ex ipſis caperent utilitates. Regi vero quotannis in ſignum poteſtatis ſupremæ, darent certum pellium numerum. Sic enim habet ſæpe laudata ſcheda Buræana. *Birkarlarna ſingo ſao breef af Kong. M. att the skulle hafvva Lapparna, ſom än tao bodde uth med Bottnen, med allan skatten och Laxfisken, allenaſt att the goffvvo kronan naogra timber graoskin till een vvederkännelſe.* Hoc eſt: *Birkarli impetrabant litteras à Majeſtate Regia, quibus Lappones, qui tum adhuc habitabant ad littora ſinus Bothnici, tradebantur poteſtati eorum, cum tributis omnibus & piſcatura Salmonum, modo in ſignum ſubjectionis Coronæ darent certum numerum pellium ex ſciuris griſeicoloris.* Atque hoc jam eſt, quod dicit Olaus Magnus lib. IV. c. 10. de Lapponibus. *Præſides communi plebis conſenſu Bergchara, id eſt, viros montium appellatos, habent & venerantur, quibus etiam pelles pretioſas, piſciumque multa genera, tam vice tributorum Regi Sueciæ pendenda, quam propria liberalitate donata pendunt.* Vocat Præſides Lapponiæ Birkarlos iſtos, propter cauſas, quas ſuperius attulimus. Neque habuerunt ea tempeſtate alios, per quos regerentur nomine publico, ut conſtabit ex ſequentibus. Et ideo Zieglerus ait appellatos eſſe reges. *Præſidem*, inquit, *eligunt propriis arbitriis, quem Regem vocant, verum Rex Sueciæ jus adminiſtrationis donat. Is veſte rubra induitur*, hoc eſt, *ipſi inſigne regium.* Non eſt alius hic præſes, quam unus ex Birkarlis cæteros auctoritate præſtans. Quod apparet, quia veſte rubra dicit indui. Nam Olaus manifeſte de Birkarlis poſt ſuperius allata verba. *Et hi rubro veſtitu præ cæteris agnoſcuntur.* Birkarlorum ergo unus aliquis ætate iſta præerat Lapponibus, ac fortaſſe ſolus ab initio, cum adhuc ad littora ſinus Bothnici eſſent conſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

constituti. Postea vero cum concessissent ad ulteriora, & in certas divisi essent Lappmarkias, singuli singulis. Quod ex eo colligo, quoniam Birkarli nominantur Luhlenses, Pythenses & Tornenses in litteris Gustavi Primi, imperantes Lapponibus. *The Birkarla uthaf Luhla och Pytha hafvva icke hoegre skatt gifvvit udaff dhe Lappar, som the raoda uthoefvver.* Hoc est: *Birkarli Luhlenses & Pythenses non dederunt majus tributum de Lapponibus illis, quos ipsi habuere sub suo imperio.* Item mox: *The Birkala som bœndes ære i Tornoe hafvva och gifvvit sao myckit.* Hoc est: *Byrkarli Tornæ habitantes & ipsi tantum dedere.* Fuerunt ergo Birkarli seu Birkali alii Tornenses, alii Pithenses, alii Luhlenses, ex quibus Lappones Pithenses suum, Luhlenses suum, & Tornenses suum deinde habuere præfectum, quem vocarunt Regem, rubra ornatum veste in signum potestatis, idque usque ad Gustavi Primi tempora, ut postea monstrabo. Et hæc forte causa, quod cum unum tantum nominet Zieglerus, Olaus loquatur tanquam de pluribus, nec Præsidem Lapporum memoret, sed Præsides. Præerant autem hi Lapponibus, consensu communi Lapponum electi nominative, si qua Zieglero, & qui sequi eum videtur, Olao Magno fides; verum ita, ut ipsius potestatem firmaret Rex Suecorum, esset que ei etiam Lapponiæ sue nomine subjectus atq; tributarius, sicut indicat Zieglerus, & ostendit evidentius scheda Buræana, uti vidimus. Quærat aliquis hoc loco, qui sint fuerintve hi Birkarli, per quos sibi Suecia Lapponiam subjecerit. In Scheda Buræana nominantur *Birkarlarna, som bodde i Birkala sockn.* Hoc est: *Birkarli habitantes in Paræcia Birkala.* Longe aliter Olaus Magnus, nam appellat *Bergchara*, & interpretatur *viros montium*, à *berg* videlicet, quod *montem*, & *charar*, sive *karar*, quod *viros* denotat. *Præsides*, inquit, *communi plebis consensu Bergchara*, id est, *viros montium, appellatos, habent.* Quæ vero appellationis hujus causa sit, non addit, neq; nobis promptum, divinare. Quin imo vix impetrat, ut credamus, recte ita dici. Unde enim ita vocarentur, & à quibus montibus? Non enim à montibus Norvegiæ ubi habitabant nulli, præsertim illa ætate. At præter eos nō sunt, alii, unde potuissent dici. Ad hæc Birkarli fuere subditi Regis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Sueciæ, & ex Suecia soliti accedere ad Lapponas. Postremo repugnant monumenta publica in quibus nunquam sunt *Bergeharli*, ut Olaus vocat, sed *Birkarleboa*. Instar omnium sint litteræ Canuti Joanson, Sueciæ Dapiferi, anno M CCC XVIII. exaratæ sermone Latino, in quibus manifeste sic habetur. *In perlamento Telgæ habito inter Helsingos ex parte una, & Birkarlaboa ex parte altera in præsentia nostra taliter extitit placidatum.* Et non multo post. *Ab his tamen, qui illic ad habitandum loca susceperunt, sive Birkala fuerint, sive alij* &c. Idem: *Extitit placidatum, quod homines sylvestres & vagos, vulgariter dictos Lappa, in suis venationibus nullus debeat impedire, nec etiam præfatos Birkarlaboa, ad eosdem Lappa accedentes.* Birkarli ergo non sunt viri montium, quod volebat Olaus. De Birkala Parœcia res est certior, cum eam Tavastiæ parochiam faciat Olaus Petri Niurenius, occurratque hodieque notata in tabulis Geographicis. Quod autem Birkarlos nominet non una solum in Parœcia Gustavus Primus in superius allatis litteris, sed in pluribus, nec Birkala, sed Luhla, Pitha, Torna nominatis, id ex eo fit, quoniam ex Birkarlis Tavastiæ deinde oriundi quidam, iique certi, per illa oppida constituti, qui præessent Lapponibus & comercia cum iis exercerent. Qui cum soli fas habebant commercia colere cum Lapponibus, inde à Buræo dicti mercatores. *Vbi etiam mercatores*, ait, *quos Birkarlos nominari dicebamus suas exponunt merces.* Quando ait, *dicebamus*, ad priora respicit, ubi sic de ipsis: *Bothniæ coloni, ii præsertim, quos Byrkarlos vocant, quæ Lapponibus aliisque sunt necessaria, à mercatoribus illuc navigantibus æstivo tempore coëmunt, hyberno autem cum lacus & flumina congelata sunt, ea in Lapponiam exportant.* Habes hic Birkarlos, revera mercaturam exercentes, resque Lapponibus necessarias illuc ex pagis oppidisve Bothniæ deferentes, nec unius Parœciæ tantum, sed totius Bothniæ colonos. Nisi arbitramur primum habitasse Birkala Parœciam, post transiisse ad ulteriora, & in cunctis sive pagis, sive oppidis servasse Jura sibi, quæ ab initio à Rege Magno impetraverant. Videlicet, ne quis præter ipsos in potestate sua haberet Lapponas, tributa exigeret ab ipsis, cum eis exerceret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

erceret commercia, & quæ alia ſunt hujus generis. Quæ in Lapponas Jura ſervaſſe longo tempore eſt certum. Quod cognoſcitur ex litteris Canuti Joanſon ſuperius prolatis, atque Regis Magni Smeck ætate ſcriptis, quando iis litteris cavetur, *ne quis Birkalaboæ impediat ad Lappa accedentes, apud ipſos commorantes, vel ab ipſis demuo cum ſuis rebus revertentes.* Quin imo hoc ita manſit, uſque ad Guſtavi Primi tempora, cujus extat contractus cum Birkalis Anno M D XXVIII. Upſaliæ Aprilis prima die factus, de tributis Regi pendendis. *Om then rætan Cronan skulle aohrliga hafvva uthaf them, foer then foerdeel och vvilckor the hafvva uthaf Lapparna.* Hoc eſt, *de reditibus, qui Coronæ quotannis debentur ab ipſis, pro commodis & utilitatibus, quas habent à Lapponibus.* Non enim alia hæc commoda ſeorſum pertinentia ad Birkarlos, quam fluentia ex Juribus peculiaribus, quæ uſurparunt per tot annos inde à Magni Ladulaos temporibus. Fueruntque illa Jura iſtiusmodi, ut tranſirent à parentibus ad liberos, nec gaudere quiſquam iis, niſi natus ex Birkarlis, poſſet. Quod ſat docent illæ ipſæ litteræ Guſtavi, quibus ait: *Och haffvve vvii them lofvvat och tillſagt, och med thet tavvaort oepne breef lofvvom och fullkomliga tillſæiiom, att the maoge niuta och behaolla the vvellkor oefvver foerbemælte Lappar, effter thenne dagh, ſom the och foerældre foer them i foertiiden nutit och behaollit hafvva.* Hoc eſt: *Et promiſimus pollicitique ſumus ipſis, uti per præſentes haſce litteras promittimus, pleneque pollicemur poteſtatem retinendi jura in prædictos Lappones poſt hunc diem, qualia & ipſi, & ante ipſos majores eorum uſurparunt atque habuerunt.* Nominatim dicit, Birkarlorum majores certa habuiſſe Jura in Lapponas, ab ipſis accepiſſe liberos eorum. Quæ proinde Jura ſimul cum Jure transmittendi ea ad liberos poſterosque Rex Guſtavus ipſis confirmavit, eo tantum immutato, ut tributi nomine darent alterum tantum, quantum olim conſueverant. Memorat hoc idem Scheda Buræana, quæ auctorem habet Dominum Andream, Paſtorem ſive Parochum & Præpoſitum Pithenſem. Nam ſic habet, poſt explicationem artis qua Birkarlus unus Lapponas nocturno tempore aggreſſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

greſſus circumvenit: *Och hade han ſao all ſkatten under ſigh, och hans barn effter honom, in till i Konungh Guſtafs tiid.* Hoc eſt: *Ita ipſe occupabat omnia de eis tributa, & ipſius liberi poſt ipſum, uſque ad Guſtavi Regis tempora.* Et hoc quidem Birkarlorum, ſub Regibus Sueciæ tamen, eſt imperium in Lapponas, quæſitum ſolertia, firmatum auctoritate Regia, ſervatum in ſola iſta Birkarlorum gente, propagatumque ad liberos per tria ſæcula propemodum, donec Rex Guſtavus Primus abolevit. Cauſa fuit nimia quorundam ex Birkarlis inſolentia, quam pepererunt opes, & oppreſſio ſui generis pauperiorum. Quod nos rurſum docet ſcheda Buræana. Ita enim memorat: *Der aff blefvve theſſe Birkarlarna ſvvaore, mæchtige, och riike, gofvvo them fattigom allenaſt een ſmutt, och togo ſao bæſta haofvvorna. Thetta foertræt them fattigom, och gingo ſao till, och klagade fær Konung Guſtaf. Han læt inſættia Hinrich Larſon i Tornæ, och taga myckit af honom. Och togh ſao Konung ſielf ſkatt af Lapparna, och læt them frid koepslaga med Lapparna.* Hoc eſt: *Hinc* (quia ſoli Lapponas in poteſtate ſua habebant, & commoda ex iis, aliis excluſis omnibus) *Birkarli illi fiebant graves aliis, ut potentes, & nummoſi, pauperibusque dabant quisquilias, ſibi ſervabant optima. Quam rem ægre tulerunt pauperes, ipſosque accuſarunt apud Regem Guſtavum. Itaque Guſtavus Hinricum Laurentij conjecit in carcerem, bonis eum multavit plurimis, denique ipſe à Lapponibus accepit tributa, cumque ipſis exercere commercia permiſit omnibus, qui vellent.* Fuit is Hinricus Laurentii haud dubie præcipuus ex Birkarlis ætate Guſtavi Regis, ac fortaſſe frater Davidis Laurentii, qui nomine Birkarlorum una cum Nicolao Jonæ Anno M D XXVIII. pactum iniit cum Guſtavo Rege de tributo cæterisque, ut ſuperius commemoratum eſt. Unde intelligitur, hæc aliquanto poſt à Guſtavo fuiſſe conſtituta, & in tempora incidere recentiora finem imperii, Juriumque, quibus uſi hactenus fuere Birkarli. Non autem recte tantum Juribus & privilegiis privati ſunt, quæ uſurpabant iniquiſſime, atque ad oppreſſionem aliorum, ſed & provide & circumſpecte cum ratione potentiæ, quæ conceſſa erat nimia privatis paucis in

tantam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tantam hominum multitudinem, & tam ſpacioſum regni tractum, tum ratione opum, quarum uſus magis erat neceſſarius Regi occupato in ejiciendis hoſtibus patriæ, ac ſtabilienda libertate publica, quam iniquis paucis atque impotentibus Birkarlis. Finito igitur ſic Birkarlorum imperio, quorum ſinguli in ſingulis Lappmarkiis erant Præſides, Regioque nomine à Lapponibus honorabantur, Rex Guſtavus Primus illuc miſit Præfectos Lapponicos, qui tributa debita exigerent, & cætera Regio nomine ibi expedirent. Hi Præfecti Suecis *Lappfougder*, Lapponibus *Konunga Olmai*, hoc eſt, *Regis viri* ſunt vocati. Occurritque mentio eorum in litteris Guſtavi Primi Anno M D LIX. conceſſis Domino Michaeli, primo ſacerdoti Lapponico, ubi verba ſic ſe habent: *Biudandes foerdenskull hær med alle ther i foerbemælte Lappemark, ſao vvæll Lappefougtarne, ſom andre.* &c. Hoc eſt: *Præcipimus igitur cunctis in dicta Lapponia verſantibus tam Præfectis Lapponum, quam cæteris.* Videntur hi ab initio fuiſſe ſoli, poteſtatemque habuiſſe omnium negociorum publicorum, ut liquebit amplius ex ſequenti capite, neque tributa ſolum collegiſſe, ſed & jus dixiſſe Lapponibus; verum poſtea diviſa tota in certas partes, Lapponia per Carolum Nonum, & rebus ibi meliori ratione ordineque compoſitis, adſociatos eis alios, qui cognoſcerent cauſſas, alios, qui citarent reos, alios, qui alia obirent munia. Donec tandem veniretur ad hanc faciem, qua ſe hodie habet ratio reipublicæ apud Lapponas. Ubi poſt Regem habent primo ſuum Judicem Provincialem, Suecis, *Lagman*, dictum. Ordinis Senatorii virum & vicarium illius, *Vnderlagman*, legumque interpretem, *Laglæſaren*, & nonnullos alios, qui cognoſcunt cauſſas, & Jus dicunt. Deinde Præſidem Provinciæ, *Landzhæfdingh*, cum Præfectis Lapponicis *Lappafougten* & eorum miniſtris *Landzmæn*, qui expediunt negotia cætera, decretas à ſontibus pœnas ſumi faciunt, colligunt tributa, pacem ſervant publicam, & quæ alia ſunt hujus generis, procurant. Et hic quidem ſtatus publicus eſt apud Lapponas ad hunc diem, hoc ordine modoque à Suecis reguntur.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. XIII.

De Iudiciis apud Lapponas & tributis.

QUæ ratio ſit reipublicæ apud Lapponas, quo ordine, & à quibus regantur, ſupra demonſtratum eſt: Veniamus nunc ad res negociave, quæ per iſtud regimen curantur. Ea vero potiſſimum ſunt duo, quorum alterum ſpectat ad judicia, alterum ad tributa. De judiciis invenio pauciſſima. Reges ea, cum adhuc gens eſſet ſui juris, habuiſſe ſua in poteſtate, ac exercuiſſe videntur. Poſtea cum præſides haberent Birkarlos, ipſorum ab arbitrio pependiſſe. Zieglerus ſane nullos novit judices apud ipſos, ſed ſi controverſiæ fuiſſent ortæ, veniſſe ſcribit in Sueciam. *Populares*, inquit, *veniunt in Sueciam pro cognitionibus dubiarum cauſſarum.* Puto agere de controverſiis majoribus, & de quibus Birkarli cognitionem facere vel non poterant, vel non audebant. Quanquam hæ exiſterent rariſſimæ, cum vitia graviora, furta, rapinæ, cædes, adulteria, & id genus apud Lapponas fere ſint ignota, nec æs alienum ſumat quisquam, aut offerat, dum ſuis rebus vivunt ſinguli contenti, quæ præcipuæ ſunt cauſſæ controverſiæque, quibus fora omnia per gentes cæteras replentur. Unum eſt impietatis magicæ flagitium, quod jam olim prohibitum apud ipſos, & punitum. Ita colligo ex verbis Olai Magni, quando ait lib. III. c. 16. *Sed hæc gens aquilonaris, arte hac poſt ſuſceptum Chriſtianiſmum legis coërcitione nunquam in aperto viſa eſt uti, nec aliis eam ſub vitæ periculo tradidit in diſciplina.* At vero poſt, cum Guſtavus primus ſubmotis Birkarlis, dediſſet eis præfectos proprios, tum & inſtitutæ majori cura, diligentia, ordine, cognitiones cauſſarum, & exercita judicia. Imprimis autem Regem Carolum Nonum obſervo, dediſſe operam, ut docerentur leges Sueticas, & ad ipſarum præcepta, quantum poſſet, vitam inſtituere aſſuefierent. Ita namque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

na mque habet instructio pro quodam Laurentio Laurentii, præfecto Lapponiæ, data Holmiæ die 10. Octob. Anno MDCX. à dicto Rege. *Wii Carl &c. foerordne denne vvaor tiænare, Lasse Larsson, att han fougde uthoefvver vvaore undersaotare och Lappar, baode i Vma, Pitha, och Lula Lappmarcker vvara skall. Och skall han &c. desliikes haolla Lapparna vvidh Svveriges Lagh och rætt, alldeles efter dhen trychte laghbook, som vvii honom medh gifvvit hafvve, och icke laota them i nao gon maotto æfvver vvaold eller orætt vvederfahras.* Hoc est: *Nos Carolus &c. constituimus hunc ministrum nostrum, Laurentium Laurentii, ut sit subditorum nostrorum Lapponumque, in Vhma pariter & Pitha Luhlaque Præfectus. Qui proinde Lappones regat ad normam Legum Sueticarum prout continentur in libro typis edito, quem ipsi damus, neque patiatur illis fieri injuriam, aut vim, ullo modo.* Hodie fora habent triplicia, & præfectos tres, qui negotia in eis expediunt. Johan. Tornæus: *Vthi trenne Lagsagur æro Lappmarckarne foerdelte den foerste ær Anundsioe, eller Angermanne Lappamarken, den andre ær Vhmeao, Pithæa, och Luleao Lappmarckar; den tridie Torneao och Kemi marcker. Dæsse hafvva dheras fougdar, som pao Cronones vvægnar i nærvvaru af domaren och præsten hvvariom och eenom rætt skepaskall.* Hoc est: *Lapponia omnis divisa est in tria fora Iudiciaria. Vnum Anundsiænse vel Angermannicum, alterum Vhmense, Pithanse, & Luhlense; tertium Tornense, & Kiemense. Hæc suos singula habent præfectos, qui nomine Coronæ in præsentia Iudicis & Sacerdotis, singulis jus dicere tenentur.* Ubi nota, præfectis jungi Sacerdotes, credo, ut eorum auctoritate ab omni incuria facienda deterreantur. Quibus anni temporibus judicia hæc olim habita, non invenio quidem, suspicor tamen factum, cum celebrarentur fora rerum venalium, & frequentes convenirent ad expedienda alia negotia. Id quod bis solebat fieri quotannis ex institutione Caroli Noni, semel hyeme, iterum æstate. Nunc fit mense Januario & Februario. Tornæus: *Hæc fora suos singula habent Præfectos, qui nomine Coronæ (alla aohr, uti Ianuarii och Februarii maonader) quotannis in Ianuarii Februariique mensibus jus dicere tenentur.* Habebantur autem habenturque iis ipsis in locis, qui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

bus fora nundinæque, quæ in qualibet Lappmarkia ſunt certæ definitæque, ut oſtendam in ſequentibus. Venio ad tributa. Hæc initio fuere pelles ferarum, quas dabant non tam Lappones, quam Birkarli, neque ideo, ut ex iis fructus dignus perveniret ad Coronam, quam ut ſignum eſſent ſubjectionis, qua Birkarli illi nominati Lapponum cauſſa Sueciæ Regno erant obligati. Scheda Buræana tantum *naogra timber graoſkin* nominat. *Graoſkin* autem pelles ſciurorum ſunt, coloris griſei, quali ſolent eſſe omnes tempore hyberno, *Timber* vero notant numerum earum pellium, quadragenarium videlicet, cum timber quodlibet pelles habeat quadraginta in funem unum collectas. Faſciculos hujusmodi quot dederint Birkarli, ſcheda iſta non declarat. In pacto tamen, quod cum ipſis iniit Guſtavus Primus, tantum nominantur octo, id eſt pelles trecentæ ſexaginta, Lapponia Luhlenſi ac Pythenſi, totidemque ex Tornenſi, additis utrobique pellibus duabus ex martibus. *The Birkala uthaff Lula och Pytha hafvva icke hægre ſkatt giffvvit Cronan i foerledin tiid, æn VIII. timber Klockvværk, och II maordſkin uthaf dhe Lappar ſom the raoda uthoefvver, och the Birkala ſom boendes ærei Tonæ, hafvve och giffvvit ſao myckit, ſom foere ſkrifvvit ſtaor, foer theris Lappar.* Hoc eſt: *Birkarli Luhlenſes & Pythenſes tributum majus non pependerunt Coronæ ſuperioribus temporibus, quam faſces octo, quos appellant timber pellium de ſciuris, cum duabus pellibus de martibus. Idem dedere Birkarli Tornæ habitantes, quilibet de Lapponibus poteſtati ſuæ ſubjectis.* Atque hoc tributum, cujus mentionem facit Zieglerus in Lapponia ſua, ubi ait: *Gens Lapponum tributum pendit pretioſas ferarum pelles.* Nam & paulo poſt ipſius tempora, & ſub Guſtavo Primo, ita res ſervata, tantum ut is pellium numerus duplicaretur. Ita enim legitur in ſupra memorato pacto cum Birkarlis: *The Birkala uthaf Luhla och Pitha ſkulla aohrliga giffvva XVI. timber Klockevværck, och IV. maordeſkin efter dhenne dagh, och ſao myckit dhe Birkala af Tornæ pao ſine ſiido, ſao att ſumman blifvver tillhopa XXXVII. timber Klockevværck, och VIII. maordſkin.* Hoc eſt: *Birkarli Luhlenſes Pithenſesque, dabunt quotannis faſces XVI. quos appellant timber pellium de ſciuris, & pelles IV. de martibus poſt hunc diem, idem facient Birkarli Tornenſes de ſua parte, ſic*

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ut summa tota sit XXXVII. fascium, pelles de sciuris continentium, & pelles VIII. de martibus. Pactum hoc firmatum fuit An. 1528. quo proinde anno tributum, quod Birkarli quotannis debebant, primum auctum est ac duplicatum. Posteaquã vero Birkarli Juribus suis privati, ex causis, quas attulimus in præcedentibus, & per suos præfectos Rex à Lapponibus ipsis petere tributa instituit, tum in his quoque aliqua mutata esse, vero consentaneum videtur. A. certe MDCII. res deducta eo, ut loco pellium, decimum quemque rangiferum, item ex siccatis piscibus, decimum quodque pondo darent nomine tributi. Quod apparet ex mandato Regis Caroli dato Lapponum Præfectis, Olao Burman, & Hindrico Benegtson, Holmiæ die 22 Julii nominati anni. Diciturque hoc sic constitutum ideo, *effter Cronones under saother uthi Lappmarken hær till dags icke hafvva hafft naogon vviss ordningh opao theras uthlagor, effter hvvilken thee sigh hafvva Kunnat rætta, eller vvetterligen vvethe, hvvad foer pertzeler, eller huru miickit hvvar och een utgioera skulle.* Hoc est: *Quoniam subditi coronæ in Lapponia, in hunc diem non habuerunt legem certam suorum tributorum, secundum quam se possent regere, vel certe scire, quæ ipsis species, & quanto quisque numero pendere eas cogerentur.* Videntur nimirum inde à Gustavi Primi temporibus exegisse per Præfectos suos à Lapponibus, modo pelles, modo alia, prout quodque usibus præsentibus magis esset necessarium. Per mutationes vero istas frequentes, onus tributorum factum gravius, præbitamque occasionem Præfectis, sua procurandi commoda sub titulis publicis, dum Lappones ignari omnes incertique sunt, quid non dare teneantur. Constitutum ergo, ut prædicti Præfecti, *skole uthfordra och upbæra af Lapparne, hvvart tiionde styke af theras reenar, saosom och hvvart tiionde lispund aff allehanda slags torrfiske, som the bruka och bekomma Kunne. Hvvilke reenar och torrfisk, them skall uthi deras rætte aohrlige utlagor reknade bliffvve, och inge andre smao pertzeler, anten uthi skinnvvarer eller annat, som hær till skedt ær, skall hær effter af them i skatt uthfordras.* Hoc est: *Exigant & accipiant à Lapponibus decimum quemque ex ipsorum rangiferis, & decimum quodque pondo piscium exsiccatorum,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quibus utuntur. Hos rangiferos & piſces exſiccatos, fore vera ipſorum tributa quotannis ferenda ipſis in accepto, non alias ſpecies minutas de pellibus & ſimilibus rebus, quas nemini fas eſſe debeat in poſterum ab eis exigendi. Sed nec iſta ratio ſervata diu eſt, fortaſſis quod aſperior videretur, quam ut ſine damno Lapponum, quorum greges nimium exhauriebat, poſſet exerceri. Ergo quadriennio poſt, nimirum Anno M DC VI. conſtitutum, *att aff hvvar gill Lapp, ſom ær kommen till ſin ſiuton aohr, ſkall upphæras anten tvvao oxereenar, eller tree vvaiior, eller och otte pund torr fiſk, och dher brede vvid, hvvar tiionde reenkalf af yngſlet, och hvvar tiionde tynne fiſk affiſkeriit*, h. e. *, ut de quolibet juſto Lappone, qui ad annum ætatis venit decimum ſeptimum, accipiantur aut rangiferi duo ſexus maſculini, aut tres, ſexus fœminini, aut pondo major a octo piſcium exſiccatorum. Item decimus quisq; hinnulus de rangiferis domeſticis, & decima quæque tonna piſcium de piſcatione.* Non autem Lappones ſolummodo, ſed & Birkarli eo conſtitutum anno, ut titulo vectigalis tribuerent Coronæ *hvvart tiionde ſkin, och hvvart tiionde liſpund fiſk.* Hoc eſt: *Decimam quamque pellem & decimum quodque pondo piſcium*, quotquot ex ipſis ad conventus nundinasque Lapponum eſſent acceſſuri, negotiationeſque ibi ſuas exercituri. Quod ſi qui ex his rangiferos haberent, decimum quemque eorum dare ſunt compulſi. Imperatum enim Præfecto, exigendi *aff the Birkarlar, ſom reenar hafvva, hvvar tiionde rheen.* Hoc eſt: *Ex Birkarlis, qui rangiferos habent, decimum quemque.* Et hæc quidem conſtitutio ſervata longius, repetitaq; de novo ab eodem Rege Carolo Anno M DC X. Hodie tributa eorum conſiſtunt tribus in rebus, nummis, rangiferis, & pellibus formatis in uſus certos, vel non formatis. Hæc tributa pendent pro ratione territoriorum, quæ ab ipſis inſidentur. Quorum quæ ſunt optima & ſpatioſiſſima, dicuntur *een heel ſkatt* ſingula, id eſt, *integri tributi, ſive juſti*, quæ vero deteriora, *een half ſkatt*, id eſt, *tributi dimidii*, atque ſic deinceps. Qui ergo poſſidet territorium integri tributi, eum annis ſingulis oportet dare nummos imperiales duos. Samuel Rheen: *Lapparnas ſkatt ær foerſt tvvao Richsdaler in ſpecie, hvvilken the kalla ſkattadaler, den maoſte hvvar*

Lapp

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Lapp uthgioera , ſomſkattar een heelſkatt. Hoc eſt: *Tributum Lapponum primo ſunt imperiales nummi duo in ſpecie (ut appellant) quos vocant ſkattadahler , eos dare cogitur quilibet* qui pendet integrum tributum. Iohann. Tornæus: *Dhenſom drager een heelſkatt giffvver tvvao Rikſdahler om aohret till Cronan.* Hoc eſt: *Qui pendet integrum tributum, is quotannis Coronæ duos imperiales dare tenetur.* Qui vero minus poſſidet, ac tantum tributi dimidii, habet prædium, is ſolvit nummum imperialem unicum. Idem: *Andra uthgioera een Richſdaler, ſom ſkatta een half ſkatt.* Hoc eſt: *Alii unum dant imperialem, quorum tributum eſt dimidium.* Jam quia evenit non raro , ut ſint quidam deſtituti nummis imperialibus, ideo eorum loco pelles præbent, aut piſces. Pelles fere ſunt aut vulpium, aut ſciurorum. Horum quinquaginta æquiparantur imperiali uni , illorum una cum calceis Lapponicis duobus. Piſces ſunt ſiccati, quorum bina pondo ſimiliter imperialis vicem præſtant. Verum pondo quodlibet ſupra vulgarem conſuetudinem libras quinque adjectas debet habere, quia fere cuilibet tantum decedit, priuſquam recte piſces fuerint exſiccati. Atque pondo tale cum augmento ſuo vocant *Skattpund*, id eſt, *pondo in tributo dari ſolitum.* De rangiferis ſuis offerunt decimas, quas præbent non familiæ ſingulæ ſed pagi. Sæpe laudatus ſcriptor: *The givva tiiondereenar, hvvar reen beræchnat foer tree daler ſoelfvvermynt, theſſe reenar uthgioera the af hvvario by , och tcke af hvvar familia, uthan hvvar by ær taxerat, huru maonge reenar the ſkole utgæra* Hoc eſt: *Decimas rangiferum dant, quolibet rangifero æſtimato pro thaleris tribus monetæ argenteæ. Hos rangiferos dant de pagus ſingulis, non familiis, eo numero qui eſt conſtitutus, quantum pagus quilibet rangiferorum teneatur præbere.* Quod hic additum eſt de pretio rangiferi cujuslibet, eo ſpectat, ut ſi quis pro ipſis animalibus malit nummos dare, id ei liberum ſit, neque exigi amplius poſſit. Tertium quod præbent, ſunt decimæ pellium. Quilibet enim paterfamilias dare tenetur vel pellem unam vulpis albi , vel paria duo calceorum Lapponicorum, vel ſi hiſce careat, pondo dimidium exſiccatorum luciorum. Idem: *Lapparna goera i tionde till cronan antin-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

gen tvvao par ſkoor, eller een hvviit ræf, eller ett halft pund giæddor. Hoc eſt: *Lappones decimarum nomine dant coronæ vel duoparia calceorum, vel pellem unam vulpis albi, vel pondo dimidium luciorum.* Atque hæc tributa ſunt, quæ quotannis pendentur Coronæ à Lapponibus, quorum tamen pars ex indulgentia & conſtitutione ſingulari Regum cedit in uſus ſuſtentationemque ſacerdotum apud Lapponas, ut loco alio eſt indicatum. Quia vero, quæ ſic dantur à Lapponibus, ingenti maris terrarumve ſpatio ducenda eo, ubi adhiberi debent ad uſus Coronæ neceſſarios, ideirco conſtitutum, ut quisque tributo ordinario addat par calceorum, quod appellant *Haxapalcka*, id eſt, *pretium transvectionis.* Samuel Rheen: *Foeruthan detta gifvva Lapparna ett par Lappſkoor i Haxepalcka, det ær ſkipſlego eller fracht, hvvar med frachten betalas foer Cronegodzet.* Hoc eſt: *Præter iſta Lappones dant par unum calceorum Lapponicorum in Haxepalcka*, id eſt, *conductionem navigii, aut pretium transvectionis, quo ſolvitur, quod pro transvectione ſpecierum ad Coronam pertinentium debetur.* Cæterum qui hæc tributa nomine publico colligunt, Præfecti Lapponum, Suetice *Lappefougdar* appellantur, inſtituti primum à Guſtavo Primo poſt ejectos Birkarlos, ſicut alibi eſt dictum. Mentio hujus muneris eorum fit cum alibi, tum in literis Regis Caroli Noni pro Olao Burman & Hindrico Bengtſon ſcriptis Anno MDCII. item aliis pro Laurentio Laurentii ſcriptis Anno MDCX. ubi manifeſte: *Sedan hafvve vvii och gifvvit honom i befalning, att han ſkall upbæra ſkatten aff Lapparna i foerebemælte Lapmarcken, alldeles effter then ordning ſom vvii An. 1606. dher pao hafvva goera laotet.* Hoc eſt: *poſtea ei dedimus in mandatis, ut exigat capiatque tributum à Lapponibus in prædictis Lappmarkiis, eo proſus modo, quem in ſtatuto cadere Anno 1606. confecto definivimus.* Cæterum hæc ſoli Regi Sueciæ tributa pendent. At præter ea, pendent & Regi Daniæ, & Magno Duci Moſchoviæ nonnulli. Cauſa, non quod tribus ſimul ſint ſubjecti regibus, ſed quod fruantur commodis quibusdam ex territoriis, ſpectantibus ad reges iſtos annis ſingulis. Adſcribam quæ de hac re habet Dn. Johannes Tornæus, ſed Latinis ſolum verbis: *Ex dictis Sueciæ Lappo-*

ni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ponibus, non omnes tum defuncti suo sunt officio, si uni regi pependerunt tributum, sed tenentur quidam pendere duobus, imo tribus, non quod omnes tres agnoscant pro Dominis suis, eorumque Iurisdictioni se subjiciant, sed quod in eorum territoriis libertatem habeant piscationis & venationis. Ex his sunt omnes Paræciæ Lapponiæ Tornensis, quæ habitant trans montes, quæ quia tempore æstivo fruuntur licentia deducendi pecoris sui ex jugis, calore nimio ardentibus, ad inferiora & vicina maris littora, ut possint sese recreare, simulque per occasionem eam piscandi, ideoque regi Daniæ tributum solent pendere, ad quem spectant illæ regiones, non tamen plus, quam dimidium ejus, quod pendere solent Suæciæ Regi. Dicit Paræcias transmontanas ad hoc teneri, sunt autem eæ Koutokeine, Aujouara, Teno, & Vtziocki, sicut docet in antecedentibus. Similis est conditio Lapponum Kiemensium, qui habitant in Enare Paræcia. Nam quia partim in territoriis ad Regem Daniæ, partim in territoriis ad Ducem Moschoviæ spectantibus venantur piscanturque, ideo præter Regem Sueciæ, his utrisq; etiam tributa pendent, Daniæ regi dimidiam, Moschoviæ Duci quartam partem ejus, quod Sueciæ Regi dare solent. Collectio vero facta olim quidem, quandocunque visum fuisset Præfecto, at post tempore hyberno. Quade re sic ait Andreas Buræus: *Hyeme, cum tributa ab illis exigenda sunt, certis quibusdam locis, certoque tempore quasi in hordas congregantur.* Ostendit certum ipsis significatum tempus quo deberent convenire tributi solvendi gratia in una markia hoc in loco, in alia alio. Nec in eo quid mutatum, donec instituerentur fora certa rerum venalium nundinæque solennes. Tum enim institutum, ut iis in locis, ubi haberentur nundinæ, illoque tempore, quo haberentur, solverent tributa sua, eaque ratio durat hodieque. Samuel Rheen: *Lapparna uthgoera sinskatt och tribut den tiiden marchnaden haolles, dao Cronones befallningzman dao kommer tillstædes, den att uppbæra.* Hoc est: *Lappones tributa sua solvunt eo tempore, quo celebrantur nundinæ, quando Coronæ Præfectus simul illuc venit, ad recipiendum illud.* Quod vero id sit tempus, apparebit ex iis, quæ mox indicabimus de nundinis ipsorum.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. XIV.

De Nundinis apud Lapponas.

AD negocia publica, de quibus actum hactenus, pertinent & commercia cum aliis. Ea quomodo temporibus priscis coluerint Lappones, non satis notum est. Refert Paulus Jovius, exposuisse merces suas, qui habebant venales, post consueviſſe abire. Lapponas ex eis sustuliſſe, quod placeret, ejusq; loco reliquiſſe pelles, facta utriusque rei æquissima æstimatione, sine ullo colloquio contrahentium. Verba ejus. *Lappones candidissimas pelles, quas armelinas vocamus, cum varii generis mercimoniis permutant, sic tamen ut omne mercatorum colloquium conspectumque defugiant, adeo ut mutua rerum venalium collatione facta, & relictis medio in loco pellibus cum absentibus & ignotis sinceriſſima fide permutationes transigantur.* Defugiſſe dicit colloquium & conspectum mercatorum, nempe quia sic descripserat in præcedentibus, *quod sit gens agrestis, supra quam credibile sit, suspicioſa, & ad omnis externi hominis vestigium navigiique conspectum maxime fugax.* Verum hoc revellit Zieglerus. Commercia, exercere quidem scribit sine colloquiis, id vero facere propterea, quod sermonem habeant diversum sermone populorum reliquorum, neque possint intelligi. *Commercia permutatione & pecunia, agunt mutuo (* lege *nutu) consensum tantum & nullo sermone communicato, atque istud non propter ingenii inopiam & mores brutos, sed quod linguam habeant peculiarem & ignotam vicinis.* Quando ait, *non propter ingenii inopiam, & mores brutos*, Jovii refutandi causa facere videtur. Atque stat à partibus Ziegleri etiam Herberstenius. *Nullus*, inquit, *illis aureæ & argenteæ monetæ usus, sola rerum permutatione contentis, & cum aliorum idioma non calleant, apud exteros muti propemodum esse videntur.* Itemque Olaus Magnus, qui de hac re ita lib. IV. cap. V. *Commercia rerum absque pecunia, bonæ & fideli permutationi inhærentes*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tes, mutuo consensu, nullo communicato sermone, quia gens multiplex est, fideliter agunt, non propter ingenii inopiam & barbaros mores, sed quod linguam habeant peculiarem, cæteris vicinis parumper ignotam. Eadem confirmat quoque Damianus à Goës: *Permutatione tantum*, inquit, *annonam & pecuniam, nullo sermone adhibito, sed solis nutibus agentes, acquirunt. Id solum accidit ob linguæ barbariem & asperitatem.* Sed de lingua Lapponum peculiari capite agemus. De commerciis apparet, quod ab ipsis olim sint exercita cum vicinis, sed sine colloquiis, solo nutu. Sed nec emptio ea fuit & venditio, verum sola permutatio. *Permutatione tantum acquirunt*, ait Damianus. Et Olaus, *commercia rerum absque pecunia permutationi inhærentes agunt.* Ut sit cogitandum, annon *permutatione nec pecunia* scripserit Zieglerus, non vero *& pecunia*, sicut legitur in mea editione. Permutationem sane solam debuerunt adhibere temporibus antiquissimis, cum non apud ipsos modo, sed vicinos etiam nummorum propriorum usus esset nullus. Quod ex Suecia intelligitur, in qua argentum signatum olim vel nullum, vel ex vicinis regionibus Anglia & Scotia præcipue, illatum, credo, quod cudendæ monetæ artificium ignoraretur. Quo minus mirum videri potest, si apud Lapponas nummi essent nulli. Sed nec sequentibus temporibus, & postquam sub imperium Birckarlorum concesserunt, usus aliquis nummorum esse apud ipsos potuit, cum illi soli sibi vindicarent commercia cum Lapponibus, nec emerent pecuniis, sed oblatis rebus aliis, quarum usus esset apud Lapponas. Denique ignorant Lappones ad diem hodiernum nummos, præter Imperiales integros aut dimidios. Johannes Tornæus: *Monetam Lappo aliam non novit aut capit, quam Imperialem, aut quæ pondere & specie dimidio est minor. Sit alius nummus cupreus, argenteus, vel aureus, nihili tamen pendit.* Non potest ergo diuturna nummorum notitia esse aliqua apud ipsos, cum Imperiales sint inventi recentioris, neque usurpati ante inventionem fodinæ in valle Joachimica. Lappones non alios novisse nummos, etiam testatur Samuel Rheen. *Lapparna achta inga andra penningar, an som Richsdaler, den the kallna foer twa lodh, sao att hoos dhem aer liika een Richsdaler, eller*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tvvao lood ſoelfvver. Hoc eſt: *Lappones non alios curant nummos, præter ſolos Imperiales, quorum ſingulos numerant pro duabus unciis argenti, ſicut apud ipſos idem ſit Imperialis unus, vel duæ unciæ argenti.* Liquet, Lapponas ſolos noviſſe Imperiales, ac ne hos quidem aliter æſtimare, quam ſi rude ipſis præberetur argentum tanti ponderis. Unde ſuſpicor, ne imperiales quidem vel habuiſſe olim cognitos, vel pro mercibus ſuis accepiſſe, priusquam nomine tributi dare ſingulos ſunt compulſi, de quo ſupra diximus. Quod noviſſimis demum temporibus demonſtravimus inſtitutum. Ut non ſatis intelligam, quid ſibi velit Damianus, quando ait, in verbis antea allatis, *permutatione tantum annonam & pecuniam acquirunt.* Ecquæ enim ea permutatio, qua acquiritur pecunia? Et quo tandem fine ſibi acquirerent pecunias, qui eis neque inter ſe, nec cum aliis uterentur? An & apud ipſum *nec pecuniam* legendum? Ut ſit ſenſus, non fuiſſe, aut eſſe ſollicitos de pecunia ſibi comparanda, ſed annona, rebusque ad victum neceſſariis. Quanquam ne hoc quidem verum ſit, quod nominatim tradit de annona, ut liquebit ex ſequentibus. Quicquid vero ſit de loco Damiani, permutatione quondam ſola uſos Lapponas in commerciis ſuis, certum eſt, ac ne hodie quidem cupidius expetere nummos, quam quantum ad ſolvenda tributa neceſſe eſt. Ideo Samuel Rheen, poſtquam nominaſſet merces, & earum pretia collata cum nummis: *Man ſkall achta, att foer ofvvan ſpecificerade vvaror, icke utgifvvas reda penningar, uthan dhe byta godz, emoot godz.* Hoc eſt: *Obſervandum pro prædictis mercibus non dari nummos, ſed merces permutari mercibus.* Apparet plane, hodieque permutationem apud Lapponas in uſu manere, ac rariſſime adhiberi nummos. Imo docet idem pecuniam vix exigi, niſi ubi vel Lappones, vel qui cum eis exercent commercia, quid habent venale, quod eſt generis non communis, verum ſingularis. *I fall*, inquit, *der borgaren eller Lapparna finna naogot godz, ſom dyrbart eller rart vvore, maoſte ſaodant med ſpecie mynt betalas.* Hoceſt: *Quod ſi vel mercatores, vel Lappones quid invenirent inter merces, quod eſſet pretioſius vel rarius, id nummis ipſis ſolutis comparandum.* Exercent autem hodie commercia non nutu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

nutu, ſicut olim, ſed vel ſermone, cum ſint multi, qui calleant linguas vicinorum, vel ſaltem per interpretes, quos inter ſe habent plurimos. Idem: *Nær the hafvva naogot att uthfoera hoos thet folck, ſom æra af andra nationer, hvvilckas ſpraock the intet foerſtao, bruka the tolckar, ſom i Lappmarken maonge Finnas*: Hoc eſt: *Si quid agendum eis cum diverſæ nationis hominibus, quorum linguam non intelligunt, interpretibus utuntur, qui ſunt bene multi in Lapponia.* Illi quibus cum commercia exercent, vicini fere ſunt, ab una parte Sueci & Norvagi, ab altera parte Finnones & Ruſſi ſeu Moſchovii. Neque factum aliter temporibus antiquis, niſi quod, cum eſſent ſub poteſtate Birkarlorum, hi ſibi ſolis jus commerciorum cum eis quærerent vindicare, præſertim Sueciæ vicinioribus, & quantum poſſent alios excludere. Id quod colligo ex ſcheda Buræana, qua docetur, Regem Magnum Ladulaos Birkarlis tribuiſſe poteſtatem in eos, cujus non exiguam hanc ſuſpicor fuiſſe partem, cum præſertim jura ſpecialia commerciorum, quæ Birkarli longo tempore habuerint à majoribus ſuis, memoret Guſtavus Primus, uti alias oſtendi. Innuit hoc quoque Carolus Nonus, quando eis prohibet, ne in Lapponia commercia exerceant ſuo more. Verba ſunt diplomatis Anno M DC II. publicati. *Sao vvele vvii och ingalunda hær efter tillſtædie laotha, att Birkarlarne, eller naogre andre, ſkola drifvva dheras Koepmanskap opi Lappmarken, med ſkin vvahror och annat, ſom hær till dagz ſkedt ær.* Hoc eſt: *Non permittemus in poſterum, ut Birkarli, aliique per Lapponiam commercia ſua exerceant, cum pellibus aliisve rebus, ſicut ad hunc diem factum.* Ante id tempus igitur Birkarli vel ſoli, vel præcipue commercia coluere cum Lapponibus, ita ut cum ſuis mercibus tenderent in Lapponiam, & eam omnem circuirent, pellesque præſertim colligerent, pro quibus deinde pecunias ſibi acquirebant plurimas. Atque hoc præcipue obtinuit ante tempora Guſtavi Primi, & ablatum Birkarlis imperium in Lapponas, unde ſcheda Buræana divites ait factos, & ſuperbos. *Birkarlarna blefvve ſvvaora, mæchtige, och riicke, gofvvo them fattigom allenaſt een ſmutt, togo ſao bæſta haofvvorne.* Hoc eſt: *Birkarli evadebant graves, potentes, & divites,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

pauperibus res dabant nauci, ſibi vero retinebant bona maxima. Neque potuit illorum artes omnes coërcere Guſtavus; utut enim cæteram poteſtatem in LAPPONAS ipſis adimeret, pergebant tamen exercere commercia hoc felicius, quod regionis conditionem, moresque populi magis cognitos haberent, quam plerique alii. Donec Carolus Rex Anno MDCII. illam omni tempore, ac per regionem univerſam vagandi licentiam prædicto diplomate ipſis eriperet, ſibique in uſus Coronæ pellium coëmptionem, ſi quas venales haberent LAPPONES, vindicaret, conſtituto ſimul certo pretio earum, atque rerum, quas viciſſim LAPPONES reciperent, ſi vellent. Verba diplomatis: *Hvvad ſkinnvvarur therfalla kunne, them ſkole foerbemælte Lappefougder vvara foerplichtade att obkoepa till vvaort bæſta, efter then ordning och vverderning vviither opao hafvva gioera laotit.* Hoc eſt: *Quicquid ibi reperiri poteſt pellium, id dicti Lapponum præfecti ut in utilitatem noſtram coëmant, obligati ſunto, ſecundum ſtatutum & pretium à nobis propoſitum.* Idem repetitum A. MDCX. niſi quod excipiantur pelles alcium, quæ ſine pretio in fiſcum redigi jubentur. *Lapparne ſkola vvara foerplichtade, till att oplaota och hembiuda fougden pao vvaora vvægnar alla dhe ſkinnvvahrur, hvvilcka han dhem betala ſkal af dhe vvaror, ſom till ſkinkoepet æro foerordnade. Men alle dhe elgzhuder, ſom han kan opſpana, der i Lappmarken vvara ſlagne, dhem ſkall han uthan betalning till vvaort behof optaga och dhen mao behaolla koethet, ſom diuret hafvver fælt, men huden ſkall komma os och Cronan till.* Hoc eſt: *Tenebuntur Lappones offerre Præfecto noſtro, noſtro nomine, omnes pelles venales, qui earum ſolvet pretium per merces, ad pellium coëmptionem deſtinatas. Omnes vero pelles alcium, quæ in Lapponia ſunt captæ, ſine pretio, in uſus noſtros capiet. Is qui cepit feram, carnes ſibi ut ſervet, licitum erit, at vero pellis ad nos & Coronam ſpectabit.* Hodie liberius commercia exercent cum aliis, atque illi quidem, qui in montium vicinia, quæ Norvagiam dividunt à Suecia, ſedem ſuam habent, cum Norvagis ſimul atq; Suecis, qui inde longius, cum Suecis ſolis, ſicuti hoc Sam. Rheen eſt proditum, qui magis verſus Aquilonem atq; Orientem cum Ruſſis etiam & Finonibus. Venio ad merces

quas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quas permutant, eas Jovius appellat *candidissimas pelles, quas Armelinas vocant.* Ziegletus memorat pisces. *Tantum superat captura* (piscium) *ut ejus plurimum condant in cetariis, & exportent in vicinas terras, Northbothniam & Russiam albam.* Sed sunt plures aliæ, *& pelles pretiosas* rectius hic nominat Olaus Magnus, generaliori ratione. Samuel Rheen hunc earum habet indicem: *Lapparnas vvahror æroreenar, reens hudar, svvarte, ræde, blao, och hvviita ræfvvar, uttrar, jærfvvar, maordar, bæfrar graoskin, vvargar, bioernar, muddar, stoeflar, skoor, handskar torre gæddor, reenoster &c.* Hoc est: *Lapponum merces sunt rangiferi, pelles rangiferorum, vulpium nigrorum, ruforum, cæruleorum, alborum, lutrarum, gulonum, mardurum, castorum, sciurorum, luporum, ursorum, togæ Lapponicæ, ocreæ, calcei, chirothecæ, lucii arefacti, casei ex rangiferis &c.* Hæc Lapponum mercimonia, quæ permutant cum argento, nummis imperialibus, panno laneo lineoque, cupro, aurichalco, sale, farina, pellibus boum, sulphure, aciculis, cultris, spiritu vini, & quod mireris, tabacco etiam, quod genus diligunt impense, uti alibi ostendi. Harum rerum omnium, ut supra vidimus, à Rege Carolo constituta pretia fuere, secundum quæ permutatio instituenda esset cum Corona. Duratq; illa ratio & hodie inter ipsos, cum quibuscunq; denique contrahant, sic ut observent pretium aliquod commune rerum suarum pariter & alienarum, factum ex comparatione cum imperiali, vel quod idem apud ipsos valet, unciis duabus argenti. Sic rangiferum communis aut vulgaris generis æstimant pro imperialibus duobus, aut argenti unciis quatuor, pellē rangiferi feri pro imperiali uno cum dimidio, vel argenti unciis tribus, pellem rangiferi domestici maris pro imperiali uno, si castratus fuerit, pro tribus quartis partibus imperialis, fœminæ pro dimidio imperiali, pellem vulpis vulgaris pro imperiali uno, pelles quadraginta, quod vocantur *timber*, sciurorum grisei coloris, pro imperiali, marduris pellem simili pretio, tres pelles vulpium albas similiter pro imperiali, pellem ursi pro imperialibus duobus, lupi eodem pretio, togam lapponicam, quam appellant *mudd* vulgarem, pro imperialibus tribus, par ocrearum Lapponicarum pro dimidio imperiali. Eodem pre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tio æſtimant & quatuor paria calceorum, ſive manicarum, item pondo unum luciorum exſiccatorum. Vice verſa ex mercibus ad ipſos advectis ulnam panni lanei vulgaris, quale Sileſium aut Tangermyndense ſolet nuncupari, æſtimant pro imperiali uno, ſeu duabus unciis argenti, tres libras cupri pretio eodem, toñam unam farinæ pro imperialibus duobus cum dimidio, ſeu argenti unciis quinq;, duas libras ſalis pro imperiali dimidio, decem ulnas panni viliſſimi, quale ruſtici conficiunt, & vulgo *Waldmar* nominatur, pro imperiali uno, ſpiritus vini cantharum pro imperiali dimidio, quemadmodum hæc omnia diligenter à Samuele Rheen conſignata ſunt. Quod ſi quæ res pretii minoris occurrant, comparantur cum pellibus ſingulis, binis, ternis ſciurorum griſeorum, atque ſic deinceps, donec veniatur ad pelles decem, qui numerus pellium apud Lapponas vocatur *Artog*, & imperialis parti quartæ æquiparatur. Atque hæ ſunt res quas Lappones commutant cum Suecis. Ad Norvagos deferunt ſtragula è pellibus rangiferorum, aut pelles nudas, tangiferos vivos, caſeos de rangiferis, plumas avium. Item quæ à Suecis ſibi comparant, vaſa cuprea vel aurichalca, & pannos viliores, à ruſticis Suecorum textos, quorum vice inde petunt tauros, boves, quarum per æſtatem fruantur lacte, hyeme vero carnibus, capras, oves, è quarum pellibus ſibi ſtragula conficiunt, argentum, pelles vulpium nigrorum, lutrarum, tegetes varias ex lana, piſces quoque, quos deinde vendant Suecis, ut haleces, aſellos duratos, rajas, & id genus, ſicut & hæc omnia memorantur ante nominato ſcriptori. Johannes Tornæus brevius ſic complexus eſt: *Mercantur Lappones in Norvagia & cum Bothnienſibus, Coronæ Sueciæ ſubjectis. Emunt pannum laneum vulgare lineumque ex utroque genere, etiam generoſum, item cannabim, farinam, panem, ahena, ferramenta, aliaq; utenſilia ruſtica.* Sed ante omnia dant operam, ut ex Norvagia ſibi comparent animalia, quæ in victimas offerant idolis ſuis, uti Samuel Rheen teſtatur. *Synnerligen koepa Lapparna der creatur, ſom the om hoeſten offra vvillia till ſin afguder*, h. e. *Præcipue ibi emunt Lappones animalia, quæ tempore autumnali conſtituerunt offerre diis ſuis.* Loca temporave num peculiaria & certa obſervarint olim, quibus celebrarent hæc commercia, non ſatis ſcio. Affirmare

Olaus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Olaus Magnus videtur, quando ait lib. 4. c. 5. *Loca quoque constituta vel in campestri planitie, vel stagnata glacie, singulo anno ad hæc peragenda negotia, quasi nundinaria retinent, ut universis exhibeant, quod privatis ingeniis domi vel foris agnoverint se conquisiviſſe.* At vero loca illa temporave non definit. Et Rex Carolus Nonus ætate sua prohibet Birkarlis circumire totam Lapponiam, omnibus temporibus, utque nihilominus commercia exercere sua possint, loca temporaque certa quotannis sese ait constituere, quibus celebrari nundinæ solennes debeant. Verba diplomatis 1602. publicata, quia sunt prolixiora, Latine tantum proferam, sic autem sese habent. *Et quoniam non permittimus Birkarlis, ut commercia sua exerceant in Lapponia, sicut dictum est, idcirco constitui volumus in qualibet Lapmarckia nundinas binas annis singulis, unas hyberno, alteras æstivo tempore, quo commodissimum videbitur. Dispicereque debent præfecti Lapponum loca certa & idonea, ubi nundinæ illæ possint celebrari, atque definire certa tempora, & maxime accommodata, quibus convenire possint cum Lappones & Birkarli, tum Moschovii aliiq;, qui ad eas nundinas volent proficisci. Durabuntque illæ nundinæ singulæ per duas tresve hebdomadas, quibus inter se commercia exercere queant pro arbitratu commodoque quisq; suo. Iisque in locis præfecti ædificabunt tabernas, quod possibile fuerit.* Videtur ante nihil istiusmodi fuisse observatum in Lapponia, quandoquidem sic hac de re hic agit loquiturque Carolus, ut à se inventa, & tum primum instituenda. Idcirco neque tempora nominat certa adhuc, neq; loca, sed in posterum dispicienda & excogitanda à Præfectis Lapponum. Id quod factum etiam fuisse innuit Andr. Buræus, quando ait: *Hyeme cum tributa ab illis exigenda sunt, certis quibusdam locis certoque tempore quasi in hordas congregantur: ubi etiam mercatores illi, quos Birkarlos nominari dicebamus, suas exponunt merces.* Quanquam ne ipse quidem loca temporave certa nominet, videanturque illæ nundinæ non illo successu celebratæ, sicut ab initio spes fuerat. Regina Christina profecto postea eandem curam habuit, certiusque & tempora definivit, & loca, ubi nundinæ deberent celebrari. Extat diploma ejus editum Anno MDCXL. quo nominantur nundinæ binæ, unæ ad Arfvvisierf, aliæ ad Arieplog, illæ in Januario, hæ in Februario frequentandæ.

Verba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Verba & ipsa Latine tantum dabo. *Secundo concessimus & constituimus, sicut per præsentia concedimus constituimusque nundinas solennes duplices, unas ad Arfvvvisjerf, die S. Pauli, quæ est vicesima quinta Ianuarii, alteras ad Arieplog, die Purificationis Mariæ, quæ est secunda Februarii certis locis quotannis habendas per triduum integrum. Quo tempore cives Pithenses multitudinemque Lapponum convenire inter se suaque exercere mercimonia fas liberumque erit. Fietque initium harum nundinarum anno proximo* MDCXLI. Ab hoc igitur tempore majore studio celebratæ nundinæ istæ, quod ex eo liquet, quia hodieque istis temporibus frequentantur Samuel Rheen: *I alle Lappmarcker æro marknader, een vviss tiid om vvaoren, saosom trettonde dagh Iuuli Vmeoa, Pauli omvvændelse i Luleao, Kindersmessa i Pithao, oc Torneao sampt kimi Lappmarcker.* Hoc est: *In omnibus Lappmarkiis certo tempore veris frequentantur nundinæ, ut festo Epiphanias in Lappmarkia Vmensi, festo conversionis Pauli, in Lappmarkia Luhlensi, festo Purificationis Mariæ, in Lappmarkia Pithensi, Tornensi & Kimensi.* Habes nominatim dies à Christina nundinis constitutas, exceptis nundinis Vmensibus quas iccirco verisimile est, jam inde à Caroli temporibus fuisse observatas magis, quam cæteras, cum præsertim illa vicinissima Sueciæ sit Lapmarkia. Norvagiam vero frequentant vicibus duabus, tempore beati Johannis in æstate, & omnium Sanctorum in autumno. Idem: *Fiäll Lapparne hafvva och sin handeli Norige, och ære ther besynnerligen tvvenne marknader, den ena Sancti Iohannis, vvid midsommars tiid, dhen dhe kalla Hansmessa, den andra Simonis Iudæ, eller all helgon tiid.* Hoc est: *Lappones montani commercia sua exercent etiam in Norvagia, ubi duæ sunt nundinæ celebres, unæ, tempore S. Iohannis, quas appellant Hansmæssa, alteræ, tempore Simonis Iudæ, vel omnium Sanctorum.* Atque hæc & tempora, quibus Lappones commercia sua colunt. In negotiatione ipsa olim fide atque æquitate summa usos esse ait Paulus Jovius. *Sincerissima fide*, inquit, *permutationes transigunt.* Ita Olaus Magnus quoque: *Bonæ & fideli permutationi inhærent.* At vero Damianus à Goës solertiam in ipsis & astutiam notare videtur. *In suis permutationibus sagaces & expertissimi sunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

sunt. Evidentius Samuel Rheen: *Lapparne ærei sin handel myckit besvviikelige och betragelige, sao att dhen som icke foerstaor dheras rænckiar, kanknapt af them vvarda obedragen.* Hoc est: *Lappones in negotiatione sua fraudulenti admodum & dolosi sunt, ut qui artes eorum ignorat, vix deceptionem eorum possit effugere.* Nempe cum integrius cum ipsis versarentur peregrini, etiam ipsi, bona fide utebantur suis in negotiis. Postquam decipi cœperunt, metu ne decipiantur, ipsi didicerunt decipere. Sed de hac re actum in superioribus, & hæc satis explicare commercia eorum atque nundinationes videntur.

CAP. XV.

De Lingua & Sermone Lapponum.

Diximus superiori capite linguam talem apud Lapponas in usu esse, quæ recedat plurimum à linguis vicinorum: qualis ergo ea sit, videtur nunc dispiciendum. Cum præsertim lingua omnis sit, cujus usus vulgo publicus haberi consuevit. Zieglerus generaliter sic ait; *Linguam habent peculiarem & ignotam vicinis.* Damianus paulo specialius, *barbariem & asperitatem* in ea observat. Nostri ævi scriptores dicunt esse confusaneam & miscellam ex linguis vicinorum. Unde Johannes Tornæus: *Idioma Lapponum multum participat ab aliis linguis, proinde quidam arbitrantur Lapponicam vocari quasi corrasam, eet lappatspraock.* Et Samuel Rheen: *Lappeskan synes vvara ett Samman lappat spraok, af allehanda tungomaohl.* Hoc est: *Lingua Lapponica consuta ex pannis linguarum plurimarum videtur.* Atque ut hoc probet, ostendit occurrere in ea Finnonica plurima, multa Suetica, ut *Stour* Suetice *Stoor*, *Salug* Suetice *Saligh*, quædam etiam Latina, ut *porcus*, *oriens*, & id genus. Quanquam vero accepisse censeant non pauca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ex vicinis, multa tamen habere prorsus singularia, nec ulli genti alii recepta notave, sunt, qui arbitrantur. Ipse Dominus Johannes Tornæus, post superiora. *Cæterum propria atque originalia tum vocabula, tum phrases modosque loquendi maxima ex parte continet.* Tribuit linguæ Lapponum propria vocabula, proprias item loquendi formulas, atque adeo in linguis aliis minime receptas. At vero alii ortam linguam putant ex Finnonica. Finnonicæ profecto linguæ cognata habere plurima fatentur omnes. Jam olim ita Münsterus Cosmograph. Lib. 4. cap. 35. *Lingua Finnonica, ut in mediterraneis locis invenitur, in nullo communicat cum sermone Suetico, sicut nec cum Moschovico, sed est propria Lapponum populorum interioris Septentrionis.* Samuel Rheen: *Lappesken hafvver meheendels sin affinitet med Finska.* Hoc est: *Lapponica lingua potissimam affinitatem habet cum lingua Finnonica.* Et Dominus Zacharias Plantinus in præfatione Ms. Lexici Lapponici. *De majori majorem partem cognatione utriusque linguæ* (Lapponicæ & Finnonicæ) *res est, ni fallor, quam ut multis sit opus verbis manifestior. Quibus alterutrius suppeditat notitia, experientur eam facile.* Quam sententiam existimo esse verissimam. Ac ne dubium possit esse, en vocabula non pauca, quorum usus est quotidianus, cum Finnonicis non multum abludentia.

Deus Lapponice est *Iubmal* aut *Immel*, Finnonice *Iumala*.
Ignis *tolle* Lapponibus, Finnis *tuli*.
Dies illis *paivve*, his *paivva*.
Nox illis *ii*, his *yæ*.
Fluvius illis *jocki*, his similiter.
Lacus his *Iaur*, illis *Iarvvi*.
Glacies illis *Ienga*, his *Iæa*.
Mons illis *vvarra*, his *vvuori*.
Sylva illis *medz*, his *medza*.
Oculus illis *Silmæ*, his similiter.
Nasus illis *ntuna*, his *nenæ*.
Brachium his *Ketavverth*, illis *Kasivverst*.
Mans illis *Kiætt*, his *Kæsi*.

Pes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Pes illis *Ialk*, his *Ialka*.
Caseus illis *Ioſt*, his *Iuuſto*.
Ocreæ illis *Sappad*, his *Saapas*.
Calceus illis *Kamath*, his *Kamgett*.
Casa vel tugurium illis *Kaote*, his *Kota*.
Sagitta illis *niaola*, his *nuoli*.
Bellum illis *Tziaod*, his *ſotæ*.
Rex illis *Konnagas*, his *Cuningas*.
Pater illis *Atkia*, his *Aja*.
Mater illis *Am*, his *Ama*.
Frater illis *Wellje*, his *Weli*.
Sponſa illis *Morſuvi*, his *Morſias*.
Canis illis *Piednax*, his *Peinika*.
Martes illis *natæ*, his *nætæ*.
Sciurus illis *orre*, his *oravva*.
Avis illis *lodo*, his *lindu*.
Piſcis illis *qvvælie*, his *cala*.
Salmo illis *loſa*, his *lobi*.
Pinaſter arbor illis *quaoſa*, his *cuuſi*.

Quæ omnia, niſi fallor, oſtendunt manifeſte illam, quam prædiximus, Lapponicæ linguæ cum Finnonica cognationem. Atq; quoniam vocabula quæ allata ſunt, exponunt res non peregrinas, ſed ab ipſa fere productas natura, quarumque uſu nunquam Lappones potuerunt carere, inde in eam adducor ſententiam, ut & ipſe credam, Lappones non habere certam aliquam, ut peculiarem quandam linguam, quæ genere toto differat à Finnonica, ſed ejus tantum aliquam propaginem. Etenim ſi, quod volunt aliqui, haberent linguam penitus diverſam, cur has res, quibus omni tempore, & quamdiu Lappones fuere, uſi ſunt, non ejus linguæ explicarunt verbis, ſed hujusmodi, quæ dubitare nemo poteſt, quin deſumpta ſint ex lingua Finnonica? Nulli certe alii fecere populi, ut ad rerum talium ſignificationem verbis uterentur peregrinis, ſed ſuis potius & propriis, ſi quam habuere linguam ſingularem, ut ex linguis Germanorum, Gallorum veterum, Hiſpanorum, Latinorum, Græ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

corum, & ſimilium prolixe poteſt demonſtrari. Nec eſt magna dubitandi cuſa, ſi, quod ſupra diximus, & ex hac ipſa linguæ utriusque ſimilitudine haud difficulter colligitur, Lappones ſunt orti ex Finnonibus. Cur enim alia uterentur lingua, quam quæ ipſis tradita eſt à majoribus? Quo argumento nititur & Wexonius, ut linguam Lapponicam oſtendat ortam ex Finnonica. Verba ejus exſtant in Deſcriptionis Sueciæ lib. 3. cap. 12. *Vt gens Lappica ex Fenningia orta videtur, ita lingua etiam congruit.* Putat iſta ſeſe mutuo naturali ratione conſequi, eſſe oriundum ex gente aliqua, & illius gentis uti lingua, neque potuiſſe aliter evenire in Lapponibus. Quæ omnia vero admodum conſentanea videntur. Sed hic dicat aliquis, non potuiſſe tamen eam ſententiam, qua exiſtimarunt nonnulli, peculiarem Lapponibus eſſe linguam, omni ratione eſſe deſtitutam, ſaltem neceſſe eſſe, ut in ea occurrant aliqua, quæ ſententiæ huic dederint occaſionem. Et profecto negari non poteſt qui reperiantur verba quædam nimis à Finnonicis diſcrepantia. Ut exemplis res appareat.

Sol Lapponibus ſignificat *Beivve*, Finnonibus *Auringa*.
Cœlum illis *albme*, his *taivvas*.
Aqua illis *Kietze*, his *vveſi*.
Pluvia illis *abbræ*, his *ſade*.
Nix illis *mota*, his *lumi*.
Homo illis *Vlmugd*, his *ihminen*.
Vir illis *albma* vel *olma*, his *mies*.
Femina illis *niſſum*, his *vvaimo*.
Capillus illis *vvaopt*, his *hiuxi*.
Os illis *nialbme*, his *ſuu*.
Mentum illis *kaig*, his *leuca*.
Cor illis *vvaibmi*, his *ſydaon*.
Caro illis *ogge*, his *liha*.
Lupus illis *ſeibik*, his *ſuſi*.
Urſus illis *muriet*, his *karhu*.
Vulpes illis *riemnes*, his *kettu*.

Atque iſta diſſimilitudo efficit haud dubie, ut exiſtiment nonnulli, habuiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

habuisse quondam Lappones peculiarem linguam, penitus à Finnonica diversam, cujus hæ reliquiæ. Neque cessant dare rationes; factum enim ajunt metu quodam ipsis à Lapponibus, novam sibi fingentibus linguam, ne à vicinis Finnonibus intelligerentur, & in insidias inciderent eorum. Olauo Petri: *Noctu sæpe experti sunt speculatores circa tentoria, quid in animo haberent, auscultantes. Quamobrem ad majorum suorum artificium in parochia Rengo in præfectura Nolnensi, confugientes, ex pacto invicem novum penitus, quem jam usurpant, sermonem à Finnonico diversissimum sunt commenti, adeo ut pauciſſimæ in Lapponico Finnonicæ reperiantur & usurpentur voces.* Speculatores hic intelligit Finnones, qui quid acturi essent ejecti per Matthiam Kurkium & Tavastios, explorabant, ut appareret ex iis, quæ apud ipsum præcedunt. Putant alii, esse has reliquias illius linguæ, quam primum intulerint in Lapponiam, quam non aliam suspicantur, quam Tartaricam. Sed Tartarica quidem lingua differt toto cœlo à Lapponica, nec est unicum vocabulum, in quo conveniant, ut facile appareat, suspicionem istam esse falsam. Atq; ne hoc gratis videar asserere, en tibi non pauca Tartarica plane alia.

Deus enim Tartaris est *Allah*, Lapponibus *Iubmel.*
Sol illis *Gyneſch*, his *Beivve.*
Cœlum illis *Gioech*, his *Alm.*
Ignis illis *Ataſch*, his *tulla.*
Aer illis *jusger*, his *biægga.*
Aqua illis *ſauf*, his *tzſatz.*
Lacus illis *dannis*, his *jauur.*
Glacies illis *büüs*, his *jenga.*
Terra illis *Ier* vel *toprak*, his *ænnam.*
Mons illis *dagda*, his *vvare.*
Homo illis *adam*, his *aolmaitz.*
Crinis illis *ſadſch*, his *vvaopta.*
Oculus illis *gios*, his *tzialme.*
Naſus illis *burnum*, his *nierune.*
Barba illis *beichlar*, his *ſæmao.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Brachium illis *æhl*, his *kiettavverdt.*
Manus illis *cholun*, his *kietta.*
Pes illis *ajach*, his *ivvobgè.*
Cor illis *jurek*, his *vvaimao.*
Arcus illis *jay*, his *taugh.*
Sagitta illis *och*, his *niæla.*
Pater illis *babam*, his *atzia.*
Mater illis *anaſſe*, his *ænnæ.*
Frater illis *cardaſch*, his *vviælæ.*
Soror illis *Kiscardaſche*, his *aobbe.*
Lupus illis *Sirma*, his *Kurt.*
Urſus illis *ajuf*, his *kvvoptza.*
Piſcis illis *balich*, his *kvvele.*

Atque ita res ſe habet & in cæteris, ut de lingua Tartarica ineptum fuerit hic cogitare. Sed nec illa altera fictitia, & ab ipſis excogitata videtur vero conſentanea. Cur enim in aliquibus ſolummodo vocabulis, non in omnibus mutarunt? Nec ſunt hæc vocabula, quæ conveniunt cum Finnonicis, earum rerum, quæ minus cognitæ vel neceſſariæ Lapponibus, quam cæteræ, ſed earum, quæ cum natura ipſa, ſpiritu ac luce ipſis traditæ fuerunt. Quare in diverſa ſum ſententia, nec hæc minus, quam cætera eſſe Finnonica exiſtimo. Nimirum qui ex his diverſam linguam colligunt, non attendunt id, quod evenire ſolet linguis omnibus, ut cum tempore mutentur, eoque magis citiusque, quo gens quælibet frequentiora cum aliis exercet commercia. Res eſt manifeſta, exempto Islandorum atque Norvagorum, nam Islandos à Norvagis eſſe oriundos, nemo plane eſt, qui poſſit dubitare in clariſſima hac gentis utriusque hiſtoria. Jam vero plurima Iſlandis uſitata ſunt vocabula, quæ Norvagis non intelliguntur hodie Nec ideo Islandos aliam & peculiarem à Norvagica habere linguam ſtatuendum. Nempe illi, quia ſibi fere vixerunt ſolis, nec commercia cum aliis habuere, niſi rara, linguam, quam in eam inſulam perduxerunt ſecum, olim à majoribus acceptam, ad hunc diem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

diem in plerisque ſervaverunt incorruptam. Alia Norvagorum fuit ratio, qui una cum imperio linguam quoque veterem perdidere. Pari modo factum cum Finnonibus videtur, qui poſtquam ſub alienam conceſſerunt poteſtatem, & commercia cum vicinis crebriora cœperunt exercere, multũ amiſerunt ex lingua ſua veteri. Quam contra magis integram ſervaſſe Lappones eſt veriſimile, quippe qui vitam agerent ſolitariam, atque adeo nec mirum, ſi in ea occurrant vocabula, quæ collata cum hodierna Finnonum lingua, nihil videantur ſimile habere. Quanquam poſſit fieri, ut qui omnes linguæ Finnonicæ perſpectas habeat dialectos, etiam in ipſis inveniat, quæ doceant, hæc licet uſu vulgari diſcrepantia, in fonte convenire. Quod fit & in linguis aliis, ut in Germanica, in qua proinde non ſatis circumſpecte vir Doctiſſimus Olaus Wormius in litteratura Runicæ, ut vocat, cap. 27. tantam differentiam notavit. Nam & hodie illud *efter* non tantum *nach*, eſt uſitatum, quod ex *afterred*, *afterdarm*, & ſimilibus apparet. Sic non tantum *Geſicht*, ſed & *Antlitz*, Germani uſurpant, nec tantum *Verſtand*, ſed & *Vernunfft*, nec tantum *eſſen*, *anfangen*, *Schuſſ*, *Alter*, *Gefængnus*, *auffthun*, *Bett*, *Dopff*, & ſimilia, ſed & *as*, *beginnen*, *keimen*, *uralt*, *haffte*, *entdecken*, *Lægerſtad*, *locken*, quæ omnia cum Germanicis vetuſtioribus proxime conveniunt.

Opinione itaque mea iſtæc diſcrepantia vocabulorum nonnullorum, ſufficiens non poteſt eſſe, ad demonſtrandam linguam aliquam peculiarẽ, qua ſint uſi Lappones antiquioribus temporibus, cum ſint longe plura, quæ cum Finnonicis conveniant. Imo contra hoc oſtendet potius, non eodem omnes Lapponas è Finnonia profectos eſſe tempore, ſed aliquos vetuſtioribus, qui proinde obſoleta illa induxerint vocabula, aliquos recentioribus, qui uſurparint nova.

Atque iſta quidem mea eſt de lingua Lapponum ſententia, de qua nunc amplius & hoc notandum, quod ne ipſa quidem ſibi ſimilis ſit ubique, ſed & ſuas habeat differentias Dialectosque. Quæ quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quidem tantum diſcrepant inter ſe, ut vix ſe mutuo intelligant, qui alia & alia utuntur. Samuel Rheen: *I alla Lappmarker brukathe vvæl eenehanda ſpraok och tungomaol, men i dialecten variera the myckit, ſao att den ena Lappen af annan nation næpligen kan foerſt ao den andres taal.* Hoc eſt: *In omnibus quidem territoriis Lapponiæ, una utuntur lingua, ſed in dialectis tanta eſt varietas, ut uniusterritorii Lappo, ſermonem alterius vix queat intelligere.* Oſtendit autem dialectos eſſe tres potiſſimas, unam Occidentalium, quales ſunt Umenſes & Pithenſes Lappones, aliam Septentrionalium, quales Luhlenſes, tertiam Orientalium, quales Tornenſes & Kimenſes. Quæ haud dubie & ipſæ inde duxerunt originem, quod non ſemel omnes & eodem tempore venerint in Lapponiam, verum alii citius, alii ſerius, & hi has, illi alias partes occuparint. Nulla autem harum dialectorum horridior & incultior Luhlenſi. Verba ipſius. *Luhla Lappar ſaoſom the ære grofvvaſt i ſeder och lefvverne, altſao i ſit tungomaol.* Hoc eſt: *Sicut moribus vitâque Luhlenſes Lapppones maxime ſunt inculti & agreſtes, ita etiam lingua ſua.* Cæterum ut liqueat differentiæ magnitudo, ecce aliqua exempla. In Pithenſa Lapponia dicunt *Iubmel*, in Tornenſi *Immel*, in Pithenſi *Iocki, vvarra, olbmo, niſvv, ſkaigki, kiiſt niſſu pardei, ſeibig, muriet, reppi*: In Tornenſi vero pro his *virte, taodar, almai, kab, kavvtza, raopaka, kaap, alik, ovvre, kops, riemnes.* Sicut autem hæc eſt lingua Lapponum, ejusq; varia diverſitas pro diverſitate territoriorum ſeu markarum, plane ſicut fit in linguis aliis, aut exempli gratia in Germanica, quæ alia eſt apud Suevos, alia apud Saxones, alia apud Belgas, ita habet & hoc cum pleriſque aliis commune, quod pro ut territorium quodlibet huic illive populo magis eſt vicinum, ita & de lingua ejus plus participet. Ita Tornenſes & Kimenſes plus inclinant in linguam Finnonicam etiam hodiernam, quam cæteri. Samuel Rheen: *Alldenſtund Torna och kimi Lapparna grænſa Finnerna nærmeſt, alltſao inclinerathe myckit till thet Finſrea ſpraoket.* Hoc eſt: *Quandoquidem Tornenſes & Kimenſes Lappones vicini ſunt Finnonibus, iccirco plurimum propendent in linguam Finnonicam.* Quinimo dant fere operam, ut & ipſas haſce diſcant linguas, Tornenſes & Kimenſes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſes Finnonicam, Uhmenſes & Pithenſes Sueticam & Norvagicam. Idem: *Stverſte delen af Tornoe och Kimi Lapparna tala mæſt Finska. The andre Luhlea, Pithea, och ſærdeles Vmea Lappar Kunne och een ſtoor deel tala ſvvænſka.* Hoc eſt: *Pars maxima Lapponum Tornenſium & Kimenſium callet linguam Finnonicam. Cæteri Luhlenſes, Pithenſes & præcipue Vmenſes Sueticam quam plurimi.* Atque ſolet apud ipsos honoratus eſſe, ſi quis ſit peritus harum linguarum. *Qui promptiſſime has linguas addiſcit*, inquit nominatus ſæpe ſcriptor, *is præmium inde referre ſibi non exiguum videtur, cupitque cæteris anteferri.* Vel ſi ipſa ejus malis verba; *Den, ſom ær færdigſt ſaodant att læra, han ſynes vvinna ſtverſta priiſen, och vvilfoer andra æhrat vvarda.* Non igitur mirum poteſt eſſe, ſi & Suetica nonnulla in ſermone Lapponico inveniantur. Cum præſertim fieri non poſſit, quin quas res non à ſe ipſo habet populus, ſed acceptas à peregrinis, ſimul cum rebus nomina earum etiam accipiat, & in uſus ſuos transferat. Quod exemplis plurimis probari poſſet, ſi hoc ageretur. In Lapponica lingua huc referri deben *Salug* beatus, quod Suecis eſt *Saligh*. *Niip*, culter, quod Suecis *kniif*. *Fiælo*, tignum, quod Succis *tilio*, atque hujus generis alia bene multa. De quibus omnibus rectiſſime Reverendus & eruditiſſimus Dn. M. Johannes Tornæus: *Imitationem aliarum linguarum videtur partim neceſſitas introduxiſſe, partim converſatio cum aliis hominibus. Quare qui cum Suecis converſantur, Suetica vocabula immiſcent, qui cum Finnis, Finnonica ſectantur, qui ibidem in Norvagia Germanos audiunt, Germanice aſsueſcunt. Atque hæc eſt cauſſa, quod una eademque res varias habeat appellationes. Exempli gratia, Equus vocatur Suetice hæſt, Finnonice hapoitz, Germanice Roſſ, ita etiam Lapponice, ſiquidem equi non ſunt in Lapponia. Oportet igitur, nomina cum rebus aliunde mutuari.* Quod de voce *Roſſ*, apud Lapponas obſervat Dominus Tornæus, idem pertinere puto ad vocabulum *porcus*, nec ex Latino, ſed Germanico veniſſe ſuſpicor, quum Germani *Borck*, appellent majalem ſeu caſtratum ſuem, quale genus cum acceperint ex Norvagia, ſimul & vocabulum eſt veriſimile in linguam ſuam tranſtuliſſe. Atque ita res ſe habet etiam in aliis. Quibus pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

inde omnibus remotis, linguaque considerata ex eis, quæ non alibi unde invecta, verum domi nata, semperque recepta Lapponibus fuere, supereſt, ut nec miſcellam eam ex Latinis, Germanicis, Sueticis, ac ſimilibus, nec peculiarem plane ac diverſam ab aliis omnibus, ſuique generis ſtatuamus linguam, ſed propaginem linguæ veteris Finnonicæ, quæ ob vetuſtatem in non paucis hodie à Finnonibus ipſis difficulter agnoſcitur. Cæterum hæc lingua non ſecus atque linguæ aliæ inflexiones ſive declinationes ſuas habet, item comparationes, & variationes temporum modorumque. Res fortaſſis erit non ingrata plane, ſi nonnulla hic exhibeantur exempla, è quibus linguæ hujus indoles nonnihil innoteſcat. Dabo autem primo nomen per caſus ſuos inclinatum cum declinatione Finnonica ejusdem nominis, ut ex collatione utriusque ſimilitudo vel diſſimilitudo linguæ utriusque cognoſcatur. Nomen erit *Immel*, ſicut quidem Lappones Tornenſes efferunt (alii enim *Iubmel* dicunt) quod Finnonice eſt *Iumala*, & ſignificat Deum.

Singularis.

	Lapp.	Finn.
N.	Immel.	Jumala.
G.	Immele.	Jumalan.
D.	Immela.	Jumalalle.
A.	Immel.	Jumalaa.
V.	ô Immel.	ô Jumala.
A.	Immeliſt.	Jumalaſta.

Pluralis.

N.	Immeleck.	Jumalat.
G.	Immeliig.	Jumalden.
D.	Immelvvoth.	Jumalille.
A.	Immeliidh.	Jumalat.
V.	ô Immæleck.	ô Jumalat.
A.	Immæliie.	Jumalilda.

Ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Addam nunc & nomen aliud, similiter per casus flexum suos, ut res fiat clarior. Nomen esto *Olmai*, quod designat virum.

Singularis.		Pluralis.	
N.	*Olmai.*	N.	*Olmack.*
G.	*Olma.*	G.	*Olmaig.*
D.	*Olmas.*	D.	*Olmaid.*
A.	*Olma.*	A.	*Olmaig.*
V.	ô *Olmai.*	V.	ô *Olmack.*
A.	*Olmast.*	A.	*Olmaija.*

Et hoc modo res se habet in nominibus cæteris.

Adjectiva comparantur quoque suis terminationibus. Ut, *Stoure*, magnus. *Stourapo*, major. *Stouramus*, maximus. *Enack*, multum. *enapo*, plus. *enamus*, plurimum. *Vtze*, parum. *utzapo*, minus. *utzamus*, minimum.

Exit Comparativus fere in syllabam *po*, Superlativus in *mus*.

Habent & articulos suos, sed eos rarius nominibus præfigunt, uti fit & in linguis aliis.

Masculini & Feminini generis terminationis est ejusdem, in neutro differt. Nam *tott*, & *hic* & *hæc* significat, *tovvt* vero *hoc*.

Idem Pronomina, ut *mun* est ego, *tun*, tu, *sun* ille,
mii nos, *sii* vos, *tack* illi.

Finnones pro his usurpant *minæ*, *sinæ*, *han*, & in plurali, *me*, *te*, *he*.

Verba pariter inflexiones suas habent suis in temporibus. Exempli gratia, verbum *amo* sic inflectitur in Indicativo Præsenti.

Singularis.	
Mun pvvorastam.	Amo.
Tum pvvorastack.	Amas.
Sun pvvorasta.	Amat.
Pluralis.	
Mii Pvvorastop.	Amamus.
Sii Pvvorost.	Amatis.
Tack Pvvrost.	Amant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ad hunc modum flecti & alia verba ſolent, ut:

Singularis, *mun læm*, ſum, *tun læck*, es, *ſun lia*, eſt.

Pluralis, *mii læp*, ſumus, *ſii læ*, eſtis, *tack læ*, ſunt.

Sed hæc ſatis eſſe poſſunt ad intelligendam linguæ Lapponicæ naturam indolemque, quantum ſpectat inſtitutum noſtrum, nec enim Grammaticam, ſed deſcriptionem dare conſtituimus. Solent autem Lappones, in lingua ſua uti genere ſermonis aut pronunciationis ſingulari, quod nullis litteris vel elementis ſat ſignari exprimive poteſt. Omnia enim verba plenis efferunt buccis, ut vocales audiantur clariſſime, cæteræ litteræ natent velut in liquore, ſyllabas quoque ultimas nominum præſertim abſorbent. Ipſi litteras habent nullas, neque habuerunt, neque magis hac in parte valent, quam majores ipſorum, Finnones. Nam Kalendaria, quibus conſueverunt uti, non ſunt alia, quam priſca Suetica, litteris notata runicis, nec nota ipſis ante, vel recepta, quam veniſſent in conſortium Suecorum, ac ab ipſis obſervare dies feſtos didiciſſent. Obſervat quidem Johannes Buræus, relatum ſibi à fide dignis, quod reperti quondam fuerint, ac fortaſſis etiam nunc reperiantur in Lapponia cippi lapidesque litteris inſcriptæ runicis. Verum ſi reperti ſunt, id non oſtendit tamen, Lappones olim litteris iſtis uſos, quia eas neſciunt Finnones, unde provenerunt, neſciunt ipſi Lappones, ac ne fando quidem ullas literarum, quarumcunqe formas in uſu fuiſſe ullo tempore cognoverunt. Verum potius eo veniſſe Suecos vetuſtioribus temporibus, vel armis peterraſſe, vel alias tenuiſſe ipſas. Hodie ſicut Finnones, ita ipſi litteris utuntur Latinis, qualiter formare Sueci Germanive ipſas, in expreſſionem ſermonis popularis conſueverunt. Quanquam pauci ſint ex iis, qui legere ipſas ſciant, pingere vero aut ſcribere, pauciſſimi, neque alii, quam qui è Schola prodiere. Cæterum cum Linguæ hujus uſus nusquam ſit receptus, niſi inter ſolos Lapponas, præter ipſos fere nemo eſt, qui addiſcere ipſam cupiat quæratve. Hinc ſi quando eis eſt negocium cum aliis, nec ipſi linguam teneant eorum, quod tamen fit non admodum frequenter, in ſubſidium vocare interpretes ſolent, quorum proper hanc ipſam cauſam, qui pauci linguam ipſorum addi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

addiscunt, numerus est ubique satis magnus, sicut alibi jam dixi. Loquuntur autem interpretes illi parum nitide linguas alias, Finnonica excepta. Id quod fit & cæteris Lapponibus, cum ægre addiscant pronunciationem aliarum linguarum, & sæpe unam cum altera permisceant. Qua de re & Samuel Rheen: *Lappones qui commercia exercent simul in Norvagia, & in finibus ejus habitant, linguam Norvagicam cum Suetica permiscent, cum loquendum est. Exempli gratia, jegh kiæmi, pro jag kom, jeg gaong, pro jag gaor. Sic pro hustro, dicunt koona, pro min myssa, mitt hofvvud &c. Sed de lingua Lapponum hæc possunt esse satis.*

CAP. XVI.

De Lapponum Domiciliis.

POst publicam, de qua huc usque actum, progredimur ad vitam privatam. Videmur autem considerare in ea posse primum res, quarum copia præsentiave opus habent; deinde negotia, in quibus occupantur, postremo quietem otiumve, quibus sese solent oblectare. Res vel submovent incommoda malaq; vel subministrant bona. Prioris generis sunt domicilia & vestes; posterioris cibus & potus. Initium è domiciliis faciemus. Quanquam Lappones domicilia non habeant, qualia vulgo alii Septentrionis populi, ut qui priscis temporibus Sueti fuerint incertis errare sedibus, & nunc hic nunc alibi temporarium solummodo tugurium extruere. Herberstenius in Moschovia sua de ipsis: *Nusquam certas sedes habent, sed absumptis uno loco feris ac piscibus, alio migrant.* Zieglerus; *Mansiones sæpe transferunt.* Damianus à Goës: *Nec domus iis alicui usui sunt, quippe sæpius hinc inde migrant.* Sed hanc quidem per omnem regionem vagandi licentiam peculiari edicto coërcuit Rex Carolus Nonus, singulisque familiis suum & peculiare assignari fecit territorium, anno M. DC. II. Edicti ejus formulam quia longior est, Latinis verbis solum apponam. *Consignentur*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

gnentur primum, quod in qualibet Lappmarkia sint paludes, fluvii, lacus, item, qui sint, qui ex eis ad hunc diem cœperint utilitatem, quæ sint nomina singulorum. Deinde conferatur numerus familiarum cum paludibus & fluviis, & pro eo dividantur, ne una familia paludes, lacus ve plures insideat, quam ut in usus suos commode possit vertere. Ad hunc modum divisa qualibet Lappmarkia negotium dabitur viris bonis probisque, qui familiis singulis suas assignent partes citra gratiam odiumve. Nec permissum sit ulli Lapponum errare per totam markiam suo arbitratu, sicut ad hunc diem factum est. Ex edicti hujus tempore cœperunt Lappones sua certaque habere spatia, familiis suis alendis sufficientia, sic ut neutri fas esset ingredi partem alterius, aut pro arbitrio, quo vellet concedere. Neque tamen illa sedium de loco uno in alium transferendarum consuetudo penitus sublata est, verum manet hodieque, sed fere intra limites spacii, quod cuilibet assignatum. Hinc Andreas Buræus, cujus descriptio confecta est, post edictum superius. *Certam mansionem non habent, sed ut fert commoditas piscationis & venationis per aliquod tempus apud lacum, flumen, sylvam, vel montem aliquem commorantur, exactisque itidem aliquot vel septimanis, vel diebus, habitationem alio ad locum commodiorem transferunt.* Et Samuel Rheen hodiernus scriptor; *Lapperna boo eller vvistas icke pao ett rum eller stælle, uthan flyttia ifraon thet ena rummet till det andra.* Hoc est: *Lappones non in uno loco fixam habent commorationem, sed ab uno migrant in alium.* Causa hujus incertitudinis & continuæ migrationis est non alia, quam ratio querendi victus. Nam cum Lappones se alant ex rangiferis, vel ex piscibus, & feris, dare operam coguntur & illi, ut sufficiens semper rangiferis suis habent pabulum, & hi, ut iis semper locis pisces ferasque captent, ubi copia est earum, nec tamen eam copiam exhauriant. Non autem unus idemque locus semper sufficit his omnibus. Et hoc est, quod Buræus ajebat, *ut fert commoditas piscationis & venationis, per aliquod tempus, apud lacum, flumen, sylvam, vel montem aliquem commorantur.* Commoditas ista non est semper omnibus in locis, pisces abundant

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

dant fere, cum prolis gignendæ causa congregantur. Id vero ab his isto, ab aliis alio fit tempore. Sed & hoc genus est in isto, aliud in alio lacu, ut qui huic venationi studeant non possint uno semper loco subsistere. Pari modo res se habet cum pabulo rangiferorum. Ideo Samuel Rheen: *The flyttia antingen, till at bekomma beet och fædo fær sina reenar, som the till een stoor mykenheet hafvva, eller och fær fiskeleeken skull. Tyden tiden fisken Leeker i den eller den siæn, eller ælfvven, flyttier Lappen medh sitt huus och boning.* Hoc est: *Migrationes faciunt, vel ut Rangiferis suis quærant pabulum & victum, vel ut piscari queant. Eo enim tempore, quo pisces operantur veneri, vel in hoc, vel in isto lacu, fluviove, Lappo migrationem facit, cum domo familiaque sua.* Fit autem hæc migratio non eo modo, ut omnino deserant priora loca, nec ad illa unquam revertantur, sed in circulum quodammodo, idque quotannis, ut elapso anno, singula territorii sibi attributi spacia semel saltem recolant. Idcirco Samuel Rheen: *Lapperne reesa af och an, upp i fiællen, och aoter utfær i skogarne,, sækiandes beet fær sina reenar.* Hoc est: *Lappones abeunt redeuntque ad montes, & inde rursum in sylvas, victum quærentes rangiferis suis.* Dicit abire & redire denuo, ad priores nempe sedes suas, atque sic ambulare veluti in circulum, renato videlicet pabulo, quod superiori tempore fuit absumptum. Ita quidem Lappones montani; At vero sylvestres non modo semel, sed frequenter sæpiusque in anno ad priores mansiones suas revertuntur. Unde Samuel Rheen, ubi agit de tuguriis ipsorum ad littora fluminum, vel lacuum erectis: *diit dhee fliittia aotskillige aohrsens tiider.* Hoc est: *Eo migrant pluribus diversisque anni temporibus.* Non uno solum, sed diversis temporibus, quotiens videlicet spes capiendorum piscium, avium, ferarum eos potest invitare. Solent autem suas hasce migrationes ita instituere, ut qui piscationi studeant, iis semper apud hos illosve degant lacus temporibus, quibus sui cujusque pisces veneris causa copiosissime congregantur. Qui vero pascunt Rangiferos, hyberno tempore sint in sylvis, æstivo adscendat versus montes Norvagiæ.

Verba

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Verba Samuelis Rheen ſunt longiora, itaque Latine verſa tantum apponam. *Tempore hyberno in jugis montium non poſſunt verſari, propter tempeſtates & magnitudinem nivium, cum præſertim ligna ibi nulla habeant. Iccirco illo tempore deſcendunt inde ad ſylvas, montibus vicinas, ubi rangiferos ſuos inter nives altiores facilius junctos poſſunt continere, & ſic uno fere in loco, à feſto Nativitatis Chriſti, ad feſtum Annunciationis Mariæ ſubſiſtunt. At vero poſtquam nives incipiunt ſolvi, migrationem inde faciunt, magis magisque verſus montes, quorum in vicinia degunt, ne rangiferis evagandi licentia detur, usque ad feſtum Sancti Erici. Quo tempore fere quia femellæ rangiferorum partus ſuos edunt, ideo ſubſiſtunt uno in loco ad feſtum Sancti Iohannis ſive medium æſtatis. Poſt cum in montibus vallibusque interjectis, gramen provenit copioſius, cum herbis variis, longius longiusque procedunt, quidam in ipſa montium editiſſimorum juga, quo rangiferi à muſcis ſeu culicibus minus infeſtentur. In quibus montibus huc illudque migrant usque ad feſtum Sancti Bartholomæi. Poſt incipiunt paulatim reverti ad ſylvas, donec circa feſtum Nativitatis eo veniant, unde fuerunt digreſſi.* Atque hæ migrationes Lapponum, cauſſæque, cur in uno loco commorari nequeant, tempora quoque, quibus hic illicque conſueverint verſari. Solent autem hæ migrationes aliquando fieri ad ſpatium non minutum, ſed bene longum, & milliarium multarum. Idem: *Somblige Lappar flyttia af och till in till tiugu miiler, och dær æfvver.* Hoc eſt: *Quidam Lappones abeunt redeuntque ad viginti usque milliaria, & longius.* Et quia pars in montibus, pars ad lacus fluminaque inter arbores, præſertim pinos degere conſueverunt, inde ſua certaque ipſis ſunt impoſita vocabula, & illi quidem dicti *Fiæll Lapper*, quia verſantur in montibus Norvagiæ vicinis, qui vocantur *fiæll*, hi vero *Graan Lapper*, quia verſantur inter pinos arbores, quæ dicuntur *graan*, apud Suecos & Norvagos. Samuel Reen. *Somblige Lappar kallas fiæl Lapper, af orſaak, at the mehrendels vviſtas och boo i fiællen; och ſomblige Kallas graan lapper, der fære, att the lefvva och vviſtas i skogen, och vvid ſtora ſiægar och ælfvver, ſækiandes der ſin fædo med fiikiande, jagande och skiutande.* Hoc eſt: *Lappones nonnulli nominantur fiæll Lappar,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

par, quia plurimum versantur habitantque in fiellen (id est montibus Norvagicis) nonnulli granlappar, quia vivunt versanturque in sylvis juxta lacus magnos & fluvios, ibique victum sibi quærunt per piscationes, venationes, & aucupia. Cæterum migrationes hæ instituuntur aliter æstivo, aliter hyberno tempore. Nam hyberno quidem tempore utuntur trahis suis, de quibus dicam alio loco, æstivo autem incedunt pedibus, tes imponunt rangiferorum quibusdam veluti clitellis. Johannes Tornæus: *Itinera & profectiones hyeme faciunt usu rangiferorum, quibus unicum tantum collare cervici adaptant, vehiculo subtus, inter crura posteriora alligato &c. Æstate itinera ambulando conficiunt, sarcinas tantum, clitellas & infantes rangiferis imponentes.* Utriusque hujus rei meminit & Samuel Rheen his verbis. *The uppryckia sina tiall, och them om vvintren i een ackia insvvepa, læggia dær till mæd alla sina huusgerad i aockiar, och færa them frao thet ena rummet, till thet andra.* Hoc est: *Tentoriola sua tollunt, hybernoque tempore componunt in traha colligata, una cum supellectile in trahis aliis, & sic ista devehunt ab uno loco in alium.* Hæc ratio hyberno tempore usitata, æstivo vero ista. *Om sommaren kliifvvia the desse saaker pao reenarne sao ledes, att the hafvvat vvætne træ, them the binda kimg om reen, leggiandes pao dess ryggeen hoop Kläder, dæt dhe kalla Tobbis, at rygen icke mao færderfvvas och skafvvas, ther pao binda the, hvvad hælst the pao reenare klifvvia vvilia i kiisor inlagt.* Hoc est: *Æstate vero res eas dem imponunt clitellis rangiferorum tali modo; ligna habent duo, quæ religant circum rangiferum, repositis in tergo ejus vestibus, id quod Tobbis vocant, ne lædatur aut rumpatur, superne definciunt, quicquid imponere rangiferis volunt arculis inclusum.* Ligna ista duo, quæ hic memorat, sunt nonnihil lata, sed tenuia, ut possint flecti, ex abiete, ex qua vulgo capsulæ parantur. Ea ligna singula in capitibus junguntur, inserto unius quasi modo, alterius ad id facto foramini, ut quodlibet circularem habeat formam, atque qua junguntur ita, ea parte suspenduntur in tergo rangiferi, unum à dextra, alterum à sinistra parte, imo lignorum fune colliguntur, sub ipsius ventre, sic ut hæc ligna presse adhæreant rangifero. Arculæ ob-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

longe rotundæ ſunt ex ſimili ligno in orbem flexo, ad modum capſarum aut tympanorum militarium, niſi quod figura ſint oblonga, ſicut dixi. Has arculas in imo claudunt virgis betulinis, eraticulatim adtextis, in ſummo loris aut faſciis laneis, quas ſolvunt, quotiens quid eſt vel inſerendum, vel eximendum, atq; ne quid vel excidat, corticibus betulinis, veſtibus, aut pellibus, omnia involvunt. Has arculas loris aut funibus religant, ad capita prædictorum lignorum, ſic ut utrinque dependeant à latere rangiferi, ſumma parte exterius, ima interius ad ventrem rangiferi obverſa, ſpecies totius rei eſt ejusmodi.

Atque hæc eſt ratio, qua onerant rangiferos, non modo in utenſilibus & ſupellectile, ſed & infantibus, qui ambulare nequeunt, tranſportandis. Nam cum ipſis cunis infantem ſic ſuſpenſum à latere rangiferi vehunt, quæ de re & in ſequentibus dicam. Servant autem in hac rerum ſuarum deportatione, certum ordinem, quem nemo temere immutat. Initio ambulat ipſe paterfamilias, poſt ſe habens aliquot rangiferos prædicto modo oneratos, ſequitur deinde uxor ejus pari modo. Poſt quicquid habent rangiferorum in gregem collectum, agentibus ante ſe liberis aut famulis eum gregem. Agmen claudit is, cui transportatio tympani eſt commiſſa. Ita Samuel Reen. *Fræmſt gaor huusbonden, och hafvver naogra Rheenar och laſſ, them han leeder efter ſig, ther næſt kommer hans huſtro, færandes och naogra laſſ, ſedan fælier heelareenhiorden, thæm deras barn och legofolck ſkola ſacht æfter ſig drifvva, och æfterſt kommer den ſom færer trumman.* Hoc eſt: *Principio ambulat paterfamilias, cum quibusdam rangiferis oneratis cum ſarcinis, quos poſt ſe ducit. Poſt venit uxor ejus, quæ ſimiliter poſt ſe ducit partem ſarcinarum, tum ſequitur grex omnis rangiferorum, quem liberi & famuli moderate cogunt. Vltimo loco venit is qui ducit tympanum.* Solent autem hos rhenones ſeu rangiferos clitellarios cum ſarcinis ducere, non plures ſimul junctos, verum alium poſt alium, longa ſerie, ſic ut unus fune religatus ſit ad clitellas alterius antecedente homine Lappone, ac primum poſt ſe trahere, fune ad collum religato. Atq; ita quidē ambulando pergunt, donec ad idoneum pervenerint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



nerint locum, ubi per dies aliquot aut hebdomadas conſtituerunt commorari. Quo cum ventum eſt, tentoria ſeu tuguria ſua figunt. Samuel Rheen: *Tao the nu komma till thet rum ther the vvillia aoter verſera, up ſlao the igen ſin tiæl.* Hoc eſt: *Quando ad eum venerunt locum, in quo denuo verſari volunt, tentoria ſua excitant.* Atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

que hæc tentoria domorum vice ipſis ſunt. Paulo aliter autem ea ſtruunt Lappones montani, ſeu, ut vulgo nominantur, illi fiællapper, aliter ſylveſtres, ſeu gran Lapper. Illi quidem quia ſemel duntaxat in anno priora ſpatia reviſunt, opere minus durabili, hi vero durabiliori. Illi fere, ut poſt diſceſſum deſtruant, hi, ut loco ſuo relinquant. Atque illi quidem ſtipites quatuor erigunt in altum, in quatuor angulis, poſt velut tigilla ex perticis imponunt tria, ſic ut quodque latus habeat unum, & à tergo ſit unum in fronte nullum, tum perticas longiores erigunt applicatas ad tigilla iſta, ut ſupra pene coëant, infra vero & ad terram diſtent longiſſime, ſpecies tota ſit inſtar tecti quadrilateri, quod pyramidali forma in ſummo anguſtius eſt, in imo latius. Hiſce perticis deinde injiciunt veſtem ad id conſutam formatamve ex panno viliſſimo lanco, quale genus alibi *Waldmar* diximus vocari. Qui opulentiores ſunt, huic veſti etiam injiciunt lineam, ut ſic veſte duplici contecti pluvias & tempeſtates melius arceant. Samuel Rheen deſcribit iſti s verbis: *Till ſine pauluner och tiæll hafvva the fyra ſtolpar, igenom hvvilka the fæſta træ aoſar, och lagga ther omkring ſmao tiæll ſtænger, hvvar æfvver the draga ſine tælt eller tiæll af vvaldmar. The riika bruka dubbla tiæll, nær ſtoort ovvæder och ſlagg ær, det ena af vvaldmar, och det andra af blaggarn.* Hoc eſt: *Ad tuguria vel tentoria ſua, quatuor adhibent ſtipites, quibus tres firmant aſſeres, in ambitum collocant perticas, quibus induunt veſtem tentorii laneam vilem, Waldmar dictam; ditiores veſte duplici utuntur, cum pluviæ crebræ ac tempeſtates ingruunt, una lanea, quam diximus, alia linea craſſiore.* Hæc ſunt Lapponum montanorum tentoria, ex veſtibus pannisque partem maximam confecta, quæ tollunt, quoties alio migrandum eſt, ſecum avehunt, ut alio loco erigant. Ad vero Lappones ſylveſtres, ſive graan Lapper ſua tuguriola ædificant aliqui ex tabulis ligneis, aliqui ex ſtipitibus ſex ſuperne coëuntibus in Conum, quibus deinde injiciunt vel ramos ex abiete aut pinea, vel cortices harum arborum, vel ceſpites exciſſos. De corticibus jam pridem teſtatus eſt & Herberſtenius. *Tuguriola* inquit, *ſua corticibus arborum tegunt.* Andreas Buræus cortices eos facit betulinos. *Pro domibus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

domibus ex betulæ arboris corticibus consutis utuntur tentoriis. Idem docet Olaus Petri, simul addit, solere cortices eos diu coquere, ut fiant lenti ac tractabiles. *Corticibus betulæ ad lentitudinem cocto, vel diu coquendo redactis tegunt.* Olaus Magnus lib. 4. cap. 3. addit coria. *Pro domibus*, inquit, *habent tentoria, vel ex induratis animalium coriis, vel arborum corticibus* (sic mallem, quam *codicibus*, ut est in editis) cooperta. Atque hoc est genus, quod vidit Lomenius Comes, & descripsit hisce verbis in Itinerario suo. *Tentoria ex perticis & corticibus constantur.* Quod differt à priori, quia raro tegitur vestimentis, nec quadratum est, sed sexangulum. Samuel Rheen describit ita. *Graanlappar bruka kottor af bræder, med sex Wæggiar, somblige bruuka sine kottor af graanrtis, eller tallriis, somblige af graanbark, och somblige af Torf.* Hoc est: *Lappones sylvestres tuguria sua faciunt ex tabulis ligneis, cum parietibus sex, quidam ad ea adhibent ramos abietinos, vel pineos, quidam cortices abietinos, quidam quoque cespites.* Wexionius numerum laterum auget binario, & octagona facit, præsertim Lapponum Kimensium. *Tentoria*, inquit, *ex asseribus, octagona sunt, inferius latiora, quinque circiter ulnas alta.* Idem prodit Olaus Petri de Lapponibus Pitensibus. *Vbi divertendi commoditas diuturnior, octangularia in ulnæ altitudinem tentorii jaciunt fundamenta.* Atque hæc tuguria non destruunt, tolluntve, quando migrant alio, sed relinquunt loco suo, ut eo reversi, usurpent denuo, injectis tantum ramis aliquibus, aut corticibus, aut cespitibus, ubi forte nudata interea fuere. Unde Samuel Rheen. *Och desse deras kottor stao vvid sioer och elfvver, ther the bruka sit fiskerii och iagande.* Hoc est: *Hæc ipsorum tuguria stant fixa juxta latus fluminave, ubi piscationes vel venationes suas exercent.* Præter duo hæc tuguriorum genera recenset aliud Olaus Magnus istis verbis l. IV. c. II. *Pars eorum in arboribus quadrato ordine crescentibus domos collocant, ne denso nivium casu in campestribus suffocentur, aut à bestiis famelicis insuperabili agmine congredientibus devorentur.* Quis sit ille ordo quadratus arborum, non satis intelligo. Suspicor hoc velle, solere super arbores quatuor, ita natas, ut in quolibet domicilii quadrati futuri latere singulæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

gulæ fulcrum præbere poſſint, cui innitatur, velut baſi aut columnæ, tuguria ſua extruere. Sed hoc quidem genus nobis incompertum eſt. Fennos habitare *in aliquo ramorum nexu* ſcribit Tacitus, quod fortaſſis noſtro præbuit occaſionem iſta memorandi. Nam & genus quartum non aliunde, quam ex Zieglero videtur habuiſſe. Scripſerat Zieglerus, *amaxobii ſunt*, inde Olaus Magnus: *Gens hæc in tentoriis, vel carris moratur.* Scilicet amaxobii, quantum attinet ad vocem, illi, qui in plauſtris, atque carris vivunt, tales ergo Lappones Olaus credidit ſermone Ziegleri inductus. At hoc prorſus falſum eſt. Carri, plauſtra, & id genus penitus incognita Lapponibus. Et qui poſſent uſurpare in lubrica glacie, & nivibus altiſſimis; Neque tali ſenſu amaxobios Zieglerus appellavit. Sed quia incertis vagentur ſedibus inſtar amaxobiorum, quæ gens eſt notiſſima Scytarum. Ideo præcedit proxime apud ipſum: *tabernacula quaſi Caſtrenſia, manſionesque ſæpe transferunt.* Manent ergo tantum duo illa domiciliorum genera, quæ prædixi. Nam & quintum genus de quo Paulus Jovius, vel eſt ſubitaneum, vel illis tantum uſitatum, qui ſunt ſub imperio Moſchovitarum. *Gentis cubilia*, inquit, *cavernulæ, ſiccatis repletæ foliis, cavique arborum ſtipites, quos vel intromiſſa flamma, vel ipſa vetuſtas inducta carie fabricavit.* Cæterum in utroque illo genere ſic omnia ſunt conſtituta, ut primum quodlibet tugurium duas habeat januas, unam à fronte, alteram à tergo. Illam majorem, quotidianam, omniumq;, & ad quæcunque negocia conceſſam uſibus; hanc minorem, & per quam exire vel intrare nulli fas ſit fœminæ. Samuel Rheen. *Pao bemælte ſina kottor hafvva the een vvanlig dær, ther igenom the ingao, men back fær kottorna hafvva the een liten dær, ther igenom the inkaſta theras matvvaror, ſerdeles thet the faonge af ſkogen, ſaoſom foglar och vvildbrao, eller af ſioegar, ſaoſom ær allehanda fiske. Detta mao icke inbæras igenom then rætta dæren, uthan thet ſkall inkaſtas igenom baak dæren.* Hoc eſt: *In his tuguriis ſuis duas habent januas, unam, uſitatam, per quam ſolent intrare, aliam à tergo tugurii minutam, per quam conjiciunt in tugurium res ad victum pertinentes, præſertim venatione captas in ſylvis, ut aves, & carnes ferarum, vel in*

lacubus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

lacubus, ut genus omne piſcium. Has per communem januam inferri nefas eſt, ſed per poſticam conjiciendæ in tugurium. Habes hic januam duplicem, cum utriusque uſu, præſertim eius, quæ à tergo eſt. Per eam enim præda venatione capta conjicitur à viro ex venatione reverſo in tugurium. Per hanc exire nulli fas eſt fœminæ, quia, ſicut alias jam dixi, prohibitum mulieribus venire ad tergum tugurii. Cujus rei partim eam puto eſſe cauſam, quæ allata in ſuperioribus, quod ab ea parte Thorum ſuum habeant, & ſacrificia ei faciant; partim illam, quod occurſum fœminæ vel præſentiam inauſpicatam putent operam venationibus daturo. Quo videtur referendum, quod habet de hac janua Zieglerus. *Nefas eſt mulierem exire tabernaculum janua, qua vir eo die eſt ad venationem profectus.* Non de alia hoc intelligendum janua, quam quæ eſt à tergo tabernaculi, cujus uſus non illa ſolum die, ſed perpetuo mulieribus eſt interdictus. Wexionius hac de re ſic habet: *Janua parva eſt, ſponte relabendo claudens, cui è regione feneſtra lumen admittens, per quam ex venatione reduces primum irrepunt, fruſtum carnis rhenanæ ſecum trahentes. In conclavi, quod intra feneſtram in caſa eſt, tres ulnas longo, unam lato, quo feminis introire nefas, veſtem venatoriam deponit.* Quæ Samueli Rheen *janua minuta*, ea Wexionio *feneſtra* eſt, admittens lumen, quia fere patet. Oſtendit autem & ipſe, virum venatorem, per hanc redire in tugurium, neque ad eam appropinquare conceſſum fœminis eſſe, quoniam ibi habeat maritus veſtem venatoriam, & cæteram ad venationem pertinentia. Ipſe *conclave* vocat, ſed ejusmodi conclavia, clauſa ſuis parietibus, & quæ arcere alios & excludere aditu poſſint; Lapponum tuguria quidem habent nulla, tantum ſpatium eſt certum definitum per nonnullos caudices ligneos, tanquam limites. Id quod ſecundum eſt, de quo dicendum. Tugurii totius pavimentum ſive area ſic deſtinguitur, ut in medio quidem habeant focum munitum lapidibus in ambitum. Wexionius: *Focus in medio per tectum ſemper patens exhalat.* Samuel Rheen: *Mitt i Kotten hafva the eld, ſom mæſt altid brinner, undan tagandes mitt i natten, och att elden icke mao giæra ſkada, leggia the rund om kring eldſtaden, ſteenar.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

nar. Hoc eſt: *In medio tugurii habent ignem, perpetuo fere ardentem, excepto mediæ noctis tempore, ac ne afferat damnum aliquod, lapides deponunt circa focum in ambitum.* Poſt focum, verſus tergum tugurii, tria reponunt tigna, ſeu tres caudices, quibus illud ſpatium, de quo ſupra dictum, definitur. In hujus ſpatii medio, janua eſt minuta, viris ſolis intrare conceſſa, quam appellant *poſſe*, ei oppoſita eſt janua communis, quam appellant *ox*, ſpatium ipſum eis definitum caudicibus vocant *lops*. Hoc proprium eſt virorum, neque fas eſt ulli fœminæ transgreſſis tribus illis caudicibus id intrare. Samuel Rheen. *Kring om Kittilen leggia the tree ſmao ſtockar, ther pao the ſænder hugga Kioet, fisk, och annat hvvad the ſigh till fædo till reeda vvilia. Bemælthe rum Kalla the poſſe, æfvver hvvilka inga qvvinnors perſooner mao gao.* Hoc eſt: *Circa ahenum (pendentem ſupra ignem) tres reponunt ſtipites, ſuper quos dividunt ſecuri carnes, piſces, aliaque, quæ incibum volunt parare. Id ſpatium vocant* poſſe, *ſuper quod nulli fœminæ fas eſt ambulare.* Dicit quidem ſpatium vocari *poſſe*, verum ſpatii januam, ſive valvas intelligit potiſſimum. Eæ propriæ ſunt *poſſe*, ſpatium vero per ſe *Lops* appellatur. Solent autem januam communem fere ad Auſtrum habere, alteram ad Septentrionem. Olaus Petri, *januæ in tentoriis binæ ad Auſtrum altera, exitu communi deſtinata, altera ad Septentrionem.* Latera utrinque ac in illis ſpatia vocantur *Loide.* Hic cubilia ſua habent, ab uno latere maritus cum uxore & liberis, ab altero huic oppoſito, famuli & ancillæ. Idem Scriptor. *Ibemælte Kottor ligger alt huus folket, husbonden med ſin huſtro, och dættrena pao den ena ſidan om elden, drængier och pigor pao den andra ſian.* Hoc eſt: *In his tuguriis, tota recumbit familia, paterfamilias cum uxore ac filiabus ab uno latere ignis, famuli & ancillæ ab altero latere.* Solas filias hic nominat, & in vicinia parentum ait cubare, credo, quod pro harum pudicitia majorem gerant curam, & ita in perpetuo conſpectu ſuo velint verſari, filiis interea degentibus cum famulis. Quæ vero ſpatia utrinque reliqua ſunt ad januam, ea vocant *kitta*, & mulierum uſibus habent deſtinata, quemadmodum & puerperæ in eo lectum ſuum habet paratum, quod eſt poſt januam communem, & qua quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quotidie utuntur. Cæterum ut cuncta rectius intelligantur, ecce tibi areæ delineationem.



A. est janua minuta, quam appellant *Posse*. *B.* & *C.* vocatur *Lops*, ubi versantur viri, & instrumenta sua habent venatoria, cum aliis hujusmodi. *D.* & *E.* vocatur *Loide*, quorum alterum est proprium patrisfamilias, & uxoris ejus, alterum famulorum. *F.* & *G.* est *Kitta*, ubi fœminæ versantur. *H.* locus foci. *I.* Janua communis, quæ vocatur *ox*. Tres illi stipites, in quibus carnes scindunt, sunt duo illi ab *A* descendentes ad *I*, & tertius transversus, quo distinguit locum peculiarem virorum à cæteris, & in quo est *Posse*. Tertium quod notamus in tuguriis hisce est, quod eorum areas sternant ramis betulinis, ne ab aqua pluvia madefiant, neque alio utantur genere pavimenti. Ramis vero imponant pelles rangiferorum, in quibus cubent, sedeantve. Wexionius; iccirco

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

vocant *tentoria, mollibus ramis betulinnis, superstrata pelle rhenonis adornata.* Samuel Rheen: *Fær goef bruka the biærkriis, fær des renligheet skull, der pao Kasta the een reenhud, eller twvao, pao hvvilka the liggia.* Hoc est: *Loco pavimenti adhibent ramos betulinos, munditiei causa, eis injiciunt pellem rangiferi unam & alteram, in quibus recumbant.* Atque hæc jam domicilia, in quibus habitant Lappones, ac quotidie versantur. Præter ea vero habent ædificia nonnulla, in quibus res custodiunt ac conservant suas, carnes præsertim, & pisces, & id genus alia victui necessaria. Ea nominare lingua sua solent *Nalla*, ut ex Samuele Rheen cognoscimus. Speciem eorum & ædificandi rationem sic describit dictus Rheen. *The afhugga ett træ, stira eller fæm allner ifraon jorden, och leggia thær pao stira stockar i kors viis, biiggiandes sedhan een liiten bood ther ofvvan pao, den the och med bræder tæckia, och dær derfær settia.* Hoc est: *Arborem superiori parte abscindunt, sic ut remaneat stipes altus quatuor aut quinque ulnas à terra, huic stipiti imponunt duo tigna, collocata decussatim, in quibus deinde ædificant conditorium quoddam, tectum tabulis ligneis, clausumque janua.* Species non multum abit à columbariis vulgaribus, in columna vel stipite constructis. Id peculiare habent hæc reconditoria, quod janua earum sit non à latere, sed in pavimento, instar valvarum, ut descendente Lappone recidat superne, ac sic clausa sint omnia. Ascendit autem scalis erectis, quas habet formatas ex uno caudice, in quo nonnulli excisi sunt velut gradus. Quare vero sic in alto collocant hæc reconditoria sua, ejus rei causam esse dicit Samuel Rheen, ursos & gulones, carnibus repositis insidiantes. *Ordsaken att the desse boder sao hægt ifraon jorden sættia, skier fær bioern och jærsen skull, huilke them offta omkull Kasta, och gioera stoor skada, och teras godafoertæra.* Hoc est: *Causa, ob quam tam alte supra terram collocent hæc reconditoria, ursi sunt & gulones, qui sæpe ea evertunt, damnoq; ipsos afficiunt magno, comestis omnibus ipsorum bonis.* Solent eodem fine stipitem ungere, quo vestigia enitentium ferarum eludat. Olaus Petri c. 26. ubi totas sic describit; *Abietem vel pinum, quam inveniunt maximam, excoriant, & lubricam pinguedine propria vel adscititia efficiunt, ut neque à muribus, neque*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

neque à feris possit scandi. Quam deinde sex ulnis à radice amputant. Amputatæ supremam partem penetrare faciunt in crucem duas trabes, quibus totam deinde domum superædificant, & betulæ corticibus tegunt. Atque hæ fortassis domus illæ, quas in animo habuit Olaus Magnus, cum scripsit, super arbores ferarum metu collocari. Cæterum ut ista quoque rectius noscantur, ecce species omnium ejusmodi domiciliorum.

CAP. XVII.

De Vestimentis Lapponum.

VEstes Lapponum non eædem & communes viris juxta feminisque, sed diversæ, quæ & ipsæ differunt pro diversitate temporum. Aliis enim utuntur hyeme, aliis æstate. Quin & pro locis variant interdum, quum alias habeant domi, alias foris. Primum virorum videamus vestes. Hi æstivo tempore adhibent femoralia per crura demissa usque ad pedes, stricte corpori adjacentia, quibus superinjiciunt togam sive tunicam potius cum manicis, largam, & ad cruris medium descendentem, sed quam substringunt cingulo deinde. Quo respectu jam Zieglerus suo tempore. *Veste utuntur stricta, & toti aptata corpori, ne quid impedimenti faciat corpori.* Agit uti censeo de æstivi temporis vestitu, quod apparet, quia sequitur. *Hyeme utuntur* &c. Hunc vocat adstrictum propter femoralia, aptatum vero propter cincturam. Idem voluit Olaus Petri, ubi ait: *Amictus est strictus, & ita toti corpori more Sclavorum, quibus orti, aptatus, ut nil quicquam impedimenti pariat assuetis genti operibus.* Induunt autem eum nudo corpori, sine lineis indusiis, qualia vulgo Europæis sunt recepta. Unde Samuel Rheen: *Lapparna bruka aldrig nogot lærfft, eller line, huarken i barndom, eller sedan de vvarda aoldrige.* Hoc est: *Lappones nunquam linea utuntur veste, neque in infantia, neque postquam adolevere.* Et Olaus Petri. *Lino quia carent, consuetudo eos sine camisiis pariter omnes vivere assuefecit.* Materia vestium harum pannus est laneus, vilis, rusticus, coloris albi, vel grisei, qualem præbent ipsæ lanæ, sine

opera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

opera tinctoris, qui vulgo *vvaldmar* nuncupatur. Dictus scriptor: *Manfolks Klæder æhro Kiortlar the fattige bruka them af vvaldmar.* Hoc est: *Vestes virorum sunt tunicæ, quas pauperes habent è panno, vvaldmar dicto.* Videtur idem voluisse Olaus Petri, quando scribit c. 15. *Liquido constat nobis hic viventibus, quotidie eos uti vestibus laneis in Suecia compactis, & à mercatoribus Bircarlis adventitiis materiam emere.* At vero ditiores pannum adhibent de lana pretiosiore, nec eum coloris ejusdem, sed alterius & alterius, modo viridis modo cærulei, crebertime vero rubri. Quare subdit. *Men the riike af graott, blaott, eller rædt klæde.* Hoc est: *At vero ditiores è panno grisèo, cæruleo vel rubro.* Solum nigrum excipiunt, quem abominantur. Tornæus: *Svvart færga vvilja dhe intet draga.* Hoc est: *Colorem nigrum gestare detrectant.* Quanquam & ipsi aliquando genere utantur viliori, verum domi, atque cum in opere sordidiore occupantur. Foris vero elegantiæ sunt ad modum Studiosi. Joh. Tornæus. *Vtuntur quoque vili panno, quod nobis appellatur vvaldmar, in vestem quotidianam, sed panno generoso omnis coloris adeo gaudent, ut quantum supellex patitur, ornatum vestemque festivalem, ex illo genere procurent.* Cingulo utuntur coriacio, sed quem opulentiores distinguunt bullis argenteis, pauperiores stanneis creberrimis. Samuel Rheen: *The bruka dagligen hoelfverbælten om sig, som pao særdeles maner giorde æhro liika som stoora sleta knappar.* Hoc est: *Vtuntur quotidie cingulo argenteo circa se, peculiari facto ratione, instar planorum leviumque nodorum.* Nodos vocat bullas istas, quoniam nodorum instar prominent forma semirotunda. Huic cingulo adpendunt vaginam cum cultro, deinde peram forma quadrata paulo longiore, quam latiore, tum sacculum scorteum, & postremo thecam cum acubus & filo. Culter est, qualem vulgo emere in Norvagia solent, vagina è corio rangiferi, è latere filis stanneis consuto, & alias eisdem ornato, pendentibus in imo annulis aliquibus. Pera est & ipsa è corio rangiferi, sed pilis obsito, exterius additur corium aliud magnitudine totam æquans peram, quo injecto clauditur per tres nodulos, id corium panno vel rubro, vel alterius coloris est contectum, ornatum & ipsum filis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſtanneis. In hac pera recondunt pyritem, quem habent plerumque non ex ſilice, ſed cryſtallo, ut oſtendam alibi, dein chalybem cum ſulphure, ad excitandum ignem, quocunque venerint, tum tabaccum, & ſi quæ habent alia generis minuri. Sacculus ſcorteus, & ipſe ex prædicti generis corio, parique modo cultus, forma oblonge rotunda, piri modo, in quo recondunt nummos, & pretioſiora alia. Plures hic appenſos habent annulos. Acuum theca generis eſt ſingularis. Pannum habent ſimplicem, figura quadrata, ſed cujus pars ſuperior multo ſit minor inferiori ſive baſi, referatque triangulum oblongum, ſuperne detruncatum. Hunc pannum à lateribus corio muniunt, ut ſit firmior, atque ſic in eo figunt acus & ejusmodi. Inſerunt autem eum thecæ ſimilis figuræ, ſuperne panno rubro, vel alterius coloris, item filis ſtanneis culto, attractu lori, quo in capite pannus iſte ſuſpenſus eſt à cingulo. Præter iſta de cingulo dependent catenulæ aurichalceæ, cum numero non exiguo annulorum orichalceorum. Has annulorum catenulas ſuſpenſas habent circa corpus totum, pera imponitur imo ventri circa pubem, cætera rejiciuntur ad latus. Atque hic veſtitus ornatusque corporis. Caput vulgo operiunt pileo ſine limbo, ditiores limbum addunt ex pelle. Olaus Petri c. 16. *ditiores ſaltem vulpina, caſtorea, mardurea pellibus capitia exornant.* Forma talis, quali vulgo dormientes in cubiculis habemus. Fit vel è panno rubri, vel alterius coloris, vel è pilis leporinis albis, nendo ductis primum in fila, dein contextis eo fere modo, ſicut tibialia noſtra ſolent, vel denique è pellibus avis, *Loom* vocati, ſuis adhuc plumis ornatis. Aliquando avem totum ſic aptatum habent, ut ſervato capite alisque non indecorum præbeat tegmen capiti. Meminit jam Olaus Magnus. Lib. IV. c. 3. *Tegmenta capitum pro frequentiori uſu habent exuvia anſerum ſeu anatum ac gallorum, qui ut cætera volatilia ibidem reperiuntur innumerabili quantitate.* Loquitur de gallis hic, non gallinaceis, ſed urogallis, ſive tetraonibus, item anatibus, nam & has ſic accommodare conſueverunt. Effigiem exhibuit utcunque delineatam lib. XVII. c. 26. Manus muniunt chirothecis vulgari modo factis, pedes calceis ſui generis. Sunt hi calcei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

calcei de corio rangiferorum, pilis ſuis ad huc obſito, confecti toti, ea quoque parte, quæ pedis munit plantam, in qua id obſervant tamen, ut conſuant ex partibus duabus, quarum una pilos verſos habeat antrorſum, altera retrorſum, ne, ſi in unam tantum partem, ob lubricitatem minus firmum poni poſſit veſtigium. Nec hæc pars, quam cæteræ, pluribus munitur coriis, ut fit in noſtris calceis, ſed ſimplex eſt forma rudior, cum uno foramine ſuperne, ut pes poſſit inſeri, à fronte roſtrum eſt repandum, deſinens in acumen. Suturas tamen coluntimmiſſo brevi panno, rubri, vel alterius coloris. Cæterum hos calceos nudis induunt pedibus, eosque loro circa imum cruris ter quater ligato revinciunt. Ac ne laxi fluant, addunt intus fœni quidpiam, peculiariter ad hoc ab ipſis parati. Samuel Rheen. *I ſine ſkoor bruka the inaga ſtrumper, utan allenaſt hoe. Ty the finna i Lapmarken ett laongt græs, huilket the kooka, och thet foervvara, att hafvva i ſine ſkoor.* Hoc eſt: *In calceis non habent tibialia, ſed fœnum. Reperiunt namq; in Lapponia genus graminis longioris, quod coquunt ſervantque, ut calceis immittant.* Venio ad veſtitum alium non ita communem, ſed ex cauſſa certa uſurpari ſolitum. Is eſt totus è corio contra morſus culicum paratus. De quo idem: *Am ſommaren bruka the och Klæder af ſkin, baode men och quinnor, aſ huilka ſomblige Lappar affyra, och ſomblige afklippa haoren, dem the ſedan bruka foer myggor ſkull, pao thet the ike ſkola kunna biita igiennom ſkinnet.* Hoc eſt: *In æſtate utuntur quoque veſtimentis e corio, viri juxta feminæque, cujus pilos pars per putrefactionem, pars forſice demunt. Ea deinde uſurpant contra culices, quum per corium morſu nequeant penetrare.* At vero tempore hyberno viri femoralia habent è pellibus rangiferorum hirſutis, tunicas item, quas appellant *mudd.* Idem auctor: *Om vvinteren att foervvara ſig foer kioelden bruka the ludna muddar. Manfolken bruka och byxor af Reenbælingar giorde.* Hoc eſt: *Hyeme ut ſe muniant contra frigora, muddas hirſutas adhibent, viri quoque uſurpant femoralia è pellibus, quas pedibus Rangiferorum detrahunt.* Muddæ iſtæ non ejusdem omnes generis, quædam præſtantiores, aliæ deteriores. Optimæ, quæ fiunt ex pellibus vitulorum rangiferino-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ferinorum, qui pilos primos post nativitatem mutarunt, non & teneriores, & delicatiores sunt, & colore nigriores. Samuel Rheen: *Pilos primos abjiciunt circa festum Iacobi, eorum loco succedunt pili nigri, ex quorum vitulorum eo tempore mactatorum pellibus fiunt tenerrimæ ac delicatissimæ muddæ.* Vel ut habet ipse: *Af huilka kalfveskin som dao slachtas, gioras the grannaste och finaste muddar.* Pedes muniunt ocreis ex eodem pellium genere, similiter hirsutis, manus chirotecis sive manicis similibus, caput denique pileo, quo id totum cum parte humerorum tegunt, relicto foramine uno, per quod prospiciant: de quo Samuel Rheen. *Pao sitt hufvud bruka alle manfolken een hætta, then the draga oefvver hufvud foer koeld och uhrvvæder skull. In capite pileum habent viri largum, quem toti superinducunt capiti contra frigora & tempestates.* Solent autem omnia hæc vestimenta nudo corpori, sine subuculis indusiisve inducere. Unde Wexionius. *Vestis quotidiana pelliceum Lapponicum (en Lapmudd) nudo corpori applicatum, injectoque cingulo adstrictum, ad medium femur demittitur, femoralia ex eadem materia (pelle rhenonis) corpus exprimunt.* Solas ocreas manicasque replent fœno, de quo ante dixi. Samuel Rheen: *Saodant hoe bruka the och i sina hanskar, och sællan om vvinteren vvanter.* Hoc est: *Idem fœni genus inserunt & manicis suis, raroque tempore hyberno chirotecas è lana.* Atque hoc jam est, quod breviter de vestitu Lapponum ait Joh. Tornæus. *Vestes ex pellibus rangiferinis habent. Corium bestiæ (rangiferi) tunicam, cruralia, chirotecas, sandalia, calceos, & femoralia suppeditat, pilis extus semper versis, ut toto habitu videantur pilosi, haud secus, ac ipse feræ.* Sed & Ziegleri verba hinc intelligunrur, quando ita de hoc Lapponum vestitu tempore hyberno. *Hyeme utuntur veste pellibus integris phocarum sive ursorum, artificiose laboratis, eas nodo adstringunt supra caput, solique oculi patent, corpore reliquo toti contecti sunt, quasique in culeum insuti, nisi quod hæc, expressa per membra omnia, ad commoditatem, non ad pœnam laborata sit. Hinc puto temere creditum esse, quod sint corpore hirsuto instar brutorum, pars ita referentes ob ignorantiam, pars ob voluptatem, quam inde plerique capiunt, ut supra fidem rerum dicant*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

dicant omnia comperta ſibi apud remotas terras. Recte ait, totos pellibus hirſutis contegi, nec ſine ratione colligit, hinc natam fabulam de hominibus corpore toto piloſis. Quales tamen an prodiderint hac in parte terrarum aliqui, haud ſcio. At vero *Cyclopas*, & *qui unum in fronte habeant oculum*, invenio hic collocatos ab Adamo Bremenſe pari cauſa, ut exiſtimo, & quia præter foramen in pileo, per quod proſpectabant, nihil deprehendi poterat nudum, ſed hirſuta omnia. Unde id foramen, oculum ſunt interpretati. Quod autem pelles eas facit phocarum vel urſorum, minus probum eſt, cum hæ pelles neque adeo frequentes ſint apud Lapponas, & uſibus longe aliis deſtinentur. Cæterum has veſtes quoque ſuo ſolent decorare modo, per appoſitas è panno rubro, vel alterius coloris plagulas, & expreſſos filis ſtanneis ductus varios in ſpeciem ſtellularum, florum, & ſimilium rerum, ſicut loco alio diligentius oſtendam. Venio ad veſtitum fœminarum. Eſt & ille alius æſtate, alius hyberno tempore. Æſtate gerunt tunicas, pectus, brachia, corpus totum velantes, circa medium rugis nonnullis ad ima deſcendentibus inſtructas, quas tunicas appellant *volpi*. Samuel Rheen: *Quinfolks kläder äro ryngte kiortlar, them the kalla volpi.* Hoc eſt: *Veſtes mulierum ſunt tunicæ rugis plicatæ, quas appellant volpi.* Tunicas haſce nudo injiciunt corpori, quoniam non viris magis, quam fœminis interularum uſus cognitus, impoſuitque mire Lomenio Comiti, qui ei aliud perſuaſit. Lomenius ſic habet. *Fœminis præter has pelles* (qualibet & viri utuntur, *muddar* dictis) *induſia, non linea quidem, ſed ex nervis ſiccatis ejusmodi pecudum, quæ in filamenta arte deducunt & poſtea nent.* Omnia hæc ſunt falſiſſima. Nervos quidem ducunt in fila, ut oſtendam alibi, ſed ex filis illis nullos pannos, nulla ſibi induſia conficiunt, pelles tantum eis conſuunt. Habent autem eas tunicas, viliores quidem è panno agreſti, opulentiores è panno pretioſiore, ſicuti & viri ſolent. Samuel Rheen: *The fattige bruka them af vvaldmar, the riicka af Kläde.* Hoc eſt: *Pauperes uſurpant ex panno, vvaldmar dicto, divites è panno pretioſo.* Olaus Petri: *Opulentiores optimo panno Anglico, rubro & purpureo ſatis ornatè ſeſe amici-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

unt. Corpus medium & ipſæ ornant cingulo, ſed quod nonnihil differt à cingulo virorum. Primum enim latum eſt admodum, & ſæpe ad tres digitos. Idem. *Alle Lapquinfölk bruka teenbælter tree finger breda.* Hoc eſt: *Omnes fœminæ Lapponicæ uſurpant cingula ſtannea, tres digitos lata.* Deinde ornatur non bullis, verum laminis integris digiti longitudine, vel majori, cælatis varia forma florum, avicularum, & ſimilium. Has laminas ſuffixas habent in tænia coriacea unam prope alteram, ut eis cingulum totum ſit opertum. Sunt porro eæ laminæ vulgo quidem è ſtanno, unde ſupra *ſtannea* cingula ſunt vocata; ditiorum quarundam vero etiam ex argento. Ad hæc cingula ſuſpendunt catenas plures orichalceas, & in harum una cultrum cum vagina, in alia vidulum ſeu marſupium in alia thecam cum aciculis, quibus addunt deinde numerum bene magnum annulorum orichalceorum. Habentque hæc ſuſpenſa non à latere, quod olim alibi receptum fuit fœminis, ſed ante ſe in ventre. Supra dictus ſcriptor. *Widh ſamma bælten binda the een hoop meſſingekiædior, them the hængia fram fær ſig, tær pao ſitter kniif, naolhuus, pung och een ſtoor hoop ringar af meſſing faſt bundna, ſom vvæl ær tillhoopa ett liſſpund till vvicht.* Hoc eſt: *Eo in cingulo ſuffigunt catenas multas orichalceas, quas habent ante ſe pendentes, & in iis cultrum, thecam acicularum, marſupium, & ingentem numerum annulorum orichalco firmata, ut pondus omnium æquet ſæpe libras vulgares viginti.* Notabile profecto pondus, & curquotidie circumferendo mireris ſufficere. At ipſæ eo delectantur, imprimis annulorum numero, quorum concurſantium ſtrepitus eis eſt gratiſſimus, creduntque illo non parum commendari formam ſuam. Johannes Tornæus: *Annulos ex cupro & orichalco quamplurimos appendunt, qui ambulando aliasque mutuo conflictu tinnitum edunt. Eſt is ſonus ipſis gratiſſimus, & indicium decoris.* Meminit verbo & Wexionius: *Fœminæ utuntur cingulo, annulis & catenis ſtanneis & orichalceis ornato.* Stanneas catenas ſive annulos facit, quod vix puto reperiri. Vulgo certe omnes ſunt ex orichalco, & nec durabiles ex ſtanno poſſunt eſſe, nec tinnitum edere. Habent alias peculiare ornamentum pectoris, quod vocant *Kracka.* Factum

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

eſt ex panno, rubri vel alterius coloris, ambitque primo collum palmæ latitudine, dein deſcendit in pectus ab utraque parte, deſinitque ſub papillis in mucronem. Hunc pannum in pectore præſertim nonnunquam & in collo crebris deſtinguunt bullis, varia forma cælatis, cum appenſis bracteolis mobilibus, ditiores ex argento, quandoque inaurato, minus opulentæ ex ſtanno. Samuel Rheen. *Alla Lapquinfolk hafva een kraga fram i broeſtet, den de kalla kracka, pao den ſamma hy the en hoop ſo elfvver mallior, ſomblige hviite, och ſomblige foergylte, med hængande loefuthi hvilket ær theras ornat. The fattige, ſom icke ſao foer moegne ahro, att the kunna raoda ſig ſoelfvver-mallior kioepa, bruckai ſtaden antingen teen, eller meſſings mallior.* Hoc eſt: *Omnes fœminæ Lapponicæ inſtar collaris habent in pectore, quod vocant kracka, in eo figunt magnum numerum bullarum ſeu orbiculorum argenteorum, vel ſui coloris & nudorum, vel inauratorum, cum bracteolis dependentibus, & in hac re præcipuus earum poſitus eſt ornatus atque cultus. Pauperes, quarum facultates non permittunt, ut ex argento bullas ſibi emant, uſurpant eas ex ſtanno vel orichalco.* Deſcribit nobis hunc ornatum etiam Johannes Tornæus, verum breviter, ut ſolet. *Fœminæ* ait *argento deaurato pectus ita muniunt, ut inſtar clypei pectora fulgeant. Verum quia argentum omnibus non proſtat, monilibus itaque & annulis ex cupro & orichalco collum & pectus ornant.* Solent autem bullas haſce non in collari ſolum habere ditiores, ſed & tunica ipſa, qua claudit pectus, idque ſerie non modo ſimplici, ſed & duplici, & triplici. Quod nos rurſum docet. Samuel Rheen: *The bruka icke allenaſt ſaodanna mallior pao ſina kragar, uthan och pao ſina kiortlar faſt ſydda, ſa att ſomblige hafvva dubbelt, ſomblige tredubbelt ſoelfvver fram i broeſtet.* Hoc eſt: *Ditiores non in collaribus modo ſuis iſtiusmodi reponunt bullas, ſed & tunicis, ut nonnullæ habeant ſerie duplici & triplici in pectore.* Et hic quidem corporis veſtitus eſt. Caput operiunt mitra humili in ſummo plana, ſpecie rotunda, colore rubro. Samuel Rheen: *Quinfolken bruka een liiten roed myſſa, och dett baode piigor och huſtrur.* Hoc eſt: *Fœminæ mitra utuntur parva, coloris rubri, virgines juxta & mulieres.* Ditiores, ſed paucæ, ſolennioribus diebus addunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

plagulam veſtis lineæ, ornatus gratia. Olaus Petri. *Vxores duntaxat paucæ linteis capita habent redimita in nundinis, nuptiis, & feſtis.* Crura velant tibialibus ad pedes ſolum pertinentibus. Idem. *Om ſommaren bruka quinno kioenet alle naſt ſtrumpor.* Hoc eſt. *In æſtate tibialibus ſolum fœminæ utuntur.* Calceos habent, calceis virorum ſimiles, quos eodem modo pedibus adplicant & ſuccingunt. Veſtitus fœminarum hyeme pæne idem, qui virorum. Nam & muddas habent è rangiferorumpellibus. Samuel Rheen: *The bruka ludna muddar baode mæn och quinnor.* Hoc eſt: *Tunicas hirſutas uſurpant viri atque fœminæ.* Et femoralia. Idem. *Quinfolk hafva byxor om vvinteren liika ſom manfolk.* Hoc eſt: *Fœminæ pariter atque viri habent femoralia tempore hyberno.* Et Johannes Tornæus, qui ſimul prodit cauſam. *Femoralibus uterque ſexus utitur propter nivem hyme altiſſimam, tempeſtates, atque itinerum difficultates.* Et pileos, quibus velent totum caput. Samuel Rheen, poſt explicatum pileum virorum. *Sammaledes bruka och quinfolk.* Hoc eſt. *eodem modo utuntur & fœminæ.* Pileos hujus ſpeciei geſtant aliquando & æſtivo tempore, ſed ex panno, ut obvelent faciem contra morſus culicum, quos adſtrictos vinculo circa caput, ex parte inferiore, quæ dependet alias ad humeros, ſurrigunt univerſos, ut ultra caput promineant. Atque hic eſt habitus ſeu veſtitus fœminarum, ſive nuptæ fuerint, ſive virgines. Nam eodem genere utuntur, neque in veſtitu ſignum, quo genus unum differat ab alio. Præter veſtes, quibus ſe amiciunt interdiu, habent quoque, quibus noctu utuntur, quales dormitoriæ vel cubiculares ſolent nuncupari. Nam lectos ſarctos plumis uſurpant nullos, ſicut alii Europæ populi. Erratque ſine dubio Olaus Magnus Lib. IV. cap. 12. ubi ait. *Avium plumis mollioribus pro lectis, pannisque durioribus pro texturis nervorum utuntur.* Veſtes illæ cubiculares generis ſunt duplicis, unum, cui incumbunt, alterum quo ſe tegunt, quod & ipſum differt, pro diverſitate temporum, hyemis nimirum ac æſtatis. Illæ quibus incumbunt, rangiferinæ pelles ſunt, quas injiciunt ſingulas binasve ramis foliisque betulinis. Hæc enim folia loco ſtraminis aut mattarum nudo imponunt ſolo, quo mollius

ali-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

aliquanto cubent, absq; ulla sponda. Samuel Rheen. *Ser pao Kasta the een reenshud eller tuao, pao huilken the ligga.* Hoc est: *Eis* (foliis nimirum ramisq; betulinis) *injiciunt pellem rangiferi unam duasve, quibus incumbunt.* Dicit, pellibus ipsis incumbere, atq; adeo nullis uti lodicibus substratis, quas ignorant penitus, quibus vero se operiunt ac tegunt, æstate quidem tegetes sunt è lana texta, quæ ab una parte de creberrimis filorum lanceorum, minimi articuli longitudine prominentium, quasi villis horrent, hirsutæque sunt, & vulgo *raaner* sive *ryer* nuncupantur. Idem: *Om sommaren bruka the raaner.* Hoc est. *Tempore æstatis tegetes usurpant villosas, textas de lana.* Atque hisce quidem tegetibus tum non corpus modo reliquum, sed & caput ipsum involvunt ac operiunt propter culices, quibus plurimum nocturno tempore infestantur. Idem. *The draga them oefvver hufvvudei, foer myggornas mykenheet skull.* Hoc est: *Ipsi eas* (tegetes) *superinducunt capiti, propter multitudinem culicum.* Solent autem, quo liberius ducere spiritum queant, nec ex pondere earum sentiant calorem nimium, eas tegetes habere suspensas aliquantum, loris religando ad tectum tabernaculi. *Att the deste bættre mao kunna liggia under raanerne, hængia the them liitet uppe oefvver hufvvud med remerne i koia taket fasta,* dicit idem scriptor. Hoc est: *Atq; ut commodius cubent sub eis tegetibus, ipsas paululum suspendunt prope caput, loris ad tectum tugurii firmatas.* Hæc operimenta tempore æstivo: at hyberno tegunt sese primum stragulis è pellibus ovium aut rangiferorum: post hæc ipsa, operiunt tegetibus, quas supra descriptas dedimus. *Ofvvan pao sig hafvva the om vintren fællar af faoreskin eller reenskin, och dær pao stora raanar, them the Kioepa af the noriska.* Hoc est: *Superne se operiunt tempore hyemis tegetibus è pellibus ovium aut rangiferorum, quas operiunt tegetibus magnis villosis è lana, quales sibi emere à Norvagis solent.* Nunquam autem sub his stragulis tegetibusve jacent nec æstate, neque hyeme, nisi nudi prorsus toto corpore. Sed hoc quidem satis de vestitu Lapponum. Quem hic viri pariter ac fœminæ, æstivum juxta & hybernum damus. Fœmina superior infantem gestat in cunis, religatis ad tergum: inferior eundem tenet suo more cunis inclusum in ulnis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. XVIII.

De Victu Gentis Lapponicæ.

POst res, quibus à corpore ſuo Lappones arcent injurias Cœli, aliave incommoda, venio ad eas, quibus aluntid, & ſuſtentant. Cibum inquam atque potum. Cibus non eſt generis ejusdem apud omnes Lappones. Nam cum alii ſint montani, vulgo *Fiel Lappar*, alii Sylveſtres, vulgo *Graan Lappar* appellati, cibus quoque alius eſt horum, alius illorum. Montani vivunt fere ex rangiferis ſuis, quorum lac, & caſeos, & carnes accommodant ſibi in cibum. Samuel Rheen: *Fiellapparna hafua ſin fæda af booskapp, och bruka fæga fiskerii, uthan æta kioett, oſt, och mioelk.* Hoc eſt: *Lappones montani vivunt ex pecore, nec fere piſcationibus utuntur, ſed veſcuntur carne, caſeo, lacte.* Habent hæc omnia ex rangiferis, qui pecora ipſorum. Niſi quod interdum emant ex vicina Norvagia oves, capras, boves, idque circa feſtum Johannis. Idem: *Nær Lapparna reeſa till Hansmeſſo marknaden, kioepa the Norige oxar eller koor, them the mioelka om ſommaren, och om hoeſtetiid ſlackta: Item. getter och faor.* Hoc eſt: *Cum Lappones proficiſcuntur ad Nundinas, Iohannis dictas, in Norvagia ſibi emunt tauros aut boves, quas emulgeant per æſtatem, in autumno vero mactent. Item capras atque oves.* Habent ergo lac, item carnes aliquando & ex ovibus, capris, bubus, tauris. Sed hoc minus frequenter, quia neque emere, neque alere multos poſſunt. Nam nec pabulum, nec ſtabula pro illis habent tempore hyberno ſervandis, nec habere poſſunt, quia ipſi diu nusquam manent in eodem loco. Et hæc cauſa, cur, quæ ſibi compararunt æſtate, hujus generis animalia, ea in autumno cum deficere pabulum pro eis incipit, mactare ſoleant. At vero quoniam rangiferos, & ſemper, & inſigni habent multitudine, idcirco cibus frequentiſſimus ex ipſis. Differt tamen is, quo utuntur hyeme, ab eo, quo utuntur æſtate. Hyeme namque carnibus fere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

fere victitant, eisque coctis. Idem. Rheen. *Hoeſt och vvinter foertæra the foega annat, æn Kioett.* Hoc eſt: *Autumni tempore ac hyemis vix in cibum aliud abſumunt, quam carnes.* At vero tempore vernali comedunt caſeos, cum carnibus ſiccatis aëre hyberno. Idem. *Om vvinteren æta the mæſt tort kioett och oſt.* Hoc eſt: *veris tempore plerumque carnes edunt exſiccatas, atque caſeos.* Solent nempe illi, quod & alibi fit per Septentrionem, carnes aëri exponere hyberno, quo perflante durentur, eductoque humore liberentur à putrefactione. Crudes carnes appellavit Comes Lomenius. *Cibus illis*, inquit, *carnes crudæ.* Verum non ſunt crudæ illæ prorſus, atque quales mactatis recens pecoribus, quod nonnemo iſta legens poſſet credere, ſed ſubactæ domatæque frigoribus, quorum ad coquendas eas ſuo modo non eſt minor virtus, quam alibi locorum Solis. Tales ergo carnes vere habent pro cibo. At vero per æſtatem lacte plurimum veſcuntur ac caſeo, eoque quod manet reliquum ex lacte ſerove, poſt confectum caſeum, ipſisque *Kamadha* vocatur. Idem ſcriptor. *Om ſommaren foertæra the mæſt mioelk och oſt, ſao vvæl thet, ſom oefvverblifver, ſed an the hafvva giort oſten, huilket the kalla kamada.* Hoc eſt: *æſtate comedunt plerumque lac & caſeum, idque quod eſt reliquum, poſtquam caſeum fecerunt, Kamada eis dictum.* Nihil autem æque apud ipſos eſt in pretie, atque lingua rangiferi, & medulla. Joh. Tornæus: *Carnes rangiferinæ cibum ipſis præbent magis delectabilem. Pinguedinem certe ac medullam in lauticiis habent.* Wexionius, ubi de cœnis, quibus excipiunt ſacerdotes: *Fercula carnes rhenonis arefactæ, ejusque lingua ad ignem toſta, oſſaque foco excalefacta, quibus diſciſſis medulla promitur.* Jo. Tornæus denuo de medulla ſeorſim. *Vti beenen finnes een beſynnerlig gott marg, utaf hvvilken Lapparna oen ſaodan hoegtiid gioera, ſom vvii af oſtrer eller naogon apkommen frucht.* Hoc eſt: *In oſſibus* (rangiferorum) *optimi ſaporis eſt medulla, quam Lappones tanti faciunt, quanti nos oſtrea, vel fructus alios recens advectos.* Supereſt adhuc unum cibi genus, Lapponum huic generi receptum. Eſt id ſanguis rangiferorum decoctus in aqua, pultis inſtar. Samuel Rheen. *The tillreda och vvælling af reenblod i vatn koo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

kookat, hwilket hoos them ær een brukelig och gemeen spiis. Hoc est: *Pultem quoque conficiunt ex sanguine rangiferorum, decocto aqua, quod est cibi genus apud ipsos vulgare.* At vero Lappones Sylvestres, sive Graanlappar, partim piscibus vescuntur, partim avibus & feris: Samuel Rheen. *Granlapparna hafwa sin foedo af fisk och wwildbrao, the faonga af skogen, then æta the wwinter och sommar, hoest och wwaor.* Id est: *Lappones sylvestres victum habent ex piscibus & feris, quas in sylvis capiunt. His utuntur hyeme juxta & æstate, autumno & vere.* Non est apud ipsos differentia ciborum pro diversitate partium in anno, sicut apud Lapponas montanos; credo quia omnibus temporibus harum rerum copia abundant. Atque de hoc genere accipiendus Olaus Magnus potissimum, quando ait ex venatione ac piscatione vivere. *Nullo*, inquit lib. IV. c. 3. *pane victitant, sed ex piscibus & venatione ferarum.* Item Peucerus in de Divin. *vivunt ex venatione & piscatione.* Piscium tamen usus apud eos frequentissimus & communissimus. Iccirco eos comparat Æthiopibus Ichthiophagis Zieglerus. *Pisces*, ait, *capiunt plurima copia, hocque proventu vivunt, Ichthiophagorum Æthiopum more.* Et Olaus lib. XVIII. c. 28. qui Zieglerum in his fere sequitur. *Pro majori parte Lappones Ichthiophagi sunt, inexhausta fertilium aquarum piscatura viventes.* Cæterum inter carnes ferarum, ursinas præferunt præ aliis, hisque potissimum delectantur. Olaus Petri: *Carnem ursorum præ cæteris Lappi amant, appetunt, inque summis deliciis habent.* Samuel Rheen. *Lapparna / aolla bioernkioettet foer een synnerlig delicat maat, och foerdenskul wwillia the tractera sina bæsta wwænner med bioernkioett.* Id est: *Lappones carnes ursinas pro cibo habent delicatissimo, & iccirco summos amicos suos eis excipiunt.* Capiunt & aves generis diversi, quorum unum, quod appellant Sueci *Snioeriipor*, de genere Lagopodum, frequens apud ipsos in cibis. Idem. *Af Snioeriipor soekia Lapparna myket sin foedo och uppehællo.* Hoc est: *Ex Lagopodibus Lappones plurimum sibi quærunt victum & sustentationem.* Præter hos communes cibos habent Lappones & condimenta quasi quædam, alia ex vacciniis, rubris, fragis, & præsertim moris quibusdam sui generis, quæ nonnul-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

lis Norvagica dicuntur; alia ex anglica petrosa, item libris interioribus pini arboris, de quorum omnium usu, & præparatione dicam in sequentibus. Et hi quidem cibi Lapponum: panis enim salisque usus eis est incognitus plerisque. Herberstenius jam suo tempore: *Loppi pane, sale, aliisque gulæ irritamentis carent.* Unde Wexionius, post nominatos cibos: *Hæc sine sale & pane.* Joh. Tornæus: *Lappones neq; serunt neq; metunt, ideo panis & farina nutrimenta sunt illis peregrina, neq; admodum usurpata. Cum vero habent, tamparce iis vescuntur, ut nos melle vel azymo, sale, aut nullo, aut modico sane cibaria condunt.* Samuel Rheen. *Lapparnas föedo beståor mått af booskap eller reenar, sampt vvildebrao, fogel och fisk, thet the foertæra vvinter och sommer, uthan brod, och mehrendels uthan halt.* Hoc est: *Victus Lapponum est ex pecore sive rangiferis, feris, avibus, piscibus, quæ hyeme juxta & æstate comedunt sine pane, ac plerumque etiam sine sale.* Ac pro pane quidem farinave usurpant pisces exsiccatos, & contusos comminutosve in pollinem. Meminit jam pridem Zieglerus. *Lappones,* ait, *frigore exponunt pisces, & edomant in farinam.* Et Samuel Rheen. *Lapparna æta foer bræd torkat fisk, som the vvaortiid och om sommaren torka i vvædret och solen.* Hoc est: *Lappones loco panis edunt pisces exsiccatos vere ac æstate vento atque sole.* Interdum pineæ arboris cacumina, si Olaum Magnum audimus, qui sic Lib. XII. c. 4. *Harum* (pinearum) *dulcibus medullis in cacumine, quæ cerebrum vocantur, regnicolæ, præsertim Lappones in principio æstatis recollectis, loco panis, ut Parthi palmis utuntur.* Pro sale vero usurpant libros pini arboris certo paratos modo, quem hac ratione describit nobis Samuel Rheen, cujus verba Suetica, quia longiora sunt, Latine solum proferam. *Pinos proceras decorticare, præsertim ea parte, quæ vicina solo est, consueverunt, & interiores capere libros, inque tenuissimas membranulas chartæ instar, divisas, bene purgare. Hos post exponunt soli, ut fiant aridi, tum eos in minutas lacerant particulas, quas conjiciunt in capsas majusculas, confectas è corticibus arborum. Capsulas sic repletas defodiunt in terra, fabulo opertas, vel arena. Atq; ita die integro sinunt suo calore macerari. Deinde superne, ubi capsulæ sunt defossæ, magnum excitant ignem per congestos*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſtos caudices ſtipitesque arborum. Ita ſub terra libri illi cocti colorem nanciſcuntur rubrum, ſaporem vero gratiſſime dulcem. Hoc ipſis condimenti ſalisque loco in frequenti uſu eſſe, ab aliquibus accepi. Samuel Rheen: pro ſaccharo ait adhibere. *The foertæra thetta ſedan ſom ett confect.* Id eſt: *Hoc deinde comedunt pro rebus ſaccharo conditis.* Habent autem Lappones plerique hoc adhuc ſervatum reliquumque, ut opinor, ex dogmatibus pontificiis, ut ſingulis diebus veneris abſtineant ab eſu carnium, & vel piſcibus veſcantur, vel ſi eis careant, lacte caſeoque. Quod in Lapponibus montanis eo magis eſt conſpicuum, quia vulgo alias veſcuntur carnibus. Samuel Rheen: *Alla fredagar haolla alle Fiellappar ſin faſt edager, och villia tao icke æta nogot Kioett, uthan fisk, och ſao frampt the ey ſielfvve kunna fao fisk, Kioepa the honom af andra Lappar. Om the tao ingalunda kunna fao fisk till kioeps, eller den ſielfvve ſaonga, æta the mioelk och ooſt.* Hoc eſt: *Quibuslibet diebus Veneris Lappones montani obſervant quaſi jejunium, iisque carnis quid guſtare detrectant, verum comedunt piſces, quos ſi ipſi comparare ſibi nequeunt, eos ſibi emunt à Lapponibus aliis. Quod ſi vero nullo modo poſſunt habere, lac & caſeum uſurpant in cibum.* Cæterum hæc omnia, quæ ſupra dicta ſunt, ſic ſolent aptare. Carnes recentes coquunt, verum brevi tempore, vixque longius, quam ut vulgo piſces coqui ſolent, credo, quod ſic putent ſucci pleniores, & jus habeant ex eis copioſius, quo non parum delectantur, imo utuntur vice potionis, ut oſtendam in ſequentibus. Idem: *Kioettet kooka the ey haort, uthan med en ſackta eld, och foega længer æn fisk.* Hoc eſt: *Carnes non coquunt multum, verum igne minuto, nec fere longius, quam piſces coqui ſolent.* Quanquam cauſſa poteſt eſſe illa quoque, quod non ita pridem uti cœperint cibis coctis. Baro Herberſtenius, qui ſcripſit ante annos centum & triginta circiter. *Coctis jam cibis veſcuntur, humanioresque mores induunt.* Sua ætate demum, oſtendit coquere incepiſſe. Carnibus quandoque addunt piſces in eodem aheno. Rheen. *Offta kooka the kioett och fisk i een kiettel.* Hoc eſt: *Sæpe in aheno uno carnes ſimul atque piſces coquunt.* Carnes reliquas duratas aëre vel hyberno, vel æſtivo adhibent in cibum abſque coctione ulteriori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Quare ipſas *crudes* dixit Lomenius. Lac & ipſum vel coquunt cum nonnulla portione aquæ, quia craſſum eſt, ut oſtendam in ſequentibus, vel exponunt frigori hyberno, ut congelatum coeat inſtar caſei, diutiusque poſſit ſervari. Idem. *The foervara och then reenmioelk, ſom the ſeendt pao hoeſten maolka i ſtora faat, och laota then fryſa ſaaſom iis, then the ſkæra ſoender liika ſom oſt.* Hoc eſt: *Servant quoq; lac rangiferorum, quod emulgent ſerius in autumno, repoſitum in vaſis majoribus, ſinunt que congelare in modum glaciei, quod poſt ſcindunt in partes inſtar caſei.* Adeundem modum piſces præparare ſolent. Alios enim coquunt, alios edunt exſiccatos. Unde Samuel Rheen de piſcibus eorum: *The æta then undertiiden kookat, och undertiiden okookat.* Hoc eſt: *edunt eos quandoq; coctos, quandoq; non coctos.* Loquitur de exſiccatis piſcibus, quos ait tempore veris vel æſtatis exponere aëri aut ſoli, & ſic exſiccare. *Fiskentorka the vvaortiid och om ſommaren i vvædret och ſoten.* Hoc eſt: *piſces tempore veris & æſtatis exſiccant in aere ac ſole.* Solent nempe poſtquam ceperunt, cujuscunque fuerint generis, præſertim vero lucios, primum exenterare, poſt in bacillis ſuper furcas ad id excitatas, & ſuperne munitas tecto, ne à pluviis madefiant atque corrumpantur, ſuſpendere. Sic calore ſolis, & ventorum flatu durantur, ut ſervari queant aliquot per annos. Idem fit rigore frigoris ſi Wexionio adhibemus fidem, qui ſic lib. IV. c. 1. *Piſces Lappi frigoris duritia hyeme abſq; ſale exſiccant.* Quos hoc modo non exſiccant, edunt coctos ſtatim poſt capturam. Coctos autem vel per ſe ac ſolos, vel cum carnibus, ut dixi ſupra, ſive avium illæ fuerint, ſive animantium ferarum. Aſſare neque piſces, neque carnes conſueverunt, excepta ſola lingua rangiferi, & oſſibus, in quibus medulla, uti ſupra indicatum eſt. Mirorque plane, contrarium eſſe proditum ab Olao Magno, quando ait lib. IV. c. 12. *Carnibus horum animalium* (quæ capiunt venatione) *frequentius aſſis, quam lixis veſcuntur.* Licet videatur in hanc ſententiam inductus à Zieglero, apud quem cum veru porrigi legiſſet carnes à marito conjugi, ipſe collegit, aſſare conſueviſſe, unde ait, *vir prædam dividit, verug. deſignat aſſandam*, verbis Ziegleri, niſi quod de ſuo illud *aſſandam* adjiciat.

Bella-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Bellaria quæ in defectu pomorum, nucum, & similium, habere solent è diversis fere baccis, parant in hunc modum. Chamæmora, quæ & mora Norvagica quibusdam, nostris *Hiortron*, coquunt sine aqua, tum inspersо pauxillo salis, defodiunt in terra Rheen: *Chamæmora cum matura fieri incipiunt, decerpnnt, sicque sine aqua ulla proprio suo cum succo coquunt lento igne, ita chamæmora emolliuntur. Quibus post pauxillum salis comminuti inspergunt. Ita deinde conjecta in vasculum ex cortice betulino, bene circumligatum defodiunt in terra, eaque contegunt. Tum in autumno hyemeque, quando adhibere volunt in cibum, depromunt æque integra recentiaque, ac si nuperrime fuissent decerpta.* Hoc unum genus, quo vescuntur eo tempore, quo baccæ aliæ non habentur. Solent quoq; cum recentia adhuc sunt, eis addere carnes piscium, & peculiare quoddam cibi genus inde sibi coquere, hac ratione. Pisces primum coctos aqua exoflant, tum eis addunt chamæmora, omniaque ligneo pistillo in pultis modum contundunt. Idem Samuel Rheen; *The Kooka fisken, och uths kræda beenen, och sedan stoeta the fisken och bær till sammans med een træstoetill, och supa thet sedan med skied.* Hoc est: *Pisces primum coquunt, omniaque ex eis tollunt ossa, tum eos una cum chamæmoris contundunt pistillo ligneo, & sic edunt cum cochlearibus.* Jusculi nimirum sive pultis modo. Nec hoc tantum faciunt cum chamæmoris, sed & cæteris baccarum generibus. Idem: *Sammaledes gioera the med lingon, kraokebær och blaobær, hvilka the æta tillsammanmed fisk, sao tillred, som tillfoerne foermælt ær.* Hoc est: *Idem faciunt cum vaciniis rubris, chamætaxis, & myrtillis, quæ piscibus juncta edunt ita parata, sicut in superioribus est dictum.* Præter istud genus est & aliud in deliciis apud Lapponas, quod conficiunt ex angelica petrosa. Caulem, antequam ferat semen, decorticatum assant, atque ita comedunt. Idem. *Angelicæ græs stielke, foer æn thet skiuterstig i froe, æta Lapparna saoledes. The afskræda den ytterstа barken, och innerstа kiærnan steekia the pao gloed och thenfoertæra.* Hoc est: *Angelicæ caulem, priusquam ferat semen, Lappones comedunt ad hunc modum. Corticem ejus exteriorem abradunt, & interiorem medullam imponunt prunis, atque ita absumunt.* Addit autem esse hoc inter præcipuas Lapponum delicias. *Till denna spiis hafvva alla Lappar een ganska*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſtoor luſt och behag, ait. Hoc eſt: *Hoc genere cibi Lappones omnes ſummopere delectantur.* Solent & alio parare modo coctum cum ſero lactis rangiferini, donec omnia fiant rubra. Quod genus ſervant etiam in hyeme. Samuel Rheen; ſic de eo. *Setta angelica græs bruka och Lapparna ſaoledes; The af skiæra den ſtielken ſom begynnar att uthſpricka till froe, huilken the Kooka i oſtvvaſla een heel dag, till des thet blifvver roedt ſom blod. Thet foervara the till vvinteren och andra aohrſens tiider.* Hoc eſt: *Angelica iſta utuntur & tali ratione, caulem, qui nunc incipit velle ſemen proferre, abſcindunt, eumque coquunt cum ſero lactis per diem integrum, donec colorem ſanguinis referat. Hoc cuſtodiunt in hyemem aliaque anni tempora.* Obſervat autem dictus Rheen, eſſe genus hoc admodum amarum, quod & alias quisque facile intelligit. Ipſis tamen uſu conſuetudineque fit jucundum, ut & valetudini ſervire credant. Adhuc unum genus habent ex acetoſa majore, quam coquunt cum lacte. Idem. *Acetoſam majorem coquunt unà cum lacte.* Ultimum eſt ex cortice piceæ, quo interdum utuntur & loco ſalis, ut ſuperius oſtendi. Ubi ſimul dixi defoſſum in terra coqui ſuperpoſito igne valido. Lappones hoc genus *Sautopelzi* ſolent nominare, ſicut idem auctor docet. Dixi paulo ante ultimum, quoniam ignoro, an butyrum quoq; ad hanc claſſem debeam referre. Inter communes profecto & quotidianos cibos Lapponum non numerant. Et ſunt, qui ex lade rangiferino negent poſſe fieri, ut alibi oſtendi. Samuel Rheen tamen dicit ita confici. *The gioera och ſmioer af reenmioelk, i thet the yſta henne ſaoſom oſt i een kiettel, och roera tillſamman mioelken, ther af blifvver ett huit ſmoer ſaoſom talg, huilket the liitet ſalta, och ſedan foervara the thet i ett kiærelle.* Hoc eſt: *Butyrum etiam conficiunt è lacte rangiferorum, id enim coagulari faciunt inſtar caſei in aheno, & bacillo diligenter miſcent, ita naſcitur butyrum alibi coloris inſtar ſevi, quod exiguo ſale reſpergunt, & ſic recondunt in vaſculo.* Venio ad potum, is vero communiter eſt aqua. *Glaciem ſolutam* vocat Lommenius, minus probe, cum in tanta fluminum lacuumque copia nunquam ipſis vel per ipſam glaciem deeſſe poſſit aqua. Eam tamen ne à frigore conſtringatur, perpetuo ſuſpenſam habent ſuper ignem

ignem in aheno. Samuel Reen. *Ikiættlen hafvva the altiid vvatu ifoerraod, att dricka.* Hoc eſt. *In aheno ſemper paratam habent aquam ad potum.* Loquitur de aheno, quem in medio tugurii ſuper ignem perpetuo ſuſpenſum ante ajebat habere. Ex eo tantum quisque haurit cochleari, quantum lubet, bibitque ſic non frigidam, ſed calidam, tempore potiſſimum hyberno. Præter aquam hanc communem adhibent in potum jus, in quo decocti piſces cum carnibus fuere, quod genus ipſi *læbma* ſolent nuncupare. Idem ſcriptor: *Nær the æta kioett eller fiſk, drika the omkring den ſoppan, i huilken kioettet eller fisken ær kookat, then the kalla læbma.* Hoc eſt: *Quando edunt carnes, aut piſces, deinde jus, in quo decocta fuere, circumbibunt, idque læbma vocant.* Olaus Magnus lib. 17. cap. ult. addit ſerum lactis. *Lac* (rangiferorum) *deputatur in uſum domeſtici nutrimenti, ac ſerum illius ad potum convenientem.* Et hi potus ad neceſſitatem. Nam cereviſiam, qua utuntur cæteri Septentrionis populi, ignorant, quia neque hordeum, neque lupulus apud ipſos naſcitur, nec ad vectam peregre poſſunt conſervare, deſtituti cellis, tempore potiſſimum hyberno. Wexionius lib. IV. cap. 8. Deſc. Suet. *Cereviſia ob frigoris rigorem inutilis eſt. Lappi vero aquam in vaſculo corticeo potui apponunt.* At vero ſi ad voluptatem, quod non raro faciunt, bibendum, ſpiritu vini, præſertim Gallici utuntur. Eſtque genus hoc ipſis longe acceptiſſimum, nec re ulla alia citius impetrari poteſt favor ipſorum atque gratia. Eum vini ſpiritum ſibi fere comparant ex Norvagia in nundinis S. Johannis. De quo Samuel Rheen, *Ther kioepe the och den tiiden toback och Frantz brendevviin.* Hoc eſt: *Ibi* (in Norvagia) *eo tempore ſibi quoque emunt tabaccum & Spiritum vini Gallici.* Utuntur autem iſto potus genere potiſſimum in feſtis ſuis ac conviviis ſolennioribus, nuptialibus, ſimilibusque, uti oſtendam, cum ad ea ventum fuerit. Et quoniam de potu Lapponum huc usque dictum eſt, addamus, etiam tabacci uſum apud eos eſſe admodum frequentem. Ideo inter merces peregrinas, quas ad eos mercatores afferunt, commemoratur, uti ſupra indicatum. Gaudentque gentes ſale paneque deſtitutæ, fumo herbæ Indicæ, quo carere poſſunt minus

æquo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

æquo animo, atque istis omnibus, quod profecto non exiguam habet admirationem. Sed nimirum isthoc nostri sæculi est fatum. Videamus ergo potius, quo pacto cœnas suas instruant. Locus tempore hyberno in tugurio est ab ea fere parte, qua versari paterfamilias cum conjuge filiabusque suis solet, & est à dextra per communem januam intranti: æstivo autem extra id in virenti cespite. Solent quoque aliquando considere circum ahenum & focum, qui est in medio, ut ait Smuel Rheen, vocat enim *sittiandes rund om kring kietteln.* Hoc est: *sedentes circum ahenum.* Ordinem non observant curiose, neque locum unum altero existimat magnopere honoratiorem, ideo eum usque occupat, quem potest, citra anxium dilectum. Ubicunque autem cibum capiunt, considere solent sine scamno vel subsellio humi, vel in pelle substrata, cruribus pedibusque flexis ad posteriora, idque in orbem sive circulum. Unde supra quoque Samuel Rheen *sedere* dicebat, *rund om kring kietteln.* Hoc est: *in orbem circum ahenum.* Sic in orbem sedentibus apponitur cibus non in mensa, sed tabula rudi, assereve, qui eis mensæ loco est, si Wexionium audimus. *Mensa*, inquit, *est asser humi positus.* Multi tamen ne hoc quidem aliquo utuntur, sed eadem pelle, inqua considunt. Cibus ipse haustus ex aheno, si carnes fuerint aut pisces, vulgo imponitur panno lineo viliore, quem appellunt vvaldemar. Mappas enim lances, discos, & id genus nesciunt. Quod si qui fuerint opulentiores, loco panni lanei, lineum solent adhibere. Samuel Rheen: *Tao Lappen hafvver kookat, æser han upp kioet, fisk, eller hvvad han kookat hafvver, legger han dett anlingen pao lerfft, som the riika Lappar bruka, eller pao ett stiike vvaldmar. Menn sellan brukar naogen Lapp faat eller tallrikar.* Hoc est: *Cum Lappo cibum coquendo apparavit, apponit eum, sive carnes, sive pisces, sive generis alterius fuerit, in panno lineo, ut Lappones opulentiores solent, sive laneo, vvaldmar dicto. Raro namque Lapponum aliquis lancem adhibet vel discos.* Sin vero jurulentum quid, ut lac vel simile, vas habent magnum ex caudice betulino excavatum specie oblonga, nec recedente multum à forma palæ, qua rustici ventilare frumenta solent. Unde dictus scriptor. *Nær the kooka mioelk eller*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

eller vvelling, den oeſe the i faat. Hoc eſt: *Quando coquunt lac aut pulmentarium, tum id in vaſe quodam ſolent apponere.* Partem ſuam quisque tenet manu, ſive carnes fuerint, ſive piſces. Sæpe citra omnem aliam appoſitionem ex aheno ipſo ſibi quisque haurit, quantum neceſſe eſt, ac in defectu panni vel chirothecis ſuis, vel pileo imponit. Idem; *Om Lappen eii annat hafvvar at leggia fiſk eller kioett uppao, brukar han ſin hanſkar, eller myſſan, och læggier tær uppao ſin maat.* Hoc eſt: *Si nihil aliud habeat Lappo, cui piſces carnes ve imponat, chirothecas ſuas aut pileum uſurpat, eique partem imponit ſuam.* Dicit, *ſi nihil habeat aliud*, quia ſunt, qui vaſcula rotunda lignea ſolent adhibere, tali fine. Potum hauriunt cochleari ligneo, quod eis poculi vicem præbet. Nonnulli apponunt eum in vaſculo corriceo. Wexionius: *Lappi aquam in vaſculo corticeo potui apponunt.* In hoc negotio notandum, quod ſint ſupra modum voraces, ſi copia cibi abundet, nec eo minus ferre poſſint famem, ſi ſint eo deſtituti. Olaus Petri Niurenius cap. 17. *Vt aliquando & aliquandiu abundanter & intemperate victitant, ita etiam cum res flagitat, & neceſſaria deſunt, famem, ſupra quam credibile eſt, poſſunt tolerare.* Idem: *A parſimonia valde ſunt alieni communiter urſis & ſylveſtribus rangiferis cum in vere potiuntur copioſe, copioſe die nocteque vorant; nec quicquam eſculenti, modo deglutire valeant, unquam reſervant.* Cœna, ſive prandio finito, duo ſolent obſervare, primum ut gratias agant Deo, deinde ut ſe mutuo ad fidem charitatemq; hortentur,, oblatis dextris, velut ſigno vinculi, quo teneantur ſibi mutuo, qui unius menſæ ſocii ſunt ac participes. De priori Samuel Rheen his verbis loquitur. *Nær the alla tillhoopa hafvva ætit, tacka the Gudh ſoer maad ſaoledes, att the uplyfta ſina hænder, ſæiandes, Gudh vvari tack, ſom os maaten till goda ſkapat hafvver.* Hoc eſt: *Poſtquam junctim omnes cibum abſumſerunt, Deo agunt gratias pro eo, in hunc modum, ut lavent manus, orentque, Deo ſit gratia, qui in commodum noſtrum cibum condidit.* Ubi duo veniunt notanda, & devotionis ſignificatio externa per ſublevationem manuum, & beneficii divini profeſſio per ſolennem gratiarum actionem. Et ſic quidem in Lapponia Pithenſi. Apud Lappones Tornenſes paulo aliter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ter se habet ista formula: nam sua lingua ita orant: *Piaomaos Immel lægos kitomatz piergao odest adde misg mosen vviekan ieggan taide ko mig læx iegnastan.* Quæ verba proprie hoc significant: *Bone Deus, sis laudatus pro cibo, fac ut fruamur ad corporis nostri vires, eo, quem nunc absumsimus.* De posteriori verbis istis: *Sædan rækia the hvvar audra handeua, sao maonga som ætit hafvva.* Hoc est. *Deinde sibimutuo porrigunt manus, quot quot simul ceperunt cibum.* Et hæc sunt, quæ de victu Lapponum, & cœnandi ratione dicenda videbantur.

CAP. XIX.

De Lapponum Venationibus.

POst res vel ad victum Lapponum, vel ad amictum & necessitates alias pertinentes, accedo ad negocia eorũ. Hæc sunt vel quotidiana & vulgaria, vel non quotidiana, sed peculiaria & solennia. Quotidiana duplicis sunt generis, nam vel communia sunt sexui utriq; vel alterutri certa propriaque. Primum videamus ea, quæ sunt propria virorum. Ex his præcipuum potissimumq; est venatio. Nam venari apud Lapponas non est concessum, nisi solis viris. Quod nos docet Johannes Tornæus, ubi ait: *Tenentur quoq; mulieres æque ac viri omnes labores subire, venatione excepta.* Contrarium quidem proditum legimus apud Olaum Magnum lib. IV. c. 12. ubi ait: *Sub polo habitantibus in vasto nemorum circuitu tanta ferarum reperitur fœcunditas & multitudo, ut soli viri, nisi & fœminæ accurrant, non sufficiant ad earum venationem instituendam. Igitur eadem agilitate & forsan majori fœminæ venantur ut viri.* Verum suspicor hoc prodidisse, sicut multa, non ex commemoratione fide dignorum, & de suo, sed secutus veterum nonnullorum autoritatem. Quomodo hic respexisse Procopium potuit, qui lib. II. Gothicorum ita refert de Scritofinnis, quos Olaus vicinos facit Lapponum: *Nec viris mos agros exercere, nec feminis notus labor. Solus venatus utriq; sexui sufficit.* Aut Tacitum, qui sic in de Mor. Ger. de Fennis: *Idem venatus viros pariter ac feminas alit. Passim enim comitantur, partemque prædæ petunt.* Quicquid autem fuerit de Fennis Scritifinnisve, & Procopii aut Taciti narratione, de Lappo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Lapponibus eſt certum, quod in tantum à venatione omni arceant mulieres, ut & ad inſtrumenta ſua venatoria non admittant, ea janua non exerceant venatum; neque intrent in tugurium, qua ipſæ ſolent, ac ne feram quidem à ſe captam ſinant tangere ſuis manibus, ut mox ſingula uberius oſtendam. Cæterum in venatione omni multa ſolent obſervare, pro ſua ſuperſtitione. Primum eſt, ne inauſpicato ipſam inſtituant tempore vel die. Habent autem pro inauſpicatis cum nonnullos alios, tum præſertim S. Marci quem appellant *Cantepæive*, atque S. Clementis. Samuel Rheen; cujus verba etiam alibi adduxi: *Dies habent quosdam, quos obſervant, ut Catharinæ, Marci, vel Cantepæive, item Clementis, quibus diebus nemo Lappponum venari vult, aut ſagittis feras petere: ferunt enim ita fore, ut multa ipſis eo anno improſpere eveniant, ſi quid tali die venarentur, ſagittisve peterent, atq; id inprimis, quod rumpentur arcus ipſorum.* Habes cauſam, ob quam dies hoſce habeant pro infauſtis, atque illam duplicem, quod & inſtrumenta venatoria perdant iſtis diebus venaturi, & venationis ſucceſſum toto illo anno amittant. Secundum eſt, ne venationem paulo juſtiorem ſuſcipiant, niſi explorato ante numinis favore per tympanum Lapponicum. Nam & hic illius uſus eſt, eoq; fine habent in eo depictas certas ferarū imagines, qua de re jam docui alio loco. Ante omnia vero hæc obſervant, cum exire in venationem urſorum debent, quod oſtendam, cum ad eam nominatim erit ventum. Tertium, ne exeant ea janua tentorii, qua exire vulgo ſolent, aut intrare; ſed adverſa, quam appellant *Poſſe*. Propter fœminas opinor, quarū occurſus creditur venantibus infauſtus. Eſtq; hæc inter alias cauſſa, ob quam fœminis ad tergum tugurii, ubi ea eſt janua, interdictum venire, ut me docuit Ol. Matthiæ. Gentis Lapponicæ apud nos, dum iſta ſcribo, Studioſus. Quia nempe credunt improſperas fore venationes ſuas, ſi obvias haberent ſibi eo loco fœminas. Indicavit pridem jam Zieglerus, verbis licet aliquantum obſcurioribus, quæ ex dictis tamen poſſunt intelligi & emendari. *Nefas*, inquit, *eſt, mulierem exire tabernaculo janua, qua vir eo die eſt ad venationem profectus.* Non una, & eadem ſolum die nefas eſt, ſed perpetuo, quia nunquam alia venatum exit janua, quam quæ eſt à tergo tabernaculi, qua exire fœminæ non licet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Et hæc quidem sunt, quæ fiunt ante venationem. Sequitur deinde ipsa, quæ non una eademque est, sed varia. Differt autem maxime respectu primum temporis, deinde & ferarum. Johannes Tornæus : *Pro anni ferarumque diversitate venatio quoque non uno modo instituitur.* Alia igitur est hyberna, & alia æstiva ; alia minorum, & alia majorum grandiorumve ferarum. In æstate feras persequuntur fere ambulando pedibus, & sagacitate canum, quos Lappones habent bonos, animososque, ut non indicare tantum feram possint, sed & audeant invadere. Habentque ipsos illo fine ad tuguria sua perpetuo revinctos. Wexionius lib. IV. Desc. Suec. c. 8. *Canes semper vinctos tenent, ut venatum dimissi, feras avidius persequantur.* At vero hyeme vestigia ferarum nivibus impressa observant, easque intercipiunt cursu celerrimo cum tabulis repandis, pedibus aptatis, quas uberius alio loco describemus. Meminit Olaus Magnus lib. IV. c. 12. *In pandis*, inquit, *seu latis trabibus, seu lubricis tabulis pedibus alligatis, super valles nivososque montes ac cacumina montium celerrimo transitu lapsuq; præcipites in bestias efferuntur.* Idem lib. I. c. 25. *Genus hominum sylvestre seu Lapponicum pandis trabibus sive longis stipitibus, plantis pedum affixis, supra nives in vallibus ac montibus, flexuoso & arbitrario motu cursum præcipitem dirigendo se transfert : Idque perfectissima arte facit, sive adversis casibus congrediendum sit, sive venationibus voluptuosis, quarum quæstu vivunt, & fortunas assequuntur uberiores, sit attentandum.* Feras minores capiunt arcu plurimum & sagittis ; majores hastis & bombardis. Quanquam ne istorum quidem omnium eadem sit venatio. Nam hermelinos quidem, quos appellant, sæpius captare solent excipulis, isto fere modo, quo & mures vulgo. Non dissimilem multo commemorat prædictus Olaus hisce verbis lib. XVIII. c. 21. *Capiuntur positione transversorum lignorum, subtilissima chorda adhibitorum, quæ (ingredientibus hermelinis tribus, quatuor vel octo simul) mota, repente eos in sua pressura claudit.* Addit idem, capi quoque foveis, superne tectis nive, ne sentiant insidias ; item canibus, qui sint *adeo celeres & sagaces, ut eas comprehensas morsibus occidant.* At sciuros petunt telis fere, nullo armatis spiculo,

sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

sed obtusis, ne pelles, quarum gratia potissimum captari solent, corrumpantur. Eadem est mardurum, ut nonnulli vocant, etiam venatio. Prædictus scriptor lib. VII. c. 1. *Producuntur ligneæ sagittæ, lato capite, pro marduris, zebellinis, ac pyrolis interimendis.* Non sunt alii hoc loco *pyroli*, quam qui alias *sciuri*, sicut alibi ostendam. Mardures aliquando telis aliis, & quæ armata ferreis sunt spiculis, excipiuntur, neque illæ solum, sed & feræ aliæ, ut vulpes, castores, & id genus. Ubi tamen Lappones dant operam, ut si fera pellem habeat pretiosiorem, sic destinent ictum, ne per eum corrumpatur. Valentque hac arte ad miraculum, quod jam olim Herberstenius in eis annotavit. *Sagittarii*, ait, *peritissimi omnes, ut si quas nobiliores venatione feras nanciscantur, eas, quo pelle integra & immaculata potiantur, missa in proboscidem sagitta interficiunt.* Vulpes capiunt & foveis, superne tectis sarmento, & inspersa nive, ut in eas prolabantur, dum appositum per insidias appetunt pabulum. Item ferramentis, quibus ceu forcipibus quibusdam pedes eorum comprehensi tenentur, dum incautius per solitas ambulant vias. Ponunt quoque ipsis escas venenis infertas, habentque in hos usus Lappones peculiare genus musci, de quo alibi pluribus dicetur. Unde Samuel Rheen, ubi mentionem facit murium agrestium, quibus vulpes saginantur. *Ræfvvarne soekia ike den spiis, som Lapparna leggia foer them.* Hoc est: *Vulpes non appetunt escam, quam eorum capiendorum caussa Lappones ponunt*: quando nimirum copiam illorum murium habent. Lepores venantur laqueis, ad inflexos arbustorum virgultarumque ramos religatis, ut si tangant, everberati pendeant in aere. Item feras quasdam alias his similes, nonnullas etiam ex superioribus. Unde Johannes Tornæus receptum apud eos ait, ne quis feram in laqueo alieno inveniam habeat pro sua, verum reddat Domino. *Si quis*, inquit, *feram ex laqueo solverit, domino è vestigio adfert.* Loquitur de laqueo, quo cum aliæ minutæ feræ, tum præsertim lepores capiuntur. Venio ad feras majores. Ex his lupos foveis plerumque circumveniunt, quod ubique vulgatissimum est. Non infrequenter tamen interficiunt & bombardarum glandibus seu globis plumbeis. Estque ipsis crebra cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

his pugna propter copiam, & damna, quæ perpetiuntur ab ipsis creberrima in pecore. Olaus Magnus addit falces, item sagittas. lib. XVIII. c. 13. *Falces ferreas alligato cadavere ponunt in nivibus, ut lupi prædam voraturi, pedibus amputatis pœnas luant, vel sagittis impediti, illico moriantur.* Pene ad eundem modum capiuntur lynces, & gulones. De gulonibus sic habet idem Olaus dicto libro cap. 9. *Occupatum* (in exonerando ventre inter duas arbores) *lata dimissa sagitta venator occidit. Est & alius modus hujus bestiæ capiendæ per trabes tenuissima chorda distinctas, ut ejus levi motu stranguletur, vel etiam in effossas scrobes, seu cavernas obliquas incidens capitur.* Hodie Lappones frequentius utuntur bombardis. Quibus alces quoque perimunt, si quando inveniant, quod tamen rarius solet fieri. Nullas autem feras majori persequuntur cura, quam rangiferos sylvestres, atque ursos. Ac rangiferos quidem omni genere armorum. Samuel Rheen: *Reenarne vvarda faongne med snaror, saosom och med spiut, piilar, och byssor dræpne och skutne.* Hoc est: *Rangiferi capiuntur laqueis, occiduntur ac trajiciuntur hastis, sagittis atque bombardis.* Fit hoc autem vel autumni tempore, vel veris. Tempore autumni, quo dare operam veneri solent, decipiuntur per appositas fœminas generis domestici, quas dum appetunt, à latente post fœminam venatore occiduntur: Johannes Tornæus: *Capiuntur rangiferis fœminis, quæ ferum marem ad se alliciunt, quousque venator pone latitans globulo eum attingere queat.* Pari modo Samuel Rheen: *Matthæi tiid om hoesten, nær reenarna löepa i sin braonna, tao gao Lapparna i skogen, ther the vveeta vvildree narna vvistas, och ther bonda the sina vvaiior. Nær tao vvildreenan vvill komma till vvaiian, vvarder han med byssa eller boga skutin.* Hoc est: *Circa tempus Matthæi in autumno, quando rangiferi venere sunt perciti, Lappones in sylvis eo concedunt, ubi sciunt rangiferos esse feros, ibique rangiferos suos fœminas religant, cumque ferus appropinquat fœminæ domesticæ, bombarda vel arcu trajicitur.* Tempore veris occupantur subsidio calceorum ligneorum sive tabularum, revinctarum ad pedes venatorum, dum luctantur cum mollicie ac profunditate nivium. Idem Rheen. *The vvarda och om vvaortiiden dræpne, nær snioen*

er

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ær diup, tao rænna the them up med ſkiid eller andrar, med huilka the loepa oſvvan pao ſnioen, men rhe en bryter igienom. Hoc eſt: *Occiduntur & veris tempore, cum prælta ſunt nives, tum enim venatores ſuper eas decurrunt ligneis ſuis tabulis in pedibus, rangiferosque occupant, qui nives pedibus perrumpunt.* Alias & canibus impelluntur in laqueos, de quo Joh. Tornæus: *Capiuntur alio modo laqueis & canibus.* Poſtremo adhibetur genus quoddam quaſi retium ex perticis contextis, modo ſepimenti agreſtris, quod utrinque decurrit tractu longiſſimo, ut compulſi conjectiq; intra illud cogantur tandem prolabi in foveam ad id paratam in fine operis. Deſcribit idem Dn. Tornæus verbis hiſce: *Capiuntur item ſapibus per aliquot miliaria quemadmodum duo brachia extenſis, intra quas ferarum agmen clauſum in foveam demum præceps ruit.* Hæc rangiferorum eſt venatio. Sequitur urſorum, quæ plane ſingularis, & ritu ac ſuperſtitione multiplici referta, ut cum cura de ea ſit agendum. Primum omnium dant operam, ut in autumno explorent, ubi urſus fecerit cubile ſuum, in quo per hyemem velit latere. Quod qui primus didicit, dicitur *hafvva ringet bioern*, hoc eſt, circuiſſe urſum, eſtq; hujus præcipua in hoc negotio cura & autoritas. Nam ſic habet Anonymus Mſ. agens peculiariter de hac venatione: *Den Lappen, ſom vveet, hvvar eſt bioern ligger, och hafvver, ſom the kalla, ringat eller hvverfft biorn, det ær, om hoeſte tiid, nær ſnoen alldra foerſt faller, ræcht ſporen efter bioren, den ſamma Lapp ſkall gao alldra fremſt, nær the ut draga* &c. Hoc eſt: *Lappo is, qui novit, ubi urſus habeat cubile ſuum, eumq;, ſicut ajunt, circuivit aut cinxit*, id eſt, *tempore autumni, cum primæ cadunt nives, veſtigia ejus obſervavit, is primus debet ire, cum exeunt contra urſum.* Solet autem hic poſt eam explorationem, cum gaudio venire ad cognatos & amicos, eosque ad venationem iſtam invitare, tanquam ad ſolenne aliquod convivium, quia, ſicut alibi eſt dictum, non alius delicatior eſt cibus apud Lapponas, quam urſina caro. Samuel Rheen: *Samma Lapp kallar tillhopa the nærmaſte af ſlechten och vvænnerna, liika ſom till ett foernæmligit collatz.* Hoc eſt: *Lappo ille* (qui nempe primus exploravit reperitque urſi cubile) *convocat proximos neceſſarios & amicos, haud ſecus, ac ad ſplendidum convivium.*

Fit

Fit autem convocatio non ante Martium vel Aprilem, quando ſoleis ligneis uti optime poſſunt. Olaus Petri, poſt ea, quæ de obſervatione cubilis in Octobri menſe, vel circiter, convenientia prædictis memoraverat. *Poſtea in Martio vel Aprili, cum nix profunda & cur ſui in ſoleis ligneis apta fuerit, per canes venaticos inveſtigant.* Poſtquam ita, quos prædixi convocavit, tum eligitur ex omni numero, qui præ cæteris pollet arte pulſandi tympani Lapponici, ejusque beneficio explorandi futura, ut pulſato eo videat, qualis futura ſit venatio, proſperane, an infauſta, numque urſum ſint interfecturi. Dictus Rheen: *Foerſt skall den, ſom foernæmbſt och Konſtigſt trumbslagaren ær, slao pao trumban, och ſee till, om the skole fao bioern.* Hoc eſt: *Primum is, qui præcipuus maximeque artificioſus eſt tympaniſta, pulſare tympanum debet, ac videre, utrum urſum ſint capturi.* Poſtquam ita certiores facti ſunt, de ſucceſſu proſpero propoſiti ſui, tum procedunt in ſylvam ordine, ſic ut quisque ſuum obſervet locum inſtar militum in acie locatorum. Dux reliquorum is eſt, qui primus cubile urſi exploravit. Samuel Rheen. *Lappen, ſom hafvver ringat bioernen, skall gao allerfræmſt.* Hoc eſt: *Lappo, qui urſum circuivit, ambulare tenetur in fronte.* Armis utitur non aliis, quam fuſte, cujus in manubrio ligatus eſt annulus ex orichalco, ſi audimus dictum ſcriptorem, cujus hæc ſunt verba: *den skall hafvva een kiæpp, i handen, pao huilken een meſſing ring ær bunden.* Hoc eſt: *Oportet ipſum manu tenere fuſtem, cui alligatus eſt annulus orichalceus.* Nam Anonymus, cujus ſupra feci mentionem, virga dicit armari. *Den hamma Lapp skall gao alldra fræmpſt, nær the ut draga att dræpa biorn, och bæra itt ſpoed i handen, pao hvvilket een meſſing ring ær bunden.* Hoc eſt: *Ille Lappo* (quem ſupra diximus primum exploratorem) *primus debet ambulare, cum exeunt ad interficiendum urſum, & in manu geſtare virgam, cui alligatus ſit annulus orichalceus.* Quanquam ſit exigua hæc differentia, & alter baculum aut virgam pariter intellexiſſe potuit. Ab hoc duce proximus incedit tympani Lapponici pulſator, tum is, qui primum urſo inferre debet ictum, poſt cæteri ordine, quorum quilibet peculiare mandatum ſibi habet munus, poſt urſum interfectum, alius ut coquat carnes, alius ut eas

dividat

dividat id partes, alius ut ligna, alius ut aquam neceſſariam apportet, dantque operam ſedulo in hoc negocio, ne unus invadat officium alterius, ut hæc omnia teſtatur dictus auctor. Poſtquam tali ordine ventum eſt ad urſi cubile, tum aggrediuntur ipſum impavidi, haſtisque ſimul ac bombardarum globis conficiunt, neque alio majore artis ingenio utuntur. Idem: *Nær the thao komma till kulona, hvvareſt bioern ligger, træda the frii modogt till, och medh ſpiut och byſſor doeda honom.* Hoc eſt: *Quando veniunt ad ſpeluncam, in qua urſus cubat, adoriuntur eum animoſe, atque haſtis & bombardis eum interficiunt.* Interfecto ad hunc modum urſo, certam ordiuntur cantilenam in ſignum quaſi victoriæ. Solent enim crebris uti cantilenis in hoc negotio, certis & ſolennibus quibusdam verbis, quarum prima eſt poſt interfectum urſum. Ritum hunc & verba ſimul cantilenæ docet nos Anonymus prædictus. *Nær bioern ær dræpin, ſiunga the foerſta gaongen, ſaoledes: Kittulis pourra, Kittulis in ſkada tekamis, ſoubbi jælla Zaiiti.* Hoc eſt: *Poſtquam urſus eſt occiſus, cantant primum, idque tali modo: Kittulis pourra, Kittulis ii ſkada, ſoubbi jælla Zaiiti.* Quæ ſententia ſit horum verborum Lapponicorum, declarat auctor iſtis: *The tacka bioern, ſom ær dræpin, bedia och honom vvællkommen, tackandes honom, at han intet hafvver giort dem naogon ſkada, ike ſoenderbrutit theras ſtaffrar eller ſpiut, dær med the honom dræpit hafvva.* Hoc eſt: *Gratias agunt urſo interfecto, adventum ejus ſibi ajunt eſſe gratum, agunt vero gratias ei, quod nullum ipſis attulerit damnum, nec diffregerit fuſtes haſtasque, quibus ipſum interfecere.* Solent autem cantilinæ hujus, ut & reliquarum, quoties canendum eſt, choragus ſeu præcentor eſſe is, qui gerit baculum ſeu virgam cum annulo orichalceo, dux reliquorum. Anonymus de eo: *Oen ſkall vvara ſom een chora eller capellmeſtare, ſom alltiid moſte begynna ſaongen eller biornvviiſa.* Hoc eſt. *Eſt hic inſtar choragi vel præcentoris, quem ſemper oporteat incipere cantilenam de urſo.* Poſtquam ita celebrarunt victoriam ſuam, tum urſum trahunt è cubili ſuo, virgisque ipſum cædunt, aut ferulis. Samuel Rheen: *Nær thet ær ſkiedt, draga the honom ſtrax uthur ſitt læger, och ſlao honom med riis eller minka ſpoed: ther af ordſpaoket, ſlao*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

bioern med riis. Hoc eſt: *Eo facto, urſum extrahunt è cubili ſuo, ipſum verberant virgis, aut ferulis, unde natum proverbium, ferulis urſum cædere.* Poſtea imponunt eum trahæ, operaque rangiferi deferunt ipſum ad tugurium, ubi carnes ejus coquere propoſuerunt. Proſequuntur autem ipſum omnes exultantes gaudio, aliamque canentes cantilenam, de qua re ſic Anonymus. *Nær the foera bioern, ſiunga the pao vvægen ſaoledes, ii paha talki oggio, ii paha talki pharonis.* Hoc eſt. *Quando deducunt urſum, in via canunt ad hunc modum: Ii paha talki oggio, ii paha talki pharonis.* Verborum horum ſenſum ait eſſe ſenſum: *The bedia biorn, det han intet vville laota komma naogot ovvæder, eller gioera dem naogot ondt, ſom haf-vva vvarit i ſællskap nær bioern blef drapin.* Hoc eſt: *Orant urſum, ne immittat ipſis tempeſtates, vel malo aliquo afficiat eos, qui participes fuerunt cædis in ipſum commiſſæ.* Dicere hoc joco videntur, ſicut & in præcedentibus ſibi gratulantur de adventu urſi, niſi credimus, habere ſibi perſuaſum, feræ unius vel alterius cædem aliquando venatori eſſe noxiam, quod nonnulli hodieque perſuaſum ſibi habent. Samuel Rheen diverſum cantilenæ affert argumentum hiſce verbis. *Ther effter begynna the med froegd ſiunga bioervviiſan, ſom ſao effter deras tungomaol lyder: att the tacka Gud, ſom creaturen them till godo ſkaapat hafvver, och behagat gifvva them friimodigheet och macht, att ſaodant grymt och mæchtigt creatur at æfervvinna.* Hoc eſt: *Poſtea exordiuntur cantilenam de urſo, quæ hoc vult lingua ipſorum, ut gratias agant Deo, qui feras in ipſorum uſus condiderit, dederit q; ipſis animum ac vires, quibus hanc licet truculentam atq; fortem beſtiam potuerint ſuperare.* Quanquam poſſint canere utroque modo, & hanc præcedenti conſociare. Cæterum rangiferi, cujus opera urſum avexerunt, eo anno integro interdictus feminis eſt uſus, neque ulli fas earum, adhibere ipſum ad vecturam. Samuel Rheen: *Med den reen, ſom drager bioern, mao ingen quinnesperſon aoka pao dett aohret.* Hoc eſt: *Rangiferum qui devehit urſum, nulla femina eo anno fas habet adhibere ad vecturam.* Anonymus non modo fœminis, ſed in univerſum omnibus prohibitum ait ejus uſum. *Med den reen, ſom drager bioern, faor ingen aoka ſam-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſamma aohr. Hoc eſt: *Eo rangifero, qui devexit urſum, nemo uti poteſt ad vecturam illo anno.* Solent autem, ſi poſſunt, ibi ſtatim, ubi trucidarunt urſum, excitare tugurium, in quo excoriatum coquant, ſi adſit, copia rerum ad extructionem eam neceſſariarum, ſin minus, alio idoneo id faciunt loco, ubi habent arbores ramosque ad id utiles. Atque ibi quidem conjuges congregantur eorum, quæ adventum maritorum præſtolantur expectatione magna. Qui cum adpropinquant, novam incipiunt cantionem, qua uxores rogant ſuas, ut corticem arboris alni dentibus comminuant, & ſic expuant in eorum faciem. Anonymus. *Nær the kommatillthet rum, ther the vvillia foertera bioern, ther æro theras huſtror oc quinfolk foerſamblade, ſom med froegd foervvænta ſine mæns heemkompſt fraon biornefænge. Tao ſiunga Lapparna ſaoledes: Læibi ja tuoli ſuſco, dæt ær, the bedia ſine huſtrur tugga aalbark, ther med de ſkola beſtænkia eller ſpotta ſine mæn i anſichten.* Hoc eſt: *Cum veniunt eo, ubi urſum epulando volunt conſumere, ibi congregatæ ſunt uxores eorum feminæque, quæ magno gaudio expectant reditum ſuorum maritorum à venatione urſi.* Et tunc Lappones hoc modo canunt; *Læibi ja tuolo ſuoſco*, id eſt, *rogant uxores ſuas, ut dentibus comminuant corticem alni, quo reſpergant expuantve in faciem ſuorum maritorum.* Cauſſa, cur ſic rogent, ea eſt, quia poſt deductionem urſi occiſi ad tugurium, in quo debet coqui, quisque venit ad tugurium aliud, ubi debet ab uxore excipi prædicto modo. Utuntur autem mulieres alni cortice, quia comminutus dentibus, rubrum gignit colorem, quo & alia utenſilia ſua pingunt, ceu rubrica. In faciem vero maritorum tinctam hoc colore ſalivam expuunt, ut reſperſi, velut cruore urſi poſt venationem, videantur rem geſſiſſe fortiter, nec citra periculũ & laborem. Solent autem in tugurium id reverti non per januam communem, ſed alteram à tergo. Per quam cum quiſque introſpicit, ſic ab uxore reſpergitur, ut eſt dictum. Anonymus hæc cuncta tradit, additque ſolere mulieres clauſo uno oculo ſpectare per annulum orichalceum, tanquam ictum ad certam deſtinarent metam, atque ſic expuere. Verba longiora ſunt idcirco Latine tantum afferam. *Quando Lappones ad uxores ſuas revertuntur, primum intrant in tugu-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ria ipſorum, non tamen per januam communem, ſed à tergo aperiunt foramen, per quod cum introſpectant, uxores ipſorum ore comminutum alni corticem tenent, oculo dextro ſpectant per annulum orichalceum, velut ad ſcopum, ut ſolent qui bombardas explodunt, atque ita expuunt in faciem ſuorum maritorum perinde, ac ſi ſanguine urſino eſſent reſperſi. Habet eadem & Samuel Rheen, in eo ſolum differt, quod hoc dicat fieri ab uxore una, inque illius, qui dux fuit cæterorum, tantum faciem ſic expui. Adſcribam & ipſius verba, reddita à me Latine, ne Suecica, prolixa nimis, ſint faſtidio. *Poſt*, inquit, *uxores eas invitant in tugurium ſuum. Nemo tamen virorum ingredi id debet janua communi, ſed à tergo aperiunt foramen, per quod introſpicit is, qui urſum circuivit, atque ſic reſpergitur cortice alni ab uxore Lapponis comminuto, id quod fit hoc modo. Una fœminarum Lapponicarum oculo dextro ſpectat per annulum orichalceum applicatum, ſicut ad ſcopum ictus deſtinari oculo ſolet, & ſic expuit in ejus faciem ſuccum ex cortice alni, velut cruorem, qui primus tugurium introſpicit, ac intrare quærit.* Nempe res ſe ita habet, ſolent duo minimum extruere tuguria, unum virorum, in quod deportandus eſt urſus, ut ibi excorietur, coquatur, ſcindaturque in partes; alterum mulierum, in quod poſt venationem, & urſi deportationem veniant viri, ſolenneque habeant convivium. In hoc tugurium cum veniunt, aut dux eorum ſolus, quod vult Samuel Rheen, aut una & cæteri quod vult Anonymus, excipiuntur ita, ut eſt dictum. Jam ſic congregatis omnibus in tuguriis mulierum, mulieres primum canunt, gratiasq; agunt maritis, ob allatam prædam: Anonymus: *Nær manfolken ær inkommen i kottarna, ſiunga quinfolken med een laoger ſtimma ſaoledes. Kittulis pouro toukoris, det ær, hafvve tack i kiære mænn, foer den goda leek i nu hafvva hafft foer hænder, att i hafvva dræpit bioern.* Hoc eſt: *Poſtquam viri venerunt in tugurium, fœminæ ſubmiſſiore canunt voce in hunc modum: Kittulis pouro toukoris*, h.e. *gratia vobis viri chari pro luſu jucundo quem habuiſtis, dum occidiſtis urſum.* Poſt inſtruitur convivium virorum juxta & mulierum in tuguriis mulierum, apponunturque cibi optimi pro copia præſenti, ſine carne urſina tamen. Samuel Rheen: *Sedan ſetta the ſig neder, och æta tillſamman aff then bæſta maat, the i ſoerraod hafvva.* Hoc eſt: *Poſt conſident, & ſimul edunt, quod habent ciborum optimorum.* Convivio finito,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

finito, viri discedunt alterum in tugurium, in quo captus jacet ursus. Ibi eum detracta pelle scindunt in partes, coquuntque, atque novum instruunt convivium solorum virorum, in illo tugurio habendum. Dictus scriptor, *Mannfolken foerfoga sigi sine kottar, ther the flao bioernen, hvvilken the strax koka.* Hoc est: *Viri digrediuntur in tugurium suum, ibi ursum excoriant, statimque coquunt.* Digrediuntur, ait, nempe post convivium aut cœnam in tugurio mulierum, idque statim, nec enim cuiquam eorum, qui venationi ursinæ interfuere, fas est pernoctare cum uxore sua, ante integrum triduum elapsum. Idem: *Ingen Lapp som hafvver vvarit medh nær bioern bief dræpin, mao komma till sin hustro pao tree dygn.* Hoc est: *Nullus eorum Lapponum, qui fuere præsentes, cum ursus interficeretur, per tres dies integros venire ad uxorem suam fas habet.* Quin imo qui reliquorum fuit dux, à cohabitatione cum uxore cogitur se abstinere per dies quinque. Anonymus: *Sedan komma inga man till sina hustror pao tree dygn, oc den som baar spoedet och messingringen, faor ike komma till sin hustru pao fem dign.* Hoc est: *Postea nemo virorum venit ad uxorem suam, per integrum triduum, is vero, qui gestabat virgam cum annulo orichalceo, ne per quinque quidem dies.* Dicit, *postea*, quam nimirum convivium est habitum in tugurio mulierum, post quod statim abeunt in tugurium alterum, destinatum ad excoriationem coctionemque ursi. Pellis, quæ detrahitur, illius est, qui cubile ipsius primum reperit, cæterisve monstravit. Samuel Rheen. *Skinnet behaoller den Lappen foer sigh allena, som vviste, hvvar est Bioern vvar i sitt vvinterlæger ingaongen.* Hoc est: *Pellem sibi soli servat is, qui monstrabat cubile, in quo per hyemem commorari ursus destinaverat.* Ex urso tria potissimum deputantur coctioni, caro, adeps, atque sanguis. Inde dictus Scriptor. *Tao nu alt kioetet, blodet, och ystret ær kockat.* Hoc est: *Postquam caro omnis, cum sanguine, & adipe cocta est.* Coquuntur hæc in ahenis, & quicquid pinguedinis supernatet, id omne demptum colligitur in vasa lignea, quibus tot affixæ sunt laminæ orichalceæ, quot sunt ursi, quorum caro coquitur. Idem: *Bioern koka the strax, och syla af thet feeta, doch maoste alla kiærl, hvvaruti flaottet sylas, vvara med messing beslagene, ær thet een bioern, som dræpen ær,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

skall kiærillet vvara beslagit med ett stycke messing, men æro flere bioernar dræpne, skolo och flere stycken vvara pao kiærillet slagne. Hoc est: *Vrsum statim coquunt, pinguedinemque juri innatantem demunt, vasa tamen, in quæ ipsam colligunt, orichalceam laminam debent affixam habere, si ursus unus cæsus fuerit, unicam, si plures, plures.* Inter coquendum ordine suo sedent circum focum, qui fuerunt occupati in venatione, sic ut neuter ordinem eum turbet, aut alterius invadat locum. A dextra primum locum, sive summum, occupat explorator cubilis ursini, & dux cæterorum, proximum tympanista, tertium is, qui primum urso intulit ictum: à sinistra primum fissor lignorum, secundum aquæ portator, & post cæteri, qui fuere socii. Idem. *Medan bioern kioetett kookas, sittia the pao bægge sidor om elden alla i sin ordning, sao att den ena icke faohr træda i den andras rum: fræmst sitter den som ringade bioern, der næst som slog pao trumban, næst honom, som foerst skoet bioren: och sedan pao then vvænstra sidan vvæde huggaren, och vvatu bæraren.* Hoc est: *Dum coquitur caro ursina, utrinque circum ignem sedent omnes ordine suo, sic ut unus in locum alterius venire nefas ducat. Primo sedet is, qui circuivit ursum, post, qui pulsabat tympanum, tum, qui primus ursum petierat hasta vel globo. Et à sinistra fissor lignorum, & aquæ portator.* Caro cocta dividitur primum inter viros & mulieres, sic ut ipsæ quoque accipiant portionem suam & carnis & adipis, estque hoc de munere ducis, ut partes has definiat, & quid mulieribus sit dandum, seponat. Anonymus: *Nær bioern koettet ær kokat, bytet det emillan mæn och qvvinnor af den Lap, som hafvver spædet och ringen, hvvilken och hafvver ringat bioern.* Hoc est: *Postquam cocta est caro ursina, dividitur ea inter viros fœminasque per eum Lapponem, qui tenet virgam cum annulo, & ursum circuiverat.* In divisione hac observant, ne quid detur feminis de ursi clunibus seu femoribus posterioribus, ea enim pertinent ad viros solos. Samuel Rheen. *Ike gifvves naogot aoth hustrorne af baackdeelen utan af framdeelen.* Hoc est: *Mulieribus nil datur de partibus posterioribus, sed prioribus.* Facta hac divisione duo mittuntur ex Lapponibus, qui partem dictam deferant ad tugurium mulierum. Nulli enim earum fas est, venire ad tugurium

virorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

virorum, dum carnes urſinæ coquuntur, quod teſtatur dictus Rheen. *Ike mao naogon quinnes perſon kommai den kottan, ther bioern kokat vvarder.* Hoc eſt: *Nulli fœminæ conceſſum eſt venire in id tugurium, in quo urſus coquitur.* Duo illi, qui ſic ferunt carnes urſinas ad mulieres, ſuam habent cantilenam, qua utuntur inter deportandum. Verba ejus lingua Lapponum ſunt talia: *Olmai potti Suerigislandi, Polandi, Engelandi, Frankichis*, quibus ſimulant, ſe venire ex locis peregrinis, & hæc munera ferre mulieribus. Anonymus: *Tvvenne Lappar skohla bæra till huſtrorna dehras dehl, och tao ſiunga the mæn, ſom komma, bærandes bioern koettet ſaoledes: Olmai potti Suerigislandi, Polandi, Engelandi, Frankichis, dæt ær, hær komma mænn fraon Svvergie, Poland, Engeland, och Frankiche.* Hoc eſt: *Lappones duo ad fœminas deferre ſolent partem ipſarum, tuncque ipſi, qui ſic deferunt, canunt in hunc modum: Olmai potti Suerigislandi, Polandi, Engelandi, Frankichis*, hoc eſt, *hic veniunt viri ex Suecia, Polonia, Anglia, Francia.* Fœminæ cum adventum eorum audiunt, tum & ipſæ procedunt, canereque incipiunt cantilena ſua, qua eos teſtantur venire optatos, ſimulque promittunt cincturos ſeſe crura eorum filis laneis, coloris rubri. Dictus Anonymus. *Nær tao manfolk ſao ſunget haf vva, ſvvara quinfolcken them ſaoledes med ſin ſaong: Olmai potti Svverigislandi, Polandi, Engelandi, Frankichis, kalka koubſis laigit touti tiadnat. Det ær: Imæn, ſom ære kombne fraon Svverigisland, Poland, Engeland, Frankiche, om edra been skole vvii binda roett færgat garn.* Hoc eſt: *Poſtquam ita viri cecinere, fœminæ reſpondent ipſis tali cantione: Olmai potti Svverigislandi, Polandi, Engelandi Frankichis, kalka kaubſis laigit touti tiadnat.* Hoc eſt: *Viri, qui veniſtis ex Suecia, Polonia, Anglia, Francia, circum crura veſtra ligabimus fila, colore rubro tincta.* Atque ita eos poſtea cingunt ad prædictum modum. At vero eam carnem, quæ ad viros pertinet, diſtribuit tympaniſta, ſi credimus Samueli Rheen, quia ſic de eo: *Trumbslagaren skall vvara skaffare, och deela ſoender kioetet, och iiſtret.* Hoc eſt: *Tympaniſtam oportet eſſe miniſtrum convivii, & dividere carnes cum adipe.* Diſtribuit autem non inter eos modo, qui ſupra nominati, ſed & omnes ſocios, & qui convivio inter-

interſunt. Idem. *Tao nu alt kioettet, blodet, och yſtret ær kokat, deelar skuffaren thet ſœnder emellan giæſtarna, ſao, at hvvar och een faohr ſin deel, baode af kioett och yſter.* Hoc eſt: *Poſtquam caro omnis, ſanguis, & adeps cocta ſunt, tum miniſter convivii ea dividit inter convivantes, ſic ut quisque accipiat partem & carnis & adipis.* Conſumpta omni carne cum à viris, tum à mulieribus, primum colligunt oſſa, quæ non ut oſſa reliquorum animantium ad eximendam medullam diffindunt, ſed ſervant integra, & ſic omnia junctim uno in loco defodiunt. Samuel Rheen: *Nær kiætett ær foertærdt, ſambla the alla benen till ſammans, them the ike ſoenderslao, utan them alla nedergræfa.* Hoc eſt: *Cum conſumpta eſt caro, colligunt oſſa omnia, quæ non confringunt, ſed defodiunt.* Deinde is, qui habet pellem urſinam, eam ſuſpendit in ſtipite, ut in ipſam, velut ſcopum tela emittant mulieres, velatis oculis. Anonymus. *Den Lappen upſætter bioern skinnet pao een ſtubba, ſom bar ſpoedet och ringen, och taoh skola quinfolken skiute till maols med handbogar och piilar aot bioern skinnet, doch med foerbundna oegon.* Hoc eſt: *Lappo is, qui ferebat virgam cum annulo, ſuſpendit pellem urſinam in ſtipite, ut ad eam mulieres, ceu ad ſcopum, jaciant tela cum arcu, tectis tamen oculis.* Habent autem oculos ſuos tectos veſte, ſeu velatos, uti Samuel Rheen nos docet, qui & de cæteris in hunc modum, ut Latine ſolum verba ejus proferam: *Pellem urſinam ſuſpendunt in ſtipite, uxoresque ſuas in eam, ut ſcopum, tela faciunt dirigere, arcu emiſſa, oculis tamen veſte obligatis.* Additur tunc quoque cantilena, quam decantant mulieres hiſce verbis: *batt Olmai Kutti Suerigislandi, Polandi, Engelandi, Frankichis, potti, kalka vvoucki,* ut Anonymus eſt teſtis, qui hæc verba dicit hoc ſignificare: *Telis nunc petemus eum, qui venit ex Suecia, Polonia, Anglia, Francia.* Cæterum illa, quæ ex mulieribus prima pellem telo tetigit, laudem conſequitur ante cæteras, creditúrque omem viro ſuo dare capiendi urſi ante reliquos. Samuel Rheen: *Den huſtron, ſom foerſt træffar bioern skinnet, behaoller priiſen foer the andra, skall och vvaara & omen, att hennes man ſkall alldra foerſt fao bioern.* Hoc eſt: *Ea mulier, quæ prima tangit pellem urſinam, antefertur cæteris, putaturq; ea res habere omen, fore nimirum,*

mirum, ut maritus ejus primus ursum capiat. Eidem mulieri datur negotium, ut in pannis singulis tot suat cruces filo stanneo, quot illa vice capti fuerunt ursi, unus sive plures, pannosque illos suspendat in eorum collo, qui venationi interfuere, teneturque quilibet pannum suum ferre in collo per triduum. Idem Rheen. *Den samma hustron skall soema pao Klæde sao maonga kors af teentraod, effter bioernernas taal, som dræpis, huilka hon skall hængia pao alla the Lappars hals, som hafvva vvarit med at dræpa bioernerna. Desse kors skohlen Lapparna laota hængia pao sine halsar alt in tilb affionen pao tridie dagen emoot Solennes undergaong.* Hoc est. *Eadem mulier* (quæ nimirum telo pellem ursinam prima feriit) *in panno tot cruces suere tenetur filo stanneo, quot numero cæsi tum fuerunt ursi, & suspendere in eorum collis omnium, qui fuere socii cædendorum ursorum, cruces istas ferre Lappones in collis suis debent usque ad vesperam diei tertii, Solisque occasum.* Habet eadem Anonymus, nisi quod non illius fœminæ unius, sed & reliquarum dicat esse hoc officium, ut suant cruces istas, & suspendant in collis suorum maritorum: eosque ferre non per triduum solummodo, sed & quatriduum. Addit, similem crucem etiam à collo rangiferi suspendi, cujus ministerio ursus devectus fuit ad tugurium ex sylvis. *Sammalædes hænge the itt soemat kors pao dhen rehn, som hafvver dragit bioern, huilket dær blifvver hængiandes, till des han bandet sonders liiter.* Hoc est: *Ad eundem modum crucem sutam suspendunt in collo rangiferi, qui devexit ursum, manetque ea sic suspensa, donec lacerata fuerit tænia, ex qua pendebat.* Quæ sit caussa hujus ritus, necdum comperi, nisi quod existimem, eas cruces amuleti loco servire venantibus debere, contra mala, quæ ipsis ex interfecto urso à dæmoniis, sylvas colentibus immineant. Quasdam enim in tutela sua feras habere, vetus est opinio, quæ hodieque durat; estque hoc de urso magis verisimile, quia rex ferarum cæterarum apud Lapponas habetur. Ultimum, quo ista omnia clauduntur, h.e. quod sc. finito triduo, quo abstinere à consortio suarum conjugum coguntur, Lappones ad mulierum tugurium revertantur. Solet autem unus post alterum manu prius apprehendere catenam, ex qua in foco pendent ahenæ,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſicque ter ſaltare circum ignem poſtremo per conſuetam tugurii vi-
torum pariter mulierumque januam excurrere. Mulieres ad-
dunt cantum, quo ſe cineres promittunt in ipſos jacturas; unaque
mulierum cineres conjicit poſt quemlibet. Anonymus. *Effter tre dagars foerlop, nær Lapparna ſkola fao lof att komma till ſina huſtrur igen, tao taga the hvvar effter andra i den kædja, ſom hænger oefvver ellden, ther puo the hængia ſina kokekættlar, och ſpringa tree gaonger kring om eelden, och ther effter ſpringa the dhen ena effter den andra ut genom kottædoeren, och tao ſiunga quinfolken ſaoledes. Todna kalka kaino oggio; det ær, tu ſkall nu fao en skopa eller skofell full med aska pao tina been:* Hoc eſt: *Elapſo triduo, cum venia datur Lapponibus revertendi ad uxores ſuas, unus poſt alterum manu tenet catenam, ſuper ignem pendentem, in qua ſuſpenſa habent ahena ſua, ſimulque ter ſaltet circum ignem, ſicque excurrunt unus poſt alterum per januam tugurii, tunc fœminæ ſic canunt: Todna kalka kaino oggio*, id eſt: *accipies palam ſeu batillum cinerum in crura tua.* Habet eadem & Samuel Rheen, additque hoc facto demum fas eſſe viris, ut ad uxores ſuas revertantur. Nempe hactenus impuri videbantur, propter cædem urſi. At hoc velut piamento liberati à priori vitio, ut diſertim Anonymus teſtatur. *Der med blifvva mænnerna liika ſom rænſade, foer æn the fao loof, komma till ſina huſtrur.* Id eſt: *Hoc modo viri veluti purgantur, priuſquam veniant ad uxores ſuas.* Et hæc quidem urſotum apud Lapponas venatio, multiplexque in ea ſuperſtitio & cura. Cujus curæ pleraque ſunt ſingularia, quædam tamen communia cum venatione reliqua. Præſertim illud, quod à capta fera mulieres arceant, nec tractare ipſam velint ſuis manibus, quod in tugurium revertantur, non per juſtam januam, ſed eam, quæ à tergo eſt. Nam & alias hoc obſervant in venatione cætera. De mulieribus pridem teſtatus eſt Zieglerus. *Religio eſt, ne mulier manu contingat feram captam.* De janua Wexionius. *E regione* (januæ communis) *feneſtra lumen admittens: per quam ex venatione reduces primo irrepunt, fruſtum carnis rhenanæ ſecum trahentes.* Quia imo per hanc feneſtram ſive januam, quicquid eſt prædæ per venationem comparatæ, conjiciunt in tugurium. Olaus Petri.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Petri Niurenius de ea. *Altera janua ad Septentrionem ejusmodi superstitioni dicata, ut cum vel piscatum, vel venatum maritus exeat, per eam egrediatur, ac per eam rediens, quicquid cepit, immittat.* Dicit, *immittat*, quod fit jactu. Samuel Rheen: *Baak foer kottarne hafvva the een liiten doer, ther igienom the inkasta theras maatvvaror, sardeles thet the faonga af skogen, saosom foglar, och vildbrao, eller af sioger, saosom ær allahanda fisk. Detta mao ike inbæras igenom den rætta doerem, uthan det skall inkastas, igenom baakdoeren.* Hoc est: *A tergo tuguriorum parvam habent januam, per quam conjiciunt res cibi, præsertim quas capiunt in sylvis, ut aves & carnes ferarum, aut aquis, ut omnis generis pisces. Hæc nefas est inferre per januam communem, sed debent conjici per januam à tergo.* Non deportant, sed conjiciunt in tugurium hæc omnia, sine dubio per superstitionem aliquam, quasi missa & delapsa cœlitus, & singulari numinis indulgentia in sinum veluti eorum conjecta. Quanquam ipsi harum superstitionum causas plerasque ignorent, nudaque tantum exempla suorum majorum sequantur. De cætero nil apud Lapponas glorioſius, quam interfeciſſe ursum. Ideo palam facinoris hujus quasdam proferunt notas, lineas scilicet in pileis ex filo stanneo. Olaus Petri Niurenius. *Inter alia capitii frontem tot ex ejusmodi fili* (stannei puta) *lineolis insigniunt, quot ursos licuit gerenti interemisse, ut in occursu, quot necarit, confestim appareat.* Venio ad aucupia quæ & ipsa viri soli exercent. Sunt & illa non unius semper generis, sed differunt cum ratione temporis, tum ratione avium. Nam aliter venantur eas hyeme, aliter æstate; aliter hoc genus, aliter illud. Æstate aves plerasque conficiunt telis, aut glandibus bombardarum; hyeme vero laqueis captant. Est præsertim genus unum pertinens ad Logopodas, Sueci Sniœriper appellant, de quo dicam in sequentibus; id capiunt arte singulari, quam describit Samuel Rheen hisce verbis, *Sniæriper fanga the med snaror saoledes, att the af biorkriis gioera & liitet hag, med smao leed pao, ther uti the sættia snaror af traod giorde. Altsao emedan Sniæriiporne gemenligen vviſtas neder pao markenen, och icke i træ, therfore nær the sao loepa af och an, vvarda the faongne i snarone.* Hoc est:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Logopodes nivales capiunt laqueis ad hunc modum: ex virgultis betulinis conficiunt instar sæpis exigui cum multis portis minutis, in quibus suspendunt laqueos è filo paratos. Cum igitur illæ aves humi plerumque versentur, non in arboribus, iccirco cum discurrunt huc illucque, laqueis facile capiuntur. Hæc illarum avium est captura. In cæteris occurrit nihil, quod peculiarem observationem promereret.

CAP. XX.

De Armis atque instrumentis ad venationem fere pertinentibus apud Lapponas.

EX superioribus apparet Lapponas diverso uti genere armorum in venatione sua; itaque de ipsis aliquid addemus. Primum, maximeque frequens genus sunt arcus, quos habent longos ad tres ferè ulnas, latos digitos duos, crassos pollicis crassitie vel paulo amplius, ex lignis duobus, quorum alterum alteri subpingunt. Nam ligno betulino affigunt lignum pini, copia resinæ lentum flexileque, ut virtute hujus habeat arcus vim propellendi tela & sagittas. Utrumque contra aëris injurias, pluviarum, nivium libro betulino exterius adaptato muniunt. Quod enim Lomenio est proditum, quasi fiant ex rangiferorum ossibus, id adeo est falsum, & ne quidem veri speciem præ se ferat, cum ossa omnia sint dura, neque tali ratione, qualis postulatur in arcubus, possint flecti, quod quilibet intelligit. *Rangiferi*, ait, *ossa asperantur in cultros, & curvantur in arcus congeneribus feris trucidandis.* Si de telis scripsisset, aliquid dixisset. At quia de arcubus, excusari nulla ratione potest. Suspicor interim, hoc accepisse ab Olao Magno, ut nonnulla alia huic parti, qua desiderari poterat in Itinerario ipsius, explendæ. Olaus enim ita habet lib. XVII. c. 30. ubi de utilitatibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tatibus variis, quas præbent rangiferi. *Ossa atque cornua arcuum & balliſtarum artificibus, avide ea pro rerum commutatione quærentibus, applicantur.* Quia hic ab artificibus arcuum ossa rangiferorum legerat appeti, Lomenius collegisse videtur, quod eorum usus sit in arcubus istis fabricandis, & ut ipse loquitur, curvandis. At non hoc volebat Olaus, nec de isto genere arcuum hic loquebatur, quod ostendit ipse, quando conjungit balliſtis; sed de alio, quod est firmatum ad manubrium ligneum, continens impositum sibi telum, quod emitti debet, atque à Germanis meis *Armbruſt*, Gallis *arbaleſtre* nuncupatur. Hoc genus non quidem fieri aut confici, quod est impossibile, sed ornari tamen in manubriis ebore, concha margaritifera, & ejusmodi aliis consuevit, quorum loco hic in terris Borealibus artifices ossa rangiferorum adhibebant. Ista mens Olai, quam non assecutus est Lomenius, si locum hunc respexit. Quicquid sit, hoc plane manet certum, arcus Lapponum non osseos esse, verum ligneos, ac ne ossibus ornari quidem, ut nullo instructos manubrio, sed nudos, & simplices, & quorum nervus non instrumento aliquo, sed nuda dextra intenditur, & tenetur. Dixi supra, fieri hos arcus ex lignis duobus inter se conjunctis; addo nunc, junctura istam glutinis beneficio confici. Gluten illud Lappones hoc modo præparant. Percas pisces recens captas excoriant, pelles reponunt in aqua calida tamdiu, donec à squamis possint purgari: post cum pauxillo aquæ coquunt bene despumatas, bacilloque frequenter vertunt, tundunt, & comminuunt, donec pultis speciem accipiant. Hoc effusum siccant, & in usus necessarios reponunt. Si glutinandum quid occurrit, aqua pauca maceratum usurpant, sicut cætera glutinis genera solent. Præter arcus istos, habent & alios ex ferro, quos supra dixi à Germanis *Armbruſt* nominari. Usus eorum invaluit non parum proximis temporibus apud Lappones. Intendunt eos unco ferreo, quem cingulo habent suspensum, ut majore nisu & vi adducere queant nervum, dum pede in circulo ferreo à capite arcus reposito, toto deinde corpore uncum trahunt ad se, donec nervum inseruerint ansæ ad id in arcus manubrio factæ ex osse, atque ita arcum intenderint. Ab arcubus progredior ad tela.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Habent ea duplicis fere generis, alia ferreis armata cuſpidibus, alia ſine ferro hebetia & obtuſa, feriendis minoribus animalculis, ut ſciuris, hermelinis, & ejusmodi. Meminit Olaus Magnus lib. VII. c. 1. *Producuntur ligneæ ſagittæ, lato capite, pro marduris, Zebellinis, ac pyrolis interimendis.* Quibus verbis *pyrolos* appellat, qui Latinis ſunt *ſciuri*. At illa cuſpidata intentantur feris majoribus, cum occurrunt. Habent autem cuſpides non ex ferro ſolum, ſed & oſſibus interdum, cornuque, quod exempla eorum apud nos teſtantur. Lignum à capite forant ferro ardente, foraminiimmittunt ſpiculum corneum, glutine affirmatum, quod deinde cultro vel cote acuunt. Præter iſta inſtrumenta ſive arma, ſolent adhibere etiam bombardas. Nemo enim hodie eſt Lapponum, qui non hoc quoque genere ſit inſtructus ad venationem ferarum, maxime majorum & valentiorum. Quo fine ſuperſtitioſis quoque incantamentis bombardas eas ſuas præparant, ne ab avibus feriſve, quarum capturæ deſtinantur, ſi occurrant, poſſint aberrare. Quod quidem commune habent cum non paucis etiam apud gentes alias venatoribus. Habent autem eas ex vicinæ Bothniæ, ſeu Helſingiæ oppido, Soederhambn vocato, ubi officina celebris eſt, cum armorum aliorum, tum præcipue bombardarum; cujus oppidi cives Bothnienſibus, hi Lapponibus deinde cupientibus vendunt. Inde quoque ſibi Lappones pulverem ſulphureum, inde glandes plumbeos, vel plumbum ipſum, quod in glandes fundant, comparare ſolent. Aliquando etiam ex Norvagia iſthæc conſequuntur. Haſtis quoque in venationibus utuntur ſuis, maxime contra urſos. Meminit nominatim Anonymus in explicatione venationis ejus. *Adoriuntur*, ait, *urſum animosè, atque haſtis & bombardis eum interficiunt*. Sunt vero eæ nihil differentes à communibus & receptis vulgo, ut privatim explicatione nulla opus habeant. Et hæc quidem arma ſunt: venio ad inſtrumenta alia huic negocio ſervientia. Præcipuum ſunt calcei lignei, quibus decurrunt per nives congelatas. Olaus Magnus lib. IV. c. 12. *In pandis ſeu latis trabibus ſeu lubricis tabulis pedibus alligatis ſuper valles nivoſosque montes ac cacumina montium celerrimo tranſitu lapſuque præcipites in beſtias efferuntur, arcubus*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

arcubus & sagittis in venatione quærendas. Trabes lati, lubricæque tabulæ sunt calcei, quos vocamus, quorum usum esse ad venationes non exiguum ostendit. Populi Septentrionis *Skider*, & contracte *Skier* appellare solent, quod cum Germanorum *Scheitter* convenit, quo ligna fissa ipsis nuncupantur. Aliquando *andrer* vocant, sive *ondrur*. Magnus Olaus Islandus, in explicatione Eddæ, à Stephanio citatus ad Saxonem: *Skydi sive ondrur, asseres sunt oblongi* &c. *His etiam num pedibus inductis, nostrates per superficiem profundissimarum nivium ingrediuntur.* Samuel Rheen: *The renna them upp med skiidh, eller andrar.* Hoc est: *Occupant eos calceis suis ligneis, skiidh vel andrar dictis.* Quæ illorum calceorum forma sit aut species, dictus ille Islandus sic conatur explicare: *Asseres sunt oblongi, & antrorsum sublevati, quinque vel ad summum sex ulnarum longitudine, latitudine vero transversam plantam non excedentes.* Verum apud nos vix fidem obtinet, qui vidimus alibi, & ipsi possidemus par ejusmodi solearum. Nam & latitudo paulo major, & longitudo multo brevior. Quod & in suis deprehendit Wormius. *Asservatur*, inquit, *inter ἀξιοθέατα mea par ejusmodi solearum triduntaxat ulnarum longitudine.* Neque aliter se habent, quæ cernuntur Lugduni Batavorum, ut est testis Frisius in notis suis ad Baldinum. *Simplicissimæ*, ait, *sunt, longitudine septenum pedum, latitudine pollicum quatuor, & quod excedit.* Planeque sic necesse est, si valet ratio, quam in eis observari testatur Olaus Magnus, sicuti profecto valet omnium confessione. Ait enim libro 1. c. 4. hunc in eis servari modum, *ut unum lignum altero sit longius, mensura unius pedis, juxta virorum vel mulierum proceritatem, utpote si vir vel mulier sit octo pedum longitudine, lignum unius pedis totidem habebit pedes in longitudine justa, reliquum vero novem.* Debet solea una longissima excedere viri, ea usuri, longitudinem pede uno, altera esse tanto brevior. Atque ita meæ se se habent, una brevior est altera integro pede. Facit quidem Frisius utramque Lugdunensem paris longitudinis, nec Olaus Wormius in suis notat differentiam; sed opinor esse illas soleas, non quales junctæ esse debent, verum ex duobus paribus solas majores. Plane namque mea major talis, qualis Frisio describitur, *superne resina vel pice* obducta, cum minor

minor ſit ſimplex nudaque. Sed & majoris illius uſus eſt præcipuus in conficiendo itinere, ut nil mirum ſit, ſi eam ſolam exempli loco, vel binas ad exteros transmiſere. Atque quoniam Lugdunenſes illæ ſunt majores tantum, ideo apparet, nec proceri adeo fuiſſe hominis, ut putabat Friſius, ſed qui vir pedes ſex æquaret, qualis non eſt infrequens apud Lappones ſtatura. Et hæc quidem latitudo atque longitudo harum ſolearum, item longitudinis in pari uno eodemq; diverſitas. Species cætera ſe recte habet apud Islandum, ſimplices enim ſunt, & planæ, niſi quod ab anteriore parte nonnihil ſurſum erigantur. Ab anteriore dico parte, non poſteriori etiam, ut delineatæ apud Wormium cernuntur, vitio pictoris credo potius, quam auctoris, cum in Muſæi Wormiana prima tabula, quæ totum exhibet ſpectandum, aliter delineentur. Illud quoq; obſervavi in majori mea ſolea, non eſſe prorſus rectam per omnia, ſed parumper ſurſum curvari in medio, ubi pedem ſolent reponere. Speciem licet non inepte propoſuerit Friſius, quia tamen eſt unius tantum ſoleæ, & incurvationem iſtam non exprimit, ego quoque ad exemplum mearum hic apponere conſtitui, cum Lappone cum eis currente.

Cæte-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Cæterum has ſoleas aptare ſolent pedibus beneficio circuli viminei, qui trajectus eſt utrinque non per latitudinem earum, aut partem planam, ſed à lateribus per earum craſſitiem, ne vel lubricitatem earum in parte inferiori impediat, vel curſu frequenti detritus pereat, quod & ipſum in effigie Friſiana non eſt expreſſum. Circulus is eſt in medio ferè ſoleæ, ſic ut ſoleæ pars dimidia promineat ultra pedem, pars altera dimidia poſt pedem recedat, planta pedis fixa ſit in medio; pes autem circulo vimineo inſertus firmatur ad ſoleam faſciâ quâdam, ad poſteriorem pedis partem religata, ut ex pictura ſuperiori facile cognoſcitur. Nam ea quidem, quæ non ſemel cernitur apud Olaum Magnum, & exhibita quoque eſt à Friſio ad Balduinum, merum purumque pictoris eſt figmentum, qui degens in Italia, ligneas haſce ſoleas Lapponum non potuit intelligere, niſi ut formaret inſtar calceorum ligneorum, ultra pedes procedentium longiſſime, & deſinentium in repandum mucronem, quibus à poſteriori parte cavis inſerantur pedes, ſicut aliis in calopodiis. Quod omne ineptum eſt, nec conveniens ipſius Olai deſcriptioni planæ, ſicut & in aliis picturis factum apud ipſum obſervatur. Non in extremo ſoleæ, ſed in ejus medio pes ſolet reponi, neque ſine ſumma ratione, quoniam ſi reponeretur in extremo, nec moveri poſſet enormis ille ultra pedem proceſſus, nec in pede firmari aut teneri, cum ſuſtinendo tanto ponderi ab anteriori parte pes non ſufficeret, nec poſtremo illud effici, cujus cauſa ſoleæ iſtæ inventæ ſunt. Debent enim firmum in nivibus præſtare veſtigium, quod fieri non poſſet, ſi in ſoleæ extrema parte homo toto pondere incumberet. Nunc quia conſiſtit in medio ſoleæ, habet & à parte priori, & à parte poſteriori, quod cum ſuſtentet, nec ſinat nives pertundere. Curſum quomodo inſtituant his ſoleis, oſtendit Olaus lib. I. c. 4. *Incolæ admirabili celeritate certis planis lignis, inſtar arcuum in anteriori parte curvatis, ac pedibus affixis, directione manualis baculi utuntur, quibus ſe arbitraria voluntate ſurſum deorſumque, vel oblique ſuper nivium cacumina transferunt expedite.* Docet, fieri hoc ope baculi manualis, quo ſcilicet in capite munito tabella rotunda, ne deſcendere poſſit per nives, ſe protrudunt, & ſic concitatiſſimo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

itinere per lubricitatem earum feruntur. Quod genus cursus proprio idoneoque apud Latinos destitutum vocabulo, quippe qui in usu nunquam habuere. Sueci vicinique populi *Skriida* vocant, quando sic per glaciem aut adstrictas gelu nives feruntur, calceis induti ligneis. Inde ortum nomen *Skridfinnorum*, quod & apud veteres occurrit. Paulus Warnefridi. lib. I. c. 5. *Scritobini à saliendo, juxta linguam barbaram etymologiam ducunt. Saltibus enim utentes, arte quadam ligno incurvo ad arcus similitudinem feras assequuntur.* Subdit postea de rangiferis non pauca, quæ cum semper Lapponum peculiaria fuere pecora, vix est ambigendum, quin sint hi ipsi, qui priusquam isto nomine insignirentur, dicti fuerint *Skritobini*. Unde & Adamus, qui nullam Lapponum facit mentionem, de Skritobinis tamen, seu, ut ipse vocat, Skritofinnis: *Contra Boream habitant Scritofinni, quot ajunt cursu feras præire.* Loquitur de cursu non communi aut vulgari, sed qui nomen eis dedit, ut docebat Paulus, fitque ligno incurvo, id est, soleis istis, quas superius descripsimus. Hisce soleis quia celerrime ferebantur per nives, quod Arctois gentibus est *Skriida*, sicut alibi ostendi, de cætero ex Finnonibus erant oriundi, ideo *Skridfinni* dicti sunt. Est autem cursus iste, non in plano tantum, sed & aspero & inæquali. Quin & in ipsa montium enituntur cacumina, ut testatur etiam nostrorum temporum experientia. Saxo pridem docuit de Skritofinnis, artemque omnem descripsit in præfatione sui operis, his verbis. *Horum ortivas partes Scricfinni* (sic appellat ipse, qui aliis *Skridfinni*, causam alibi exposui) *incolunt, quæ gens inusitatis assueta vehiculis, montium inaccessa venationis ardore assequitur, neque enim ulla adeo rupes prominet, quin ad ejus fastigium callida cursus ambage perveniat. Primo siquidem vallium profunda relinquens, scopulorum radices, tortuosa gyratione perlabitur, sicque meatum crebræ declinationis obliquitate perflectit, donec per sinuosos callium anfractus destinatum loci cacumen exsuperet.* Inusitata nominavit vehicula, soleas ligneas, *Skiider* dictas, quod & cætera hujus loci ostendunt, & Olaus Magnus, qui lib. I. c. 4. ubi eas soleas, cursumque cum ipsis describit, verba hæc

hæc Saxonis transtulit in suum. His ergo enituntur etiam in summa montium, itinere non quidem recto, sed per ambages, atque flexuoso, quod Papam Paulum Tertium credere non potuisse idem Olaus confitetur. Sed est majus, quod non enitantur modo in montium cacumina his soleis, verum & descendant ex eis ad inferiora nullo plane lapsu. Qua de re sic Samuel Rheen. *Lapparna ære alle ganska snælle och vvige, sao att Lappen kan med skiid loepa utfoere the fast hoega fiællen, som synas foernufftet oefvvergao.* Hoc est: *Lappones omnes prorsus celeres sunt atque agiles, sic ut Lappo soleis ligneis, Skiider dictis, possit cursu præcipiti descendere montes altissimos, quales vicini sunt Norvagiæ, id quod excedere captum rationis videtur.* Dicit esse rem, quæ omnem fidem superet, cum ex superioribus ad inferiora tendere, ubi omnia sunt lubrica, & ita sustinere se, ne sequatur præceps lapsus, impossibile videatur. Quanquam Lappones præter cæteram artem, etiam hoc observent in istis soleis suis, ut eas muniant pellibus vitulorum rangiferorum, quo pili contra nives versi, relapsum earum impediant. Olaus Magnus supra indicato loco: *Ligna illa* (soleas intelligit) *subducta sunt tenerrima pelle vituli rangiferorum. Cur autem pellibus tenerrimis hæc ligna subducantur, variæ redduntur causæ, ut videlicet celeriori lubricitate sese transferant per altas nives, ut expeditius rupium voragines & præcipitia transverso motu evitent, ut sursum dirigentes cursum, retrorsum non excidant: quia pili instar sudium aut echinorum se erigunt, miraque naturæ potentia, ne relabantur, obsistunt.* Meminit & munimenti hujus Wormius in suis soleis, sed ex vitulis marinis, credo, quod fuissent alicujus ex Sicefinnis se Lapponibus maritimis, qui raro rangiferis utuntur. Et hoc quidem primum instrumentum, quo utuntur ad venationes suas, quanquam non has solas, sed & alia negotia, si quando tempore hyberno alibi conficienda. Neque enim aliter tum licet iter facere per altas nives. Quandocunque autem iis utuntur, si est libitum, celeritate feruntur tanta, ut & ante vertant feras. Olaus Petri c. 14. *Soleis ligneis hyeme venatum egressi, aliis perniciores,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

& ita quidem ut in profunda nive ſylveſtres rangiferos, & lupos velocitate eximio curſu antevertant & interimant. Hinc de Scritofinnis Adamus verbis ſupra etiam laudatis: *Contra Boream habitant Scritofinni, quos ajunt curſu feras præire.* Alterum ſunt trahæ, quæ tametſi & ipſæ ad quævis pertineant itinera hyeme conficienda, tamen aliquando & venatum eis ſolent proficiſci, maxime contra rangiferos feros. Olaus Magnus lib. XVII. c. 29. ubi loquitur de eis: *Eo compendio viatores arcubus ſagittisq; extenſis ſylveſtres rangiferos venatu acquirere ſolent.* Quæ ſit ſpecies & ratio ejusmodi traharum, latius deberet explicari, quia necdum factum eſt ea cura diligentiaque, qua debebat. Verum cum non tam venationibus inſerviunt, quam itineribus, aut transferendis rebus neceſſariis, propterea hoc quicquid eſt, in locum alium differemus.

CAP. XXI.

De Lapponum virorum artibus manuariis.

PRæcipuum negotiorum, quibus viri occupantur ſoli apud Lappones, venationem eſſe diximus, de quâ huc uſque actum. Præter eam autem etiam alias exercent artes ad vitam atque rem familiarem neceſſarias. Ex quibus prima eſt ars coquinaria. Quicquid enim venatione, aucupio, piſcatione, vel ratione alia ſibi compararunt edulii, hoc ſi coquendum eſt, à viris coquitur, non mulieribus. Samuel Rheen: *All maat, maoſte manfolken kooka, och tillredha, och ey qvvinfolken.* Hoc eſt: *cibum omnem coquere ac adparare viri debent, non feminæ.* Item paulo poſt: *Mansperſoners arbete ær foerskaffa, kooka och tillreda, hvvad the foertara ſkola.* Hoc eſt: *virorum munus eſt, conquirere, coquere ac præparare, quicquid comedi debet.*

Fœminæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Fœminæ igitur hujus artis, licet sit exigua apud Lapponas, sunt imperitæ, neque coquunt nisi per necessitatem, in virorum defectu, sicut idem annotavit. *Aldrig kookar naogon quinna, undantagandes nær hon ær pao reesan, ther ingamanspersoner æhro stadda.* Hoc est: *Nulla unquam coquit femina, nisi forte constituta fuerit in itinere, ubi viri nulli præsto sunt.* Ars secunda virorum est naupegica. Fabricant enim scaphas suas ex tabulis pineis, quas non compingunt clavis, ut solent vulgo, verum consuunt viminibus, plane sicut veteres serilibus aut loris, quales propterea *sutiles* appellavere. Meminit jam olim Zieglerus: *Navigiis utuntur nullis clavis, sed nervis & viminibus compaginatis. His per rapidissimos fluvios inter montes Lapponiæ deferuntur, æstate nudi, ut in periculo enatare valeant, & colligere ex naufragio merces.* Olaus Magnus loco viminum radices arborum nominat, nervos autem privatim usurpari rangiferorum testatur. Verba ejus lib. IV. cap. 10. *Navigia fabricaturi maxime ad piscatorium usum, fissiles pinos & abietes, in eorum nemoribus ad subtiles tabulas redactas, nullo existente ferreo clavo, tenerrimis arborum radicibus recenter extractis, quasi canopeis funibus insigni ingenio componunt. Alii fabricando naves versis & contritis animalium nervis, præcipue rangiferorum solo ventoque siccatis, tabulas conjungunt.* Ita Johannes Tornæus: *Sennoma bruuka, at sammenfoga dera, baotar.* Hoc est: *Nervi* (rangiferorum) *usurpantur ad jugendas ipsorum scaphas.* His nervis, longeque frequentius radicibus funiculorum more tortis, scapharum tabulæ revera consuuntur, haud aliter, atque panni lanei lineive consui filis solent. Commissuræ vero densantur musco, ne per eas aqua possit penetrare. Istiusmodi scaphis addunt remos, modo duos, modo quatuor, paxillis in lateribus alligatos, sicque dispositos, ut singuli concitare duos possint. Ars tertia virorum est carpentaria, vel ea, qua vehicula construuntur. Solent enim ipsi quoque facere sibi trahas omnis generis, quibus utantur tempore hyberno. Nec enim ejusdem formæ sunt, quibus iter faciunt, & quibus vehunt sarcinas, & ideo nec nomine conveniunt. Illud genus vocant *pulca* fabricatum specie scaphulæ dimidiæ, cum prora acuta surgente in altum, puppis plana est, una simplicique constans tabula.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

bula. Corpus totum contexitur ex lignis pluribus, longitudinem trahæ æquantibus, ad quatuor aut plures velut costas intus firmatis per clavos ligneos, quæ costæ surgunt ex ligno densiore validioreque, ima parte subpacto, instar carinæ. Hæc quasi carina, est lata palmæ latitudine, versus proram curva, & elata in altum; ubi & foramen habet, per quod lorum trajicitur quo ad rangiferum firmatur. Ligna cætera paulo minoris sunt latitudinis. Nullos autem in imo habet asseres, sicut trahæ vulgares, quibus corpus reliquum innixum rotarum loco incedat, sed est per se nudum solumq;, neque planum in imo, sed convexum aut semirotundum, ut in latus utrumque possit volvi, atque sic facilius per altissimas duci nives. Hæc verissima trahæ Lapponicæ descriptio, & qualis cernitur apud me in Musæo meo. Meminit illius pridem Herberstenius, sed verbis paucis. *Vehiculo*, ait, *in scaphæ piscatoriæ formam facto cervos jungunt*. Item Olaus Magnus, qui hoc modo describit lib. XI. c. 3. *Vehicula eorum ab aliorum formis differunt, quia antrorsum instar calceorum sunt cuneata, ad penetrandum nives, veluti marina navigia ad dividendum fluctus & undas.* Quibus verbis habes causam, ob quam prora eorum sit acuta, sursumque flexa. Voluitque hoc ipsum Johannes Tornæus, quando sic de eis. *Est vehiculum à puppi in proram acuminatum & elevatum, ut vectioni sit commodum.* Cæterum ne nives inter vehendum obruant vehiculum, vehentisque adurant aut corrumpant pedes, versus proram ad ulnæ unius spacium vel amplius contegere solent pelle vituli marini, lignis quibusdam circularibus paulo supra vehiculum surgentibus affixa, idque spacium deinde gramine, quo utuntur & in calceis, & alibi est dictum, vel musco explent, pedibus contra frigora muniendis. Et hoc quidem genus unum est vehiculorum, quibus Lappones utuntur. Præter istud fabricant & aliud, quod appellant *achkio*. Id quoad structuram quidem cæteram nil differt à priori, majus tantum est. Nam cum prius illud ulnas longum sit fere tres, hoc interdum quinque ulnas superat. Deinde nec est tectum versus proram, sed apertum per omnia. De utroque Wexionius Desc. Suec. lib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

lib. IV. c. 8. *Rhedæ sunt duûm generum; alterum in modum cymbulæ Bothnicæ transversim dissectæ, duas cum dimidia ulnas longum, subtensopede levigato, quartam ulnæ partem in latitudine habente, affabre factum, Pulca vocant, à tergo assere clauditur. Alterum rhedæ genus, vehendæ suppellectili destinatum Achkio vocant, quinque ulnas longum, cætera eodem modo structum; Sed undique apertum est. Vnde & contra nives crudo lino muniendum.* Habes expressum, quibus rebus differant. Id vero, quod de lino crudo additur, non assequor. Nam apud Lapponas quidem linum nullum nascitur, neque usus apud istos vestis lineæ, quod alibi ostendi. Et solent Lappones non tam ipsa munire vehicula, quam suppellectilem suam, in eis repositam, nec lineo crudo, verum coriis, aut pellibus, aut corticibus betulinis, quod & alias receptum iis est. Quod vero apud Olaum Magnum lib. XVII. cap. 25. depictum cernitur plaustrum cum rotis, id apud Lapponas inauditum & inusitatum est.. Describit equidem Olaus istis verbis. *Qui domestici sunt (*rangiferi*) curulibus plaustris aptantur, optimeque gravissima plaustra per rura camposque deducunt.* Sed quæ qualiave sint curulia hæc plaustra, non exponit. Cumque pictor alibi licentiose aliqua confinxerit ad captum suum, ignoro, annon & hoc loco suum potius secutus sit errorem, quam narrationem Olai, expresserit. Certum enim, ac in vulgus quoque notum, nulla esse apud Lapponas vehicula cum rotis, sed si quæ æstate veniunt deferenda, ea in clitellis rangiferorum suspendi. Johannes Tornæus: *Æstate itinera ambulando conficiunt, sarcinas tantum clitellas, & infantes rangiferis imponentes.* Præter trahas autem istas, fabricant & soleas ligneas sibi, quibus feruntur per nives. Dedi eas in superiori capite descriptas, ut hic denuo referre fabricam earum speciemque haud necesse sit. Quartum quod exercent viri, artificium est arcularium, ut sic dicam, seu capsarium. Nam & capsas sive arcas omnis generis ovali fere figura conficiunt, & armaria seu repositoria alia. Testatur S. Rheen his verbis. *The ære och ganska behændige, att the gioera stoora askar eller kiisor, them the med beeninlæggia, och thet artigt utriita.* Hoc est:

Prom-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Prompti quoque sunt fabricandis capsis majoribus cistisve, quas & ossibus immissis, varioque linearum incisarum ductu cultus exornant. Et est ejus generis una apud me, Dn. LUDOVICI OTTONIS Bothniensis munere. Tota est ex tenuissima betulæ tabula confecta, quæ flexa est in oblongum orbem, sic utrinque junctis capitibus, ut junctura quidem, nulli vero clavi, nulla vimina, quæ ipsam teneant, conspiciantur. Operculum ex uno ligno est, quia quicquid oræ aut limbi vicem in eo debet præstare, id omne tabulæ reliquæ sic excavatæ annexum est. Cultus quoque additus ex ossibus rangiferorum in laminas tenues sectis, quarum aliæ oblongæ, aliæ orbiculatæ, variis ornatæ linearum ductibus, ut Samuel Rheen docebat. Quorum omnium ut species fiat manifestior, totam capsam delineatam dedimus in fine huius capitis litera C. notatam. Quintum artificium pertinet ad corbes sive cophinos, de quibus idem scriptor: *Theåro och ganska behændige att goera korgar.* Hoc est: *admodum quoque prompti sunt faciendis cophinis.* Et est ars hæc inter singulares prorsusque spectatas in LAPPONIBUS, quandoquidem gens nulla, quæ hac parte ipsis queat comparari. Materia sunt radices arborum, quas contusas maceratasque findunt in tænias longas, ut in quamvis rationem flecti possint. Meminit JOHANNES TORNÆUS. *Cophinos quoque omnis generis ex arborum radicibus combinant.* Modus combinandi non ut vulgo apud gentes alias receptus, verum circuli ea magnitudine, qua cophinum esse volunt, per hæc vincula radicum arctissime colligantur, unus super alterum, donec crescant in justam cophini altitudinem. Solent autem, quando adhibere volunt diligentiam, ea dexteritate vincula ista inter se conjungere, ut arctissime condensata, infusam quoq; aquam instar vasis solidi sustineant, ne possit perpluere. Species non est eadem omnium, quidam enim sunt majores, quidam minores. Plerique rotundi cum operculo, alii operti cum ansa semicirculari, qua brachio aptata possint gestari, nonnulli etiam quadrate oblongi sunt. Estque usus horum cophinorum non apud ipsos modo, sed & Suecos omnes frequentissimus, quin imo & ad exteros propter firmitatem operis & elegantium mittuntur. Delineationem unius rotundi,

qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

qui in crebro usu dedimus, in fine capitis Litera B. signatam. Præter ista viri faciunt, quicquid supellectilis ex ligno aut ossibus est necessarium in familia. Unde generatim Johannes Tornæus. *Operamanuaria tractant viri fabrilia, lignea, conficiendo vasa artificiosa satis.* Et jam olim Zieglerus. *Naves, dolia, & omne instrumentum domesticum probe fabricant.* Pertinent huc in specie cochlearia è cornibus rangiferorum, quæ memorat & Samuel Rheen. *Æhro och somblige myckit behændige att goera skiedar af horn, them the med sina knifvvar utsticka och in læggia sao en svvart færga.* Hoc est: *Quidam eorum admodum sunt prompti ad conficienda cochlearia, ex ossibus, quæ deinde exsculpunt cultris suis, coloremque immittunt nigrum in sulcos.* Est & hujus generis in Musæo meo unum, elegantissime factum cum striis suis justo ordine dispositis, nec his modo, sed & annulis lamellulisque in capite manubrii appensis, ex uno eodemq; sive cornu, sive osse. Speciem istius postea delineatam dabo signatam littera A. Habeo ad eundem modum ex ossibus confecta instrumenta textoria. Radium oblongum longitudine duorum digitorum, atque amplius, rotundum, cum foramine in capite, littera D. Item pectinem palmæ fere longitudine, quibus fascias versicolores ex lana texunt littera E. notatum. Sunt & hi exculti ad prædictum modum, nec indigni, qui spectentur. Neq; deest theca pro tabacci pulvere servando, fabricata & ipsa non ineleganter ex osse, cum suis orbiculis seu annulis, incisis cultro, & alias ornatis. Omnia hæc vere talia, ut appareat, esse gentem non ita rudem, ut plerisque credi possit, vereq; dici à Johanne Tornæo: *cum expediant hæc omnia proprio captu, facere spem, si artifici polito adjungerentur, futuros esse minime inertes.* Quod ut manifestius appareat, prædicta omnia expressa diligentissime capitis proposuimus in fine. Adhuc unum est, quod memorari debet. Solent enim ossa etiam exsculpere diversis formis florum, animalium, & id genus, ac in iis velut modulis quibusdam fundere ex stanno clypeolos, orbiculos, lamellulas, quibus postea exornent sua cingula viri juxta fœminæque. Samuel Rheen: *Kunna och somblige uthskiæra former af been, ther uthi the giuta sina teenbælten, baode foer mans och qvvinnos*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

perſoner. Hoc eſt: *quidam quoque ſciunt exſculpere modulos ex oſſibus, in quibus fundant cingula ſtannea, cum pro viris, tum pro mulieribus.* Nec ad cultum ſingulorum modo, iſtis modulis utuntur, ſed & rerum aliarum, quas ornare ſtanno ſolent. Denique & ad glandes plumbeas formandas, quibus onerari bombardas receptum eſt, hoc utuntur adminiculo. Unde generatim de his omnibus Johannes Tornæus: *Fuſilia, urgente neceſsitate, non inelegan ter exequuntur.* Inſtrumenta lignea, quæ viri fabricant, & ipſa non ejusdem generis, quippe variis laboribus ſervientia. Nam & culinaria ſunt quædam, quædam paſtoritia, quædam ad venationes, quædam ad itinera ſpectantia. De ſupellectile venatoria nominatim prædictus Tornæus: *Vtenſilia & venatoria inſtrumenta ex oſſibus ferarum ingenioſe fabricant, ornant.* Ubi non hoc dicit, eſſe inſtrumenta illa ex oſſibus, nam è lignis confici pleraque ſuperius jam eſt oſtenſum, verum oſſibus ornari, modo ſcilicet, quo ſolent omnia eorum utenſilia, quod exemplo capſæ in ſuperioribus oſtenſum eſt. Dolia memoravit Zieglerus in verbis ante recitatis, quæ magis cupæ ſunt, aut ex caudice uno excavata vaſa, qualia lintres & id genus. Vaſcula corticea occurrunt apud Wexionium, potui apponendo idonea. Neq; alia nunc addo, cum fere ſint vulgaria. Hæc omnia viri fabricare tenentur, quilibet in ſua familia per ſe, edocti non à magiſtris, ſed parentibus ſuis, pro ingenii dexteritate. Quod teſtatur Samuel Rheen: *Lapparna lära icke naogot handvværck af naogon mæſtare, utan barnen vvarde af foerældrarne tilkhaolldnè att gioera ſaodant.* Hoc eſt: *nullum opificium ab opificibus magiſtris, Lappones diſcunt, ſed parentes in his omnibus erudiunt filios ſuos.* Et quia ſinguli ſufficiunt artibus operibusque iſtis omnibus, propterea & Andreas Buræus de ipſis. *Sunt etiam agiles, atque in manualibus artibus pro ſua conſuetudine ſolentes.*

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. XXII.

De Negotiis Mulierum apud Lapponas.

PErſecuti hactenus negotia virorum, veniamus nunc ad fœminas, & qui labores ſint, quibus ipſarum ſe induſtria exerceat, videamus. Duæ autem artes nominantur, quas curare ſolent ipſæ, ſine auxilio virorum, prima eſt Sartoria, altera Sutoria. Quicquid enim veſtium uſurpant, non ipſæ ſolum, ſed & viri, hoc omne ſarcire mulieres tenentur. Olaus Petri c.16. *Feminarum eſt conſuere veſtes.* Sic Johannes Tornæus: *Veſtes ex pellibus rangiferinis mulieres conſuunt, nam nulli certi ſartores, aut pelliones apud eos.* Samuel Rheen: *Qvvinfolcks arbete ær att ſyy allehanda klæder, baode foer mæn och qvvinnor.* Hoc eſt: *mulierum labor eſt, ſarcire omne genus veſtimentorum pro viris pariter atque feminis.* Idem loco alio: *Qvvinnornas arbete ær gæra klæder, handskar, muddar &c.* Hoc eſt: *Mulierum labores ſunt conficere veſtes, manicas, togas &c.* Sicut autem veſtes ſarciunt, ita quoque ſuunt calceos & ocreas. Idem auctor: *Idem qvvinfolcks arbete ær, gæra skoor och ſtoeflar.* Hoc eſt: *Eſt & fœminarum negotium, ſuere calceos & ocreas.* Et rurſum alio loco de his omnibus fœminarum occupationibus: *Lapparnas doettrar læra ſy klæder, lappſtoeflar, skoor, handskar, muddar, ty ingen mansperſon gær naogot ſaodant, uthan qvvinfolcken.* Hoc eſt: *Lapponum filiæ docentur ſarcire veſtes, ſuere ocreas Lapponicas, calceos, chirothecas, togas, nemo enim virorum, ſolæ mulieres iſta conficiunt.* Hinc generatim Johannes Tornæus: *Mulieres ſutilia tractant.* Et hæc quidem opera & negotia præcipua ipſarum. Occurrit & tertium, nam & quicquid pertinet ad jungendos vehiculis ſive trahis rangiferos, qualia ſunt tæniæ pectorales, copulæ; ornamenta dorſi, monilia, & id genus, ipſe ſolent conficere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ficere. Itaque in prædictis locis omnibus Samuel Rheen fere addit: *reen aoketyg*, hoc est; Instrumentum omne pertinens ad junctura rangiferorum. Ut in isto: *Mulierum labores sunt, conficere vestes, manicas, togas, och all reenaoktyg*, i. e. *& omne instrumentum, quo utuntur ad jungendos trahis rangiferos.* Cæterum ut ista omnia, sicut convenit, expediant, opus habent artibus aliquibus ministris quasi ac subsidiariis. Harum prima est, qua omnis generis ducunt fila. Solent autem ea communissime conficere ex nervis rangiferorum, quoniam ignorant linum. Andreas Buræus; *Linum non habent, sed ejus loco ab exsiccatis animalium nervis tusisque, ac in modum lini paratis, fila nent, quibus vestes consuunt.* Generatim vocat animalia, sed præcipuè rangiferi intelligendi. E cujus nervis fila servo ipse in Musæo meo. Olaus Magnus lib. XVIII. c. 30. ubi loquitur de utilitate capienda ex rangiferis: *Nervi loco lini, ibidem ob frigora non crescentis, ad indumentorum usum instar fili præparati deputantur.* Hic, quod Buræus dicebat, fila nere, *ut iis vestes consuant*, Olaus reddit *ad indumentorum usum*, quæ loquendi ratio paulo obscurior imposuit Lomenio, ut crederet mulieres hæc fila texere in pannos, eisque indusia parare sibi. Observo enim, non semel usum opera Olai Magni, ad absolvendam Lapponicæ descriptionem, quam habet brevissimam, & pagella unica, nec integra constantem in Itinerario suo, sed ubique ferementem ejus parum esse assecutum. Sed Lomenii quidem narrationem alibi jam ostendi esse falsam. Olaum vero nihil aliud intellexisse, quam quod dixi, patet vel ex eo, quia ibi dicit tradidisse se similia his libro quarto quoque, capite decimo. Nam eo loco nihil legas de vestimentis aut indusiis contextis ex nervis rangiferorum, verum ista tantum: *Hi nervi instar stuparum sunt à subtilioribus nervis prousu filorum purgatis extracti & excrescentes.* Non ait, nervos illos contexi in pannos, sed subtiliores separari à crassioribus & durioribus, purgarique, ut ex iis fila ducantur; Fila, inquam, quibus postea utantur in consuendis vestimentis. Id quod adeo est certum, ut nulla hodie occurrat vestis Lapponica, sive toga, sive manicæ, sive calcei, sive ocreæ, quæ non tali genere filorum sit con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

sarcinata. Suntque fila hæc non unius ejusdemque omnia speciei, quædam enim crassiora, quædam tenuiora, quædam quoque subtilissima, præsertim illa, quibus stannum postea inducunt, ut deinde dicam: non continua tamen, multasque ulnas longa, ut solent fila linea seu cannabina, sed brevia, vixque duas tresve ulnas longitudine æquantia, pro longitudine videlicet nervorum. Equidem invenio apud Olaum, quo videtur juvari posse Lomænius: Sic enim habet lib. XIII. c. 48. *Texturis lineis laneisque Aquilonares fœminæ miro ingenio callentes incumbunt, exceptis Lapponum mulieribus, quæ ex nervis animalium, ut alibi dictum est, conficiunt telas, & de pellibus diversarum bestiarum accommodas vestes.* Sed hæc verba, sicut non pauca alia Olai, prorsus sunt obscura. Possunt enim sic intelligi, quasi Lapponum mulieres texturas nullas faciant, sicut reliquæ aquilonares, non modo respectu materiæ, sed texturæ in universum, quæ sententia est verissima. Certe telas, quæ contextos ex filis pannos denotant, conficere, alibi non dicit, verum sola fila, ut ex locis ejus jam allatis palam est. Telæ igitur hoc loco non contexti panni, verum abusive & per figuram, nuda fila, quibus ad consarcinanda vestimenta utuntur. Quod si aliud Olaus voluit, dubium est nullum, quin à vero aberraverit. Ut autem fila ista commode ex nervis ducant, nervos ipsos primum bene purgant, atque quod in eis durius asperiusque est, rescindunt, ut in præcedentibus docebat Olaus. Post, exsiccant & contundunt. Quod ex Buræo liquet, quando ait, fieri *ex exsiccatis animalium nervis, tusisque, ac in modum lini paratis.* Et Olaus Petri: *Fila ex nervis arefactis & contusis more lini, nent & conficiunt.* Postremo addunt adipem è piscibus, qua emolliant, reddantque lentos. Wexionius lib. II. Desc. Suec. c. 8. *Hæ,* (mulieres) *sedulæ sunt acu & filo, è nervis rhenonum aridis, contusis, & adipe piscium mollitis.* Præter hæc ex nervis, maxime rangiferorum, fila quoque ducunt, interdum ex lana ovina, tæniis & fasciis texendis; interdum ex pilis leporinis, ad pileos & manicas. Solent enim ex pilis leporinis coloris candidissimi facere pileos ratione haud absimili ab ea, qua passim per Europam tibialia ex lana sericove, in fila ductis, & subsidio trium quatuorve bacillorum tenuissimo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

issimorum ex ferro, crebris velut annulis inter se consertis, quod Germani mei *stricken* nuncupare solent. Sunt hi pilei delicatissime molles, ut mollitia colla etiam cygnorum, quibus mulieres utuntur, æquent, si non superant, calorem autem foveant facilime, & servent. Pari arte faciunt & chirothecas quæ & ipsæ usum contra frigora habent eximium. Sed nec textura fasciarum, quas prædixi inepta, quando beneficio instrumentorum textoriorum, ex ossibus paratorum, ut ostendi in superioribus, varias in eis reddunt figuras, quod apparet ex effigie illius tæniæ, quæ servatur in Musæo meo, & expressa est in fine capitis præcedentis sub litera I. Et hæc quidem secunda tertiaque ars est, cui dant operam mulieres; textoria inquam eaque duplex, una cum radio & pectine, altera cum bacillis ferreis. Quarta, atque ea plane singularis est, qua filis superius explicatis scitissime inducunt stannum. Andreas Buræus: *Stannum in modum auri, in tenuissima ducunt fila iisque supradictos nervos investiunt.* Duo sunt, quæ faciunt, primum, stannum ducunt in fila, deinde fila stannea induunt filis aliis ex nervis rangiferorum. Ad prius illud adhibent cornu variis foraminibus, aliis arctioribus, aliis laxioribus pertusum, per quæ stannum immissum dentibus attrahunt, ut sic tenuius paulisper factum in filorum speciem formetur. Samuel Rheen: *Thee draga och teentraod igenom horn, pao hvvilcka the hafvva grofvva och granna hooll. Nær teenet ær smæltat een aln laongt, draga the med sine tænder foerst igenom the grofvva hohlen och sedan igenom thee grannare.* Hoc est: *Fila quoque trahunt ex stanno per cornu aliquod, in quo sunt foramina, quædam largiora, quædam angustiora. Cum stannum fusum habent ulnæ longitudine, trahunt id dentibus suis, primum per largiora, post per angustiora foramina.* Jam quia fila sic formata sunt rotunda, & iccirco filis aliis induci nequeunt, cum ut iis presse inhærent, ab una parte debeant esse plana lataque, iccirco foramina ista in cornu immisso osticulo, dimidia sua parte claudunt, & sic denuo fila stannea trahunt; ita fiunt dimidia sua parte plana. Idem: *Tao teentraoden ær long blefvvin, och skall sedan dragas bred, att han mao kunna spinnas, sattia the ett liitet been i thet hool, thee draga traoden igenom, ther*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ther af vvarder traoden breder, att han ſpinnes. Hoc eſt: *Poſtquam filum ſtanneum factum eſt bene longum, reddique debet planum, quo poſſit nendo alii induci, parvum quoddam os immittunt foramini, per quod trahendum eſt, ita filum fit latum, & aptum ad inducendum.* Hæc prima mulierum ars, quâ ducunt fila ſtannea, eaque nunc rotunda, nunc ſemirotunda, & ab una parte plana faciunt. Effigiem hic appoſui.

Sequitur ſecunda, qua fila eadem inducunt filis aliis. Fit hæc beneficio fuſi, quo filum utrumque jungunt, ita ut illud, quod è nervis eſt, altero quod eſt è ſtanno obtegatur, totumque videatur ſtanneum. Faciunt hoc vero ſtatim, poſtquam fila duxerunt ſtannea, ne ſibi mutuo implicata confundantur perdanturque, quo fine quoque quicquid prædicto modo duxerunt, ſtatim ligant vel circa caput ſuum, vel circa pedem. Idem. *Nær bemælte teentraodh blifvver naogre alnar laong, linda the honom vvid the draga, kringh om hufvvudet, ſombliga kring om foetterna, att han icke ſkall oreedas. Sedan ſpinna thee honom med een liiten ſlænda ſkring om een annan grann traod.* Hoc eſt: *Quando filum ſtanneum factum eſt ulnas quasdam longum, id, dum trahunt, ligare ſolent circum caput, quædam quoque circum pedes, ne implicetur. Poſt fuſo parvo, nendo volvunt circum*

circum filum aliud exile. Atque hæc est ratio, qua ut gentes aliæ aurea, & argentea, sic Lappones stannea sibi parant fila. Cæterum filorum istiusmodi creberrimus apud eos usus, cum primis verò ad ornandas omnis generis vestes arte Phrygionum. Estque ars hæc quinta, qua mulieres Lapponicæ valent. Meminit illius pridem etiam Zieglerus. *Pars*, inquit, *artificia exercent, pingunt acu ad delicias, & faciunt vestes intextas auro & argento.* Quod de auro & argento addit, nescio an verum sit. Hodie profecto nihil ejus apud Lapponas reperitur. Sed nec intexunt, quicquid denique metalli fuerit, vestimentis suis, cum in universum vestes nullas, neque lineas neque laneas texant, sed quas habent è lana, eas textas jam emant, aut permutando sibi comparent à mercatoribus Bothnienſibus vel Norvagis. Non igitur intexunt ita, sed plane acu pingunt vestes suas. Andreas Buræus: *Ne desint ornamenta acu picta, stannum in modum auri in tenuissima ducunt fila, iisque supradictos nervos investiunt, quibus deinde vestes solenniores suo modo acu pingunt.* Atque sic debebat reddere & Wexionius, qui maluit altera uti formula. *Stannum*, ait, *etiam artificiose intexunt, prout calcei & chirothecæ, quæ hic quotidie prostant, testantur.* Nihil tale testantur calcei & chirothecæ, verum id, quod dicebat Buræus, pictas esse acu, filis è stanno formatis. De quibus & Johannes Tornæus: *Nervum feræ, sicut usus exigit, in filum tenuissimum explicant & extendunt, cui postea stannum iterum nendo, obducunt, eoque vestes pelliceas opere vermiculato ornant.* Solent autem genere hoc ornare vestes prope omnes, quæque ex fœminis optime pulcherrimeque artem hanc exercet, cæteris antefertur, atque vulgo in majori est existimatione. De quo testis est & Samuel Rheen. *The qvvinfolk ſom ſnællaſt æro, och nattaſt omgao med bemælte traodragande och burderande, haollas hoos them i ſtoerſta æhra.* Hoc est: *Mulieres, quæ optime scitissimeque, cum fila ducunt stannea, tum opus Phrygium ex eis conficiunt, in summa sunt existimatione apud ipsos.* Idem nominat & vestimenta, in quibus hic ornatus frequentissime solet adhiberi. *Med denn teentraod, barderas muddar, ſtoeflar, handskar, ſkoor.* Hoc est: *His filis stanneis Phrygio modo exornant togas, mud-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

dar dictas, ocreas, chirothecas, calceos. Addit dein: *Och reenaoktyg* h.e. *omneque instrumentum, quo rangiferi vehiculis junguntur.* Solent autem hunc ornatum ponere non in ipsis hirtis pellibus, sed limbis plagulisve, quibus eas distinguunt, factis è panno laneo coloris cærulei, obscure viridis, cum primis vero rubri. Tales plagulas habent oppositas in togis sive muddis suis circa collum manicasque, idem deorsum per pectus & latera; in chirothecis ea parte, qua non manum ipsam tegit; sed inde descendit ad brachium, in ocreis circa genua, in calceis circa cavum cui pes solet inseri vel mucronem in quem desinunt. Et est hic ornatus verè artificiosus, quo reddunt non solum species varias, stellarum, florum, rosarum; sed & aves pingunt filis illis stanneis, & quadrupedes, præcipue ran-



gife-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

giferos ſuos, non absque jucundiſſimo ſpectaculo. Et quo faciant ſplendere omnia, paſſim opus id diſtinguunt orbiculis minutis ſtanneis malleo complanatis levigatisque, in quos cum ſol incidit, velut fulgorem aliquem emittere videtur. Accedunt tæniæ, ligulæ, noduli, & id genus, hic illicque penduli eisdem ornati filis ſtanneis, ac in capitibus veſtiti floccis, è ſegmentis panni lanei, coloris diverſimodi. Quorum omnium ſpecimen utcunque delineatum dedi in fine capitis ſuperioris ocreas litera F. chirothecas litera G. & calceos litera H. ſignatos. Non autem veſtes modo eas ſuas ſic exornant, ſed & juncturas rangiferorum, & quicquid alias decoris elegantiæque gratia eis ſolet imponi. Omnia filis ſtanneis ſunt diſtincta, & ſegmentis è panno in oris ſuis munita. Nihil denique habent, quod quidem viſui aliorum patet, quod non arte iſta reddant conſpicuum ac commendabile. Sunt apud me ſic ornatæ peræ virorum fœminarumque, ſunt acicularum thecæ, ſunt vaginæ cultrorum, & id genus non ſine admiratione aliqua ſpectanda. Quod ne cum figura dictum videatur liqueatque iis etiam, ad quos hac Lapponum opera nunquam pervenerunt, ecce quædam exempla deprompta è Muſæo meo & cum cura fideque delineata.

CAP. XXIII.

De Negotiis utriqueſexui communibus.

QUæ hactenus explicavimus negotia, ea ſunt hujusmodi, ut alia pertineant ad viros, alia ad mulieres, nec in eis alter alterum turbare, aut illius invadere munus fas exiſtiment. Quæcunque vero præter iſta peragenda ſunt, ſive domi, ſive in itineribus, ea fiunt opera communi. Quod voluit Johannes Tornæus, ubi ait? *Femoralibus uterque ſexus utitur, propter nivem hyeme altiſſimam, tempeſtates atque itinerum difficultates.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Tenentur enim mulieres æque ac viri omnes labores subire, venatione excepta. Dicit, venatione excepta, tanquam re præcipua, non quod neget cætera quoque propria mulierum esse, quæ hactenus à nobis sunt proposita. Omnia promiscue ait expedire, præsertim vero ea, quæ spectant ad itinera frequentissima Lapponibus, & quotidiana fere, ob quæ & mulieres æque atque viri femoralibus sint instructæ. De itineribus nominatim testatur quoque Samuel Rheen, cujus verba alibi à nobis sunt allata. Latine sic se habent: *Principio ambulat paterfamilias cum quibusdam rangiferis oneratis cum sarcinis, quos post se ducit. Post venit uxor ejus, quæ similiter post se ducit partem sarcinarum.* Vides, parem utriusque laborem in itinere ac commutanda sede. Ac æstate quidem ambulant pedibus, uxor pariter ac maritus ejus; hyeme vero vehuntur trahis, quas delineatas dedi in superioribus. In traha istiusmodi sedet, qui vehitur religatus fasciis ad ejus trahæ latera utrinque, præsertim si concitatius iter faciendum, sic, ut pectore tenus tantum exter supra vehiculum, brachiis capiteque liberis, tergum habeat reclinatum ad tabulam, quæ trahæ velut puppim facit. Wexionius: *A tergo assere clauditur* (traha) *in quem vehendus (singulæ enim unum tantummodo hominem capiunt) dorsum reclinat. Ad umbilicum usque in hanc rhedam immersus ligamine lineo vel coriaceo adstringitur.* Johannes Tornæus: *In vehiculo vir, quasi infans, fasciis involutus, dimidia parte brachiis & trunco tantum eminentibus.* Rangifer adjungitur longe aliter, ac equi solent. Habet enim circa collum fasciam latam, à qua in pectore per media crura priora æque ac posteriora ejus descendit copula, firmata in foramine, quod traha habet in extrema prora. Wexionius: *Proræ rhedæ acuminatæ helcium (adstrigmentum villosum) per foramen innexum, sub alvo rhenonis, inter crura, ut rectum teneat cursum, continuatur, & circulo cervicem Rhenonis (ex pelle villosa ejusdem animalis) cingente inligatur.* Joh. Tornæus: *Rangifero unicum tantum collare cervici adaptant, vehiculo subtus inter crura & posteriora alligato, quod puer una manu facile elevare potest.* Plurimum igitur aberravit à vero pictor Olai Magni, qui nobis hos rangiferos adjunxit ad traham haud se-

cus

cus atque equi ſolent, cum helciis utrinque à lateribus lib. XVII. c. 29. Sed & rangiferi collo impoſuit, præter tæniam, pectus ambientem, ſemicirculum, qualis eſt receptus in vehiculis ſeu trahis vulgaribus. Solent quippe trahis vulgo adjungere equos, per ligneos baculos duos, utrinque funium loco firmatos ad traham, inter quos, ut liberius minoreq; cum moleſtia equus currat, addunt ſuperne circa equi cervicem ſemicirculum ligneum, qui eos baculos teneat, nonnihil ſummotos ab equi corpore. Semicirculum iſtum *lochrancka* nuncupant. Talem ipſe ſemicirculum impoſuit & rangifero, cujus tamen non eſt uſus, niſi inter iſtos baculos, qualibus rangiferi ad traham non junguntur, verum tænia tantum unica, ut dixi. Neq; melior eſt in delineatione modi, quem æſtivo tempore ſervant. Exhibet rangiferos duos junctos ad vehiculum cum rotis, quod plane apud Lappones ignotum eſt, ut alibi jam dixi. Non ſolent æſtate uti vehiculo, ſed res ſuas & ſupellectilem ſuſpendere in clitellis. Omnium vero maxime deflexit à vero, cum repræſentavit Lapponem, rangifero inſidentem, velut equo, cum ephippiis libro eodem cap. 26. & frenis in ore, lib. IV. c. 9. Equidem Olaus quoque dicto cap. 26. lib. XVII. *Ejus curſus etiam admiſſo ſeſſore, ſit ſuper altas nives.* At Lapponibus hoc penitus ignotum, quod jam ante Olaum obſervavit Zieglerus. *Equitem*, inquit, *dorſo non fert, ſed antilena impoſita jungitur vehiculo.* Non equitant æſtate Lappones, cum faciendum iter, nullo cum rotis utuntur curru, cui inſideant, ut eſt in picturis Olai, ſed incedunt pedibus. Hyeme vehuntur traha ſinguli ſua, faſciis in ea religati, ſicut dictum eſt, ſingulis rangiferis trahentibus, eo modo ad plauſtrum, quo monſtravimus, revinctis. Solet autem Lappo qui ſic vehitur, feram regere loro, eoque unico ac ſimplici, non inſerto ori, ſed religato circum caput cornuaque, quod tenet dextra firmatum ad baculum, ut modo ad dextram, modo ad ſiniſtram ſuper dorſum rangiferi poſſit jactari. In quamcunque enim partem jactatur, in eam rangifer ſcit ſibi eundum. Wexionius: *Super dorſum beſtiæ habenæ, una ſcilicet lata corrigia, de pelle canis marini, caput ſtringit, qua dextrorſum vel ſiniſtrorſum jactata vectus curſum altera manu moderatur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Habet lorum unum, idque ad caput firmatum, de quo & Tornæus: *Curſu velociſſimo fertur, unico loro beſtiam regens.* Sed quid eſt, quod de altera addit manu? nimis enim brevis eſt. Hoc vult, una manu rangiferum regere, altera traham. Nam quia traha eſt inſtar Scaphulæ in imo ſemirotunda, idcirco nunc in hanc, nunc in illam ſeſe flectit partem, ut ei ſemper ſuccurrendum ſit, inclinatione corporis in latus contrarium, & manu vectoris, ne penitus evertatur. Ita pridem Herberſtenius, qui & de cæteris in hunc modum. *Vehiculo in ſcaphæ piſcatoriæ formam facto, cervos jungunt* (Ita vocat hic rangiferos) *in quo homo ne citato cervorum curſu excidat, pedibus alligatur lorum, quo cervorum curſum moderatur ſiniſtra, dextra vero manu baculum tenet, quo vehiculi, ſi forte in aliquam partem plus æquo vergeret, caſum ſuſtineat.* Ita Herberſtenius. Sed baculus ad dextram pertinet, habetque adjunctum ſibi lorum, quo regitur beſtia, in capite, quod eo fit, quo ſedens in vehiculo, loco humili, ſupra dorſum beſtiæ, nunc in hoc, nunc in illud latus, pro ratione itineris, poſſit trajicere; neque ita baculo illo ſeſe ac vehiculum ſuſtinet, ut inclinatione corporis & manu. Facies negotii totius eſt hujusmodi.

Tali modo iter faciunt per hyemem, cum contecta omnia ſunt nivibus. Neque deſunt ornamenta ipſis, quibus excolant rangiferum, ut dorſuale, item tænia de collo pendens, cum campanula, qua mirifice rangiferi delectantur, omnia acu filisque ſtanneis picta, & in oris veſtita ſegmentis panni, diverſis tincti coloribus, ut ex effigie præmiſſa intelligitur. Faciunt autem iter nunc tardius, nunc celerius, prout ratio negociorum poſtulat. Si mutandæ ſedis tantum gratia, vehuntur lentè, quia poſt ſe trahunt ſupellectilem, & id genus collecta in genus alterum traharum, quod diximus eſſe paulo longius, & vocari *achkio*, quod & ipſum trahitur à ſingulis rangiferis. Præcedit vir aut mulier cũ ſua traha, ſequuntur ipſi cum ſarcinis vel religati longa ſerie unus ad præcedens vehiculum, alter ad ſequens, vel etiam libere. Unde Wexionius: *Hujusmodi achkios trahentes rehnones multi unum Lappum præagitantẽ velut ducem ſponte ſequuntur.* Dicit, ſponte ſequi, quoniam libere, ac ex conſuetudine, qua quotidie inter ſe vivunt juncti, ſequuntur. Si vehuntur propter certa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

certa negotia, nullis gravati sarcinis, tum volant cursu celerrimo. Zieglerus: *Assequitur viginti quator horarum spatio centum quinquaginta millia passuum, sive schœnos triginta quod ipsum spatium dicunt lingua patria, ter mutare horizontem, hoc est, ter contingere signum, quod eminus extremum prospexerint.* Miliaria viginti uno die conficere ait Herberstenius. *Eo vehiculi genere viginti miliaria se uno die confeciisse ait.* Nempe Herberstenius de die naturali agit. Zieglerus de civili viginti quatuor horarum. Quanquam fieri vix possit, ut uno eodemq; rangifero, tantum itineris continuo conficiatur, cum ne viginti quidem miliaribus absolvendis sufficiat, nisi validissimus, viisque optimis, nivibusque bene lubricis. Communiter duodecim, quatuordecim, sedecim absolvere possunt miliaria spatio decem circiter horarum. Et hoc iter est celerrimum, quod conficit rangifer unus, uno & continuo cursu. Quod si duplicatur, fit quidem, quod dicebat Zieglerus, ut spatio horarum viginti quatuor dici possit miliaria triginta confeciisse. Sed ut ajebam, fieri vix potest, ut tanto tempore continuetur cursus rangiferi unius, sic ut ipsi Lappones mihi confirmarunt. Et Olaus Petri. *In tanta perseverare celeritate, ut virum quempiam supra duodecim miliaria, nulla intermixta quiete, una die trahere queat, falsum esse, est compertum, & una die si id præstiterit, altera si non propediem moriatur, necessum habet quiescere.* Cursus hic similiter utrique sexui communis, sciuntque non viri magis quam fœminæ hoc adminiculo per nives iter suum promovere, quemadmodum & ex Olai Magni lib. V. cap. 12. & multo magis ex nostrorum quoque temporum experientia est notum. Nam Olaus quidem facit fœminas uti soleis in venatione, quas ostendi jam exclusas esse à venationibus. Etsi autem iis non venentur, tamen alia expediunt negotia, quotiens necesse fuert. Quemadmodum & trahis, prorsus ad virorum consuetudinem. Jam ut communi opera conficiunt itinera, viri juxta fœminæque, item alia, quæ ad receptas ipsis pertinent migrationes, ita & cum subsistunt, certo aliquo in loco per tempus, mutuo sibi sunt auxilio in pascendis pecoribus, & exercenda piscatione. De rangiferis est notissimum, quod curentur à viris juxta atque à fœminis,

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quod habeantur in pascuis, observentur, ad postremum etiam emulgeantur. Samuel Rheen aperte, ubi loquitur de ratione, qua utantur, cum emulgent: *hvvilcket arbete goera man och qvvinnor, unga och gambla.* Hoc est: *Quid negotium viri pariter ac fœminæ, juvenes pariter ac senes expedire solent.* De piscatione quoque certum est, non à viris coli magis, quam à fœminis, quæ sæpe quando viri absunt, peregre per aliquot hebdomadas interdum, magno studio, capiunt pisces, exenterant, exsiccant, & in hyemis necessitates recondunt Ratio laboris parum differt à consuetis alibi rationibus, nam & nassas ponunt piscibus, & tendunt retia, & in sagenas impellunt, & verriculis excipiunt. Ut ignorem, quid voluerit Paulus Jovius, quando artem scripsit adhibere ineptam. *Ineptis*, inquit, in Moscoviæ suæ descriptione, *sed felicibus artificiis piscantur.* Nihil scio in piscatione Lapponum inepti. Et Olaus Petri: *Piscandi instrumenta nunquam audivi Lappos usurpare alia, quam ea, quæ in consuetudine habentur.* Nisi forte Paulus ita scripsit in respectu ad hamos ipsorum, quos plerumque habent non ex ferro, sed ex ligno. Paxillum bifurcatum ex juniperi ramo asperant in capite ad modum hami, eum alligant funiculo, & revinciunt ad baculum, atque ita cum baculo infigunt suis in flumine locis. Ita dum affixam paxillo prædam captant pisces majores, nullo negocio capiuntur. Baculos enim istiusmodi plurimos uno tempore habent defixos in flumine. Id vero genus, quo ad arundinem aut perticam longiorem setæ equinæ adminiculo revinctus hamus demittitur in aquam, & si adhæserit piscis, ab hamiota educitur, ipsis penitus ignotum est. Differt autem piscatio eorum pro diversitate anni. Nam æstate verriculo fere piscantur, quod inter scaphas duas habent protensum, ut in ambitum actis scaphis, pisces circumveniant; & includant. Habent & ferramentum peculiare ad stipitem instar hastæ firmatum, cujus species similis tridenti Neptuniæ, quem & fuscinam appellant, nisi quod non tribus sola, sed & pluribus sit armatum spiculis. Hoc ferramento transverberant lucios præsertim, cum ad splendorem solis procedunt ex imo ad summa, & conspiciendos sese præbent. Idem faciunt nocturno tempore, ac-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

censis lignis aridis in prora scaphæ, quibus lucentibus pisces eliciant. Hyberno tempore tendunt retia sub glacie, certis perforata intervallis, ut ope bacilli tanti, quantum intervallum est inter singula foramina, subtus retia promoveant, donec ad ripam alteram pervenerit, tum superne facto strepitu pisces in retia compellunt. Et hæc quidem omnia, solæ nonnunquam fœminæ conficiunt. Id quod eo minus mirum est, quia ubique piscibus Lapponia est abundans, uti alibi ostendam. Præter ista sunt non pauca alia, quibus quotidie mutuo sibi adjumento sunt viri fœminæque, ut in comportandis lignis, in construendis sæpibus pro rangiferis claudendis, & quæ hujus generis sunt alia. Quæ quia fere minuta, iccirco singula seorsum hic commemorari non merentur.

CAP. XXIV.

De Otio & ludis Lapponum.

QUandoquidem huc usque actum de negotiis quotidianis Lapponum, addamus & de otio ipsorum, quibusque otium id fallant. Ante omnia hoc certum, Lappones in universum otii esse amantissimos, neque laborem suscipere, nisi ubi exigit necessitas, victusque penuria. Quod videntur accepisse primum à majoribus suis, Finnonibus, ut dixi alio loco. Postea frigidiorem ipsorum accessisse constitutionem, ex regionis cœliq; asperitate, quæ sola etiam pigriores facit homines. Item noctes longas, multumque somnum, quibus & ipsis languidiores reddunturUt de cætera infirmitate ipsorum nihil nunc dicam, qua efficitur, ut labores graviores ægre perferant diuturniore tempore. Amant ergo otium, idque strenue sectantur. Sed quid est, quo fallant illud otium? Communissima & omnibus recepta ratio est ea, ut se mutuo invisent ac confabulationibus se oblectent. Nam cum vivant vitam fere solitariam, suisque singulæ familiæ versentur in tuguriis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

guriis, non exiguo sæpe intervallo remotæ ab aliis, proinde confabulatio cum aliis singulari eis est oblectamento. Samuel Rheen: *Inboerdes gæsta Lapparne hvvar andre ganska offta, ty theras tiid foerdriif beſtaor mæst ther uthinnan, att then eena, beſoeker then andra af flæcht och vvænner.* Hoc est: *Mutuo sese Lappones frequenter solent invisere, omnis enim ratio fallendi temporis apud eos consistit fere in eo, ut alter alterum ex cognatis & amicis visitet.* In his visitationibus præcipuum confabulationes sunt, quarum argumenta res vulgares & quotidianæ, de valetudine, negociis suis, & similibus. Nec est infrequens apud ipsos loqui de populis aliis, quorum nomina vivendique rationes eis per commercia possunt esse nota, eosque cegnomentis jocularibus, & similibus exagitare. Quod peculiariter in ipsis observavit dictus scriptor: *Nær tvvao, eller tree komma tillſamman, ſao kunna the ey annat, æn ſom foertala, ſærdeles folck af andre nationer, gifvvandes them oeknampn eller tillnampn.* Hoc est: *Quando duo tresve inter se congrediuntur, vix possunt agere aliud, quam sermone alios traducere, præsertim gentis diversæ populos, quibus cognomenta per jocum varia imponunt.* Quidam tamen qui sunt locupletiores, eos, à quibus invisuntur, excipiunt hilariori quoque ac instructiori mensa. Ideo is idem subdit postea, quæ de visitationibus docuerat. *Tao hvvar och een goer ſin fliit, att plæga ſiina gæſtor af thet, the kunna komma till vvæga.* Hoc est: *Tum quilibet dat operam, ut adventantes ad se bene excipiat, iis omnibus quorum copiam potest habere.* Præter istas visitationes habent quoque ludos, quibus se sublectent, hyeme præsertim, ubi tempore nonnullo vivunt non sic sparsi, ut per æstatem, sed conjunctiores, & cum conveniunt in locis, ad judicia & fora rerum venalium exercenda destinatis. Ludorum eorum aliqua ad solos spectant viros juvenesque, aliqua viris juxta atque fœminis sunt communia. Virorum juvenumque ludicrum est hujusmodi. Ducunt in nive lineam, velut metam; post illam lineam spatio nonnullorum passuum reponunt signum. Tum singuli ab illo signo procurrunt ad metam, ad quam cum est ventum, saltu, quam quisque potest, longissimo corpus suum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

jactant, quique ſpacium uno ſaltu complexus eſt maximum, is cæterorum victor habetur. Et hoc primum ludicrum ex curſu & ſaltatione junctum. Habent & aliud, in quo certant ſolo ſaltu, eoque non in longum, ſed in altum. Stant duo viri juvenesve erecti, non longo inter ſe ſpacio diviſi, manibusque tenent nunc funem, nunc baculum, nunc depreſſius, nunc altius, prout inter certantes fuerit conventum, ſæpe viri altitudine. Tunc alter poſt alterum ſuperare baculum iſtum conatur ſaltu, ex præſcripto loco quique hoc efficit optime, is laudem præ cæteris conſequitur. Tertium ludicrum eorum fit arcu atque telis. Loco certo collocant ſcopum minimæ magnitudinis, eumque petunt ſagittis è præſcripto ſpatio. Qui tetigit, aut tetigit frequentius, is ſodalibus cæteris antefertur. Et hi quidem ludi laudis ferè ſolius gloriæque ſtudio inter ipſos inſtituuntur. Aliquando tamen certant & de præmiis, de quibus ipſi inter ſe conveniunt, & in medio ejus loci, ubi celebrant certamina & ludos, reponunt. Suntque illa præmia rariſſime nummi, frequentiſſime pelles, imprimis vero ſciurorum, modo ſingulæ, modo plures, prout viſum ac conventum fuerit. Viri autem fœminæque ludos habent aliquos communes, eosque cum pila, quam ex corio habent conſutam, farctamque fœno, pugnæ magnitudine. Multitudo quantacunque virorum fœminarumque dividitur in partes duas. Una occupat hoc ſpatium, altera aliud, huic oppoſitum, diſtansque aliquo intervallo. Tum pilam ſinguli unius partis ordine percuſſam fuſte, everberant in aërem, quanta maxima vi poſſunt, excipientibus eam prolapſam illis, qui ſunt alterius partis. Quod ſi manibus unus alterve exceperit, priusquam humum tetigerit, tum vertitur ludus, & hæc pars pilam excutit, altera cogitur excipere. Hoc modo ludunt viri fœminæq; junctim, pueri item ac puellæ, neque viri promptiores hic, quam fœminæ ſe præbent. Alius eſt ludus, qui & ipſe fit pila. In nive gelata pingunt duas lineas ſpatio nonnullo inter ſe diſtantes, tum multitudine ſexus utriuſque promiſcua in duas diviſa partes, pars una defendendam ſumit hanc, altera alteram lineam. Poſt coëunt in ſpatium medium inter iſtas lineas, ibique pilam projiciunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ficiunt: quam mox fuſtibus & baculis propellere conantur, hæc pars ad oppoſitam ſibi lineam, altera ad lineam adverſam, prohibentibus viſumma, qui tueri lineam illam debent. Quod ſi pars una pilam ſupra lineam partis alterius pellere baculis (nam manu projicere nefas habent) & ſic ſpatium illius occupare poteſt, ea victrix ex hoc ludo digreditur. Quos hactenus enumeravi, ſive ſint virorum proprii, ſive viris juxta atque mulieribus communes, pertinent ad juniores æquæ ac adultos: at quem nunc exponam ludum, proprius eſt fere virorum, eorumque adultorum. Solent inter ſe in duas diviſi claſſes, congredi lucta. Stat claſſis una, longa ſerie in frontem, velut verſus militum, ei oppoſita eſt claſſis altera. Singuli ſuos apprehendunt adverſarios cingulo, quo ſunt cincti omnes Lappones, ut alibi oſtendi. Cingulum bis ter ambit corpus cujusque, unde firmum eſt, & habile ad hoc negotium. Ita alter alterum cingulo prehenſum, qui quanta poteſt, ſtudet ad terram proſternere. Quod tamen dolo & fallacia, per oppoſitionem pedis ſimilive modo, fieri non debet. Quod qui fecerit, pro homine iniquo ludiq; hujus indigno rejicitur. Et hi quidē ludi, qui Lapponibus quaſi proprii. Præter eos habent, quos acceperunt aliunde. Qualis primo ludus eſt cum chartulis, notiſſimus plerisq; per Europam populis. Nam & Lappones hoc genere non parum delectantur, chartulas iſtiusmodi à mercatoribus vicinis ad eos quotannis venditantibus, ſolent comparare. Genera ludorum à vulgaribus & receptis nihil differunt. Pertinent huc quoque ludi teſſerarum, ſeu cuborum potius. Cubos hoſce ſibi fabricant ipſi Lappones è ligno, ſpecie vulgari: differentia in eo tantum ſervata, quod cum cubi cæteri habeant inſcriptos ſibi numeros in omni latere, hi tantum exhibeant in unico, ſpecie litera X. Victor in hoc ludo cenſetur, quisquis jactis cubis duobus, in alterutro ſignum dictum poteſt monſtrare collocatum in ſummo. Solent autem & in ludis hiſce præmia proponere victoriæ, nunc pelles ſciurorum, nunc minuta alia, & in defectu horum, globos plumbeos, quibus ad bombardas in venationibus utuntur. Fitque nonnunquam, ſpe reparandi prius accepti damni, ut quis omnibus iſtis globis ſuis privatus, non in præſens mo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

do ſentiat incommodum, ſed & impedita venatione, plurimum de copia ſuorum alimentorum amittat in poſterum. Hi ſunt modi receptiſſimi apud LAPPONES, quibus fallunt tempus, otiumque ſuum oblectant, ſicut ex relatione Olai Matthiæ LAPPONIS Tornenſis accepi.

CAP. XXV.

De Sponſaliis & Nuptiis Lapponum.

VIdimus hucusque negotia vulgaria Lapponum ac quotidianâ pene, tum alterutri ſexui ſingularia, tum communia utrique, item otia ludosque, quibus iſta ſolent negotia diſtinguere: Supereſt, ut ea explicemus negotia, quæ non quotidiana ſunt, ſed ſingularia & ſolennia & ex peculiaribus cauſſis ſuſcepta. Ex his primum eſt, quod ſpectat ad conjugia LAPPONUM, de quibus iſta maxime ſunt memorabilia. Primum qui propoſuit ſibi ducere uxorem, is dat operam, ut inveniat puellam copia rangiferorum pollentem ac divitem. Solent enim LAPPONES, quod dicetur poſt, ſuis liberis recens natis donare rangiferos nonnullos, è quibus quicquid natum fuerit, non parentum eſſe cenſetur, verum liberorum. Quæ igitur puella plurimos habet iſtiusmodi rangiferos, ea facilime procum invenit. Neq; quidquam aliud attendunt, non probitatem, non decus formæ, aliudve, quod vulgo invitare procos ſolet. Samuel Rheen: *Nær naogon Lappskall begynna ſitt frijeri, ſeer han mæſt pao den lycka, han foermenar ſin tillkommande fæſterqvvinna hafvva haft med hennes gifna reenar, ſao att, om een Lapp hafvver fleera æn een dotter, begærar fryaren alltiid den, ſoin han ſeer hafvva baeſta lyckan med ſina reenar, oachtandes, om den ſamma ær æhrlig eller oæhrlig, deiielig eller vvanskapelig.* Hoc eſt: *Quando vult ambire puellam Lappo, id ante omnia attendit, ut eam ſibi ſelegat,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

gat, quam videt habuisse plurimum successus cum donatis ipsi rangiferis, ut si Lappo plures, quam unam habet filias, eam inter illas semper ambiat procus, quam videt majori successu fructuque habuisse rangiferos suos, nec attendit, honesta num fuerit, nec ne, pulchra, num deformis. Scilicet qui loca colunt aspera & horrida, de victu maxime sunt solliciti, quem quia præstant rangiferi, hoc quisque putat se ab gravi paupertatis onere magis fore liberum, quo magis copia eorum abundat. Postquam ergo juvenis circumspexit sibi de puella, quod solet fieri plerumque publicis in conventibus eorum, qui tributi exsolvendi, vel nundinarum gratia sunt instituti, tum ad parentes ejus suscipit iter assumpto patre suo, si in vivis est, item uno alterove speratæ parentibus grato, præcipue vero eo, qui exponere desideria sua, & conciliare sibi puellæ parentes debet. Cum ad tugurium eorum ventum, invitantur omnes, proco excepto, qui foras stare, & vel ligna findere, vel aliud quid negotii minuti solet expedire, donec ipse quoque in tugurium venire jubeatur, nam sine peculiari venia incivile habetur, si introëat. Johannes Tornæus, cujus verba Latine hic propono: *Si quis Lapponum proposuit ducere uxorem, confert sese ad puellæ, quam ambit, parentes, vel tutores, una cum patre suo, & proxeneta, aliisque, qui negotium promovere debent. Sumit quoque secum spiritus vini optimi cantarum unum, duos, tres. Proxeneta cum cæteris intrat ad hospitem, socerumve futurum. Pater proci stat ad januam, cum lagena spiritus vini in manu, præbetque ipsis bibendum. Procus ipse non fas habet intrare, sed exesse cogitur, more janitoris, vel canis. Quod si intraret, antequam invitaretur, factum haberetur incivile ac impudens, quo totum perderet negotium suum.* Postquam de spiritu vini nonnihil biberunt, tum proxeneta suum expedire munus aggreditur, proci aperit desiderium, patremque puellæ orat, ut eam dare ipsi velit in matrimonium. Quod ut felicius obtineat, patrem ornat titulis nominibusque splendidissimis, quos potest comminisci, adque singulos flectit genua, tanquam cum principe negotium sibi foret. Dictus scriptor: *Han kallar honom Stoorfader, som vvore han en Patriarch, er vværdig fader, bæsta och yppersta fadar, hoegsta fader der hoos alltiid brukandes knæbœxanda. Och om den Konungslicha titeln Maje-*

stet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſtet vvaore dem ſao bekant, toorde han vvæl kalla honom Maje-ſtetlich fader. Detta hafvver jag ſielf nærvvarendes ſedt och hoert. Hoc eſt: *Appellat eum patrem magnum, ac ſi Patriarcha quidem eſſet, patrem venerabilem, patrem optimum & ſupremum, patrem ſummum, adjuncta ſemper flexione genuum. Quod ſi eis Regius Majeſtatis titulus æque notus eſſet, haud ambigeret eum nominare patrem Majeſtaticum. Sicut iſthæc omnia præſens vidi & audivi.* Vinum illud quod à proco adfertur, vocant *pouriſtvviin*, id eſt, *vini proſperi adventus*, vel *ſoubovviin*, id eſt, *vinum procorum.* Verba Samuelis Rheen de ea re, quia longiora ſunt, Latine tantum afferam. *Quando procus*, inquit, *ad puellæ venit parentes, quam ambit, ſecum attuliſſe debet ſpiritum vini, ut eo parentes ejus honoret, id quod vocant pouriſtvviin*, hoc eſt, *vinum proſperi adventus, aut id vinum, quo vult ſalutare futurum ſocerum ſocrumque; vel etiam ſoubovviin*, h. e. *vinum procorum, quod procos dare oportet, quo impetrent veniam colloquii cum filia ipſorum, & ambire gratiam & amorem ſponſæ futuræ.* Obſervandum autem, quod non agatur primo cum puella, ſed cum parentibus ipſius de negotio propoſito, nec cum ea loquatur procus, niſi prius ab ipſis impetrata venia. Olaus Matthiæ in peculiari deſcriptione hujus rei: *Nær friiaren hafvver kommit till ſin kiærſta, gaor han icke ſtrax till henne, uthan till hennes ſlecht. Och hennes ſlecht biuda honom i kaotan ſin, och ther faor han maat.* Hoc eſt: *Quando procus venit ad amicam ſuam, non ipſam ſtatim adit, ſed prius ſalutat propinquos ejus, qui ipſum invitant in tugurium, ubi cibum ipſi præbent.* Quin imo ſolet ipſa plerumque ablegari longius à tugurio, nec conſpicienda dari proco, vel comitibus ipſius. Prædictus Johannes Tornæus: *I mædler tiid færſkickes dottern, ſom brud skall vvarda, uti Reenskogen eller naogen annan kata, ſao att ingen af heſterne henne mao ſee.* Hoc eſt: *Interea temporis filia, quæ futura eſt ſponſa, mittitur ad rangiferorum paſcua in ſylvis, aut aliud tugurium, ut ab hoſpitum nemine poſſit conſpici.* Quod ſi tandem ſive illa, ſive alia uxor veniam à parentibus vel propinquis alloquendi ejus impetravit, tum ad traham ſuam è tugurio egreditur, exque ea promit primum veſtes panni lanei, qualibus ornati ſolent eſſe publicis in feſtivitatibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

bus, aut solennioribus negotiis, cæteraque quæ ipsi necessaria negocio futuro. Idem: *Naer han har faot maat, sao gaor han till pulkan sin, och tager sin kläds kläder, eller annat, som han har, och kläder them pao sigh, och gaor till sin kiærsta, till att hälsa pao henne.* Hoc est: *Prandio finito, egreditur ad trabam suam, inde capit vestes laneas, vel quicquid habet, easque induit, tum pergit ad amicam, ut eam salutet.* Salutatio fit osculo, in quo id præcipue intendunt, ut sibi mutuo non os solum ori, sed & nasum naso imprimant. Idem: *Han hälsar med näsan moot näsan, och mun emoot mun, ellieſt tycke the intet hafvva hälsat.* Hoc est: *Salutat naso applicito naso, & ore ori, nam alias vere salutasse non existimant.* Post salutationem offert amicæ donaria quædam de præstantissimis apud Lapponas eduliis, linguam rangiferi, carnes castoris, & id genus quæ ipsa præsentibus aliis accipere detrectat. Mox secreto evocata extra tugurium, si testetur, se accipere paratam, rogat porro procus, utrum sibi veniam det juxta ipsam dormiendi in tugurio, si permittit, transactum inter ipsos de conjugio futuro, simul offert dona supra memorata. Si vero negat, omnia ad pedes ejus projicit. Solet autem procus priusquam offerat, ea portare in sinu suo. Idem Olaus. *Han hafvver i barmen bäste maat, rheen tunga bäfvværkätt, och annat saodant; Men hon vvill detta intet taga sao, att det the andra hennes meddoettrar seer. Therfære vvinkar hon honom uth, och saor han sao gifvva henne, thet som han hafvver, och fraogar han strax, om han saor liggia hoos henne. Säyer hon ney, sao kastar han strax bort. Säger hon ia, sao är fullkomligit skett.* Hoc est: *In sinu gestat cibum optimum, linguam rangiferi, carnes castoris, & id genus: Sed hæc ista capere detrectat in conspectu suarum sororum. Idcirco nutu eum extra vocat, ubi facultatem accipit, isthæc offerendi. Qui ex ea statim quærit, an permittat sibi dormire juxta ipsam. Si negat, omnia prius dicta projicit, si permittit, negotium inter ipsos confectum habetur.* Solet autem approbatio plena parentum, & celebratio nuptiarum differri sæpe longo tempore, nonnunquam per duos tresve annos. Sam. Rheen: *Theras fryerii paostaor i ett, tu, eller tree aohr.* Hoc est: *ambire autem amicas suas solent sæpe per annum integrum, biennium, triennium.* Causa tam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

longæ ambitionis ſeu procacionis eſt, quod donis multis procus amicæ ſuæ parentes & proximos neceſſarios conciliare ſibi cogitur, ſine quorum omnium venia non poteſt compos fieri ſuæ ſponſæ. Verba Samuelis Rheen de hac re, quia longiora ſunt, Latine ſolum adferam. *Procus*, ait, *qui ambit filiam viri opulentioris, parentibus ipſius & cognatis proximis donare tenetur munus honorarium, quantum facultates ejus permittunt, quod munus ſive donum vocant Peck, id eſt, partes. Pars quælibet hujusmodi minimum debet continere marcas duas argenti, hoc eſt ſex uncias, quædam quoque ſunt, quæ debent continere viginti, quadraginta imo ſexaginta uncias. Has partes procus donare tenetur parentibus amicæ ſuæ proximisque ejus cognatis.* Quibus in rebus nominatim dona hæc conſiſtant, dicam in ſequentibus, nec enim nude præbent argentum, ſed factum, aut res alias. Donec igitur eas partes ſibi omnes procus comparaverit, non profecto patum temporis elabi ſolet. Interea ſubinde viſitat amicam ſuam, ad quam dum tendit, cantione amatoria ſe oblectat, viæque fallit tædium. Solent enim uti plerumque cantionibus ejusmodi, non certa quadam modulatione, ſed quam quisque putat optimam, nec eodem modo, ſed alio & alio, prout inter ipſum canendum cuique jucundiſſimum videtur. Exemplum unius communicatum mihi ab Olao Matthiæ Lappone, quo hyberno utuntur tempore, ſubjicio.

Kulnaſatz niraoſam æugaos joao audas jordee skaode
Nurte vvaota vvaolges skaode
Abeide kockit laidi ede
Fauruogaoidhe ſadiede
Ællao momiaiat kuekan kaigevvarrë.
Patzao buaoreſt kællueiaur tuuni
Maode paoti millaſan
Kaiga vvaonaide vvaiedin
Aogo niraome buaorebæſt
Nute aotzaon ſargabæſt
Taide ſun moni a lii aigaomaſſ.
Saraogaoin vvaolgatamaſſ
Ios iuao ſarga aoinaſim

Kiure-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Kiureſam katzeſim
Kulnaaſatz niraſam
Katze aoinakaos tun ſuſalm.

Sententia hujus cantionis utcunque reddita Latine, ita ſeſe habet: *Kulnaſatz, rangifer meus parvus properandum nobis iterque porro faciendum, loca uliginoſa vaſta ſunt, & cantiones nos deficiunt. Nec tamen tædioſus mihi palus kaige es, tibi palus kailvva dico vale. Multæ cogitationes animum meum ſubeunt, dum per paludem kaige vehor. Rangifer meus ſimus agiles leveſque, ſic citius abſolvemus laborem, eoque veniemus, quo deſtinamus, ubi videbo amicam meam ambulantem. Kulnaſatz rangifer meus proſpice ac vide, utrũ non cernas eam ſe lavantem.* Hæc eſt cantio amatoria apud Lapponas, qua ſuos hortantur rangiferos, utiter prompte expediant. Omnis quippe quamvis brevis mora, longa eſt amantibus. Solent & alias ſe oblectare cantilenis iſtiusmodi, conſtituti longius ab amicis ſuis puellis, earumque repetere ſecum memoriam, & laudare venuſtatem. Qualis iſta, quam ab eodem Olao acceptam, quia verſamur in hoc argumento, hic propono.

Paſtos paivva Kiufvvreſiſt javvra Orre Iavvra
Ios kaoſa kirrakeid korngatzim
Ia tiedadzim man oinæmam jaufre Orre Iavvra
Ma tangaſt lomeſt lie ſun lie
Kaika taidæ mooraid dzim ſoopadzim
Mak taben ſadde ſiſt oddaſiſt
Ia poakataidæ ouſid dzim karſadzim
Makqvvodde roamaid poorid ronaid
Kuliked palvvaid tim ſuttatim
Mak kulki vvoaſta Iaufræ Orre Iaufræ.
Ios mun tæckas dzim kirdadzim ſæſt vvorodzæſæſt
Æ muſte læ ſæa dziodgæ ſæa maina taockao kirdadzim
Æka læ Iulgæ ſongiaga Iulgæ, akælæ ſiædza
Fauron ſietza, maan koima luſad
Dzim norbadzim.
Kalle ju læck kucka madzie vvordamadzie

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Morredabboit dadd paivvidad, linna ſabboid
Dadd ſalmidadd liegæ ſabboid vvaimodadd
Ius kuckas ſick patæridziek
Tannagtied ſarga dzien iuſadzim
Mi os matta lædæ ſabbo Korraſſabbo
Nu ly paddæ ſoona paddæ, ia ſalvvam route ſalvvam
Kæk dziabræi ſiſte karraſiſtæ.
Ia kæſæmyna, tæm aivvitæm punie poæka
Tæmæ jardækitæmæ Parne miela
Piægga miela noara iorda kockes jorda
Ios taidæ poakaid læm kuldælæm
Luidæm radda vværa radda
Ouita lie miela oudas vvaldæman
Nute tiedam poreponne oudaſtan man kauneman.

Sententia cantilenæ hujus eſt talis: *Sol, clariſſimum emitte lumen in paludem Orra. Si eniſus in ſumma picearum cacumina, ſcirem me viſurum Orra paludem, in ea eniterer, ut viderem, inter quos amica mea eſſet flores, omnes ſucſcinderem frutices recens ibi enatos, omnes ramos præſecarem, hos virentes ramos. Curſum nubium eſſem ſecutus, quæ iter ſuum inſtituunt verſus paludem Orra, ſi ad te volare poſſem alis, cornicum alis. Sed mihi deſunt alæ, alæ querquedulæ, pedesque, anſerum pedes planæ ve bonæ, quæ deferre me valeant ad te. Satis expectaſti diu, per tot dies, tot dies tuos optimos, oculis tuis jucundiſſimis, corde tuo amiciſſimo. Quod ſi longiſſime velles effugere, cito tamen te conſequerer. Quid firmius validiusve eſſe poteſt, quam contorti nervi catenæve ferreæ, quæ duriſſime ligant? Sic amor contorquet caput noſtrum, mutat cogitationes & ſententias. Puerorum voluntas, voluntas venti, juvenum cogitationes, longæ cogitationes. Quos ſi audirem omnes, omnes, à via, à via juſta declinarem. Vnum eſt conſilium, quod capiam, ita ſcio viam rectiorem me reperturum.* Cantiones iſtas Lappones appellant *Morſe faurog*, id eſt, *cantiones nuptiales*, quas, ut dixi, cantant non certis quibusdam numeris & certo quodam ſono, ſed ut viſum eſt cuivis. Olaus dictus: *Deſſe vviiſor begynna the pao detta och annat ſætt, ſiungandes ſombliga mehra, ſombliga mindre, effter ſom hvvar och een inbillar ſigh dhem bæſt kunna fatta och componera.*

Stundom

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Stundom repetera dhe ſamma ſaong offtare. Icke heller hafvva the naogon vviſs thon , uthan ſiunga eller joiga denne vviiſa (hvvilcken dhe kalla Morſæ freurogh , eller brudevviiſa) effter dheras vvahna, och ſom dhem bæſt tycker liuda. Hoc eſt: *Cantiones haſce* (quales præmiſimus) *hoc ſimilive modo ordiuntur , cantantes nunc amplius, nunc minus, prout quiſque ſe eas putet poſſe optime reddere vel componere, quandoque eandem cantionem ſæpius repetunt. Sed nec modum ſive ſonum habent certum, ſed cantillant eam (quam vocant Morſæ faurog, ſive cantionem nuptialem) ſua quadam conſuetudine, ac prout ipſis ſuaviſſime ſonare videtur.* Quotiescunq; vero veniunt, ut amicam ſuam viſitent, afferre ſimul ſecum vini ſpiritum, ut ſingulare gratiſſimumque donum, coguntur, item, tabaccum. Quod ſi interea contigerit ex quacunque cauſa, ut parentes eis negent puellam, tum itur ad judicem, & refundere hos ipſis debent ſumptus, excepto eo, quem fecerunt in ſpiritum vini oblatum, primo colloquii tempore, ipſisq; *Pouriſt-vviin*, vocatur, ſicut Samuel Rheen confirmat. Niſi forte parentes ſimpliciter negaverint proco filiam ſuam, & is nihilominus perſtiterit in propoſito negocio , ſæpiusque reverſus fecerit ſumptus. Vulgo enim non negare ſolent , ſed differre tantum reſponſum in annum proximum. Johannes Tornæus. *Sæpe accidit, ut pater proco præſenti dare filiam ſuam nunquam cogitet. Quo tamen ſæpius ſe inebriare poſſit ſpiritu vini ab ipſo allato, differt reſponſum de anno uno in alterum, donec procus ſentiat, ſe eſſe deceptum, cogaturque exigere fruſtra factas impenſas. Neque aliud tum ſupereſt remedium, quam ut res deducatur ad judicem, ubi pater puellæ damnatur ad refundendum integrum dimidiumve ſummæ , prout cauſſa ſe habuerit. Vbi tamen hoc notandum, quod ſumptus, facti à proco in ſpiritum vini, cum veniret prima vice, in compenſationem non veniant, eoſque ipſe ſolus ſolvere teneatur. Quod ſi vero poſt negatam puellam ipſe ultro volet ſe præſtare liberalem, ipſe ſuo periculo rem tentare poterit.* Sin vero cuncta ſuccedunt ex voto, tum certus nuptiis deſtinatur dies. Pridie illius dici omnes neceſſarii & propinqui cum ſponſi , tum ſponſæ conveniunt ad tugurium, quod parentes ſponſæ incolunt, ſponſusque omnibus offert munera nuptialia, de quibus eſt conventum, quarumque in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſuperioribus mentio eſt facta. Samuel Rheen ea ſic deſcribit: *Friiaren ſkall gifvva aoth fadren i hedersgaofvva ett ſoelfvverſtoop att dricka uthur, hvvilcket ær thet foerſta ſtycke, det andra ſtyckie een ſtoor kiettil, antingen af koppar eller meſſingh, det tridie ſtyckie ær een ſæng eller ſængeklæder. Modrens ſtyckien æhro foerſt ett ſoelfvver hælte, det andra een æhreklædning, ſom the kalla volpi, det tridie een kraga, ſom thee hafvva om ſin hals, att med ſoelfvver mallior beſatt, den de kalla kracke. Och deſſe æro fadrens och modrens æhroſkiænkar. Sedan gifvver friiaren broederne, ſyſterna, och the andra aff ſlæchten ſoelfvverskiæder, ſoelfvver mallior, och annat ſoelfvver, men hvvar och een maoſte hafvva af friiaren ſin hedersgaofvva, ſao frampt han ſkall blifvva ſiin brud mæchtig.* Hoc eſt: *Procus dare tenetur patri in donum honoris cyatum argenteum, ex quo bibat, hoc primum ex eis, quæ appellant ſtycke. Secundum eſt ahenum magnum, ſive cupreum, ſive orichalceum. Tertium lectum, ſive veſtes ad lectum inſtruendum. Matris dona ſunt, primo cingulum argenteum, ſecundum veſtimentum honoris, quale volpi ſolent appellare, tertium collare, quod geſtant circa collum demiſſum in pectus, diſtinctum bullis argenteis per omnia, quod vocatur ipſis krake. Hæc dona patri matrique offerenda. Præterea donat fratribus, ſororibus, & conſanguineis proximis cochlearia argentea, bullas argenteas, & id genus alia ex argento. Quilibet enim eorum dono quodam debet honorari à proco, ſi ſponſam ſuam velit conſequi.* Hæc ſunt dona, quæ proximo ante nuptias die ſocero ſuo futuro, ſocruique, cæterisque affinibus ſponſus cogitur offerre. Offert autem omnia in tugurio ſoceri, omnibus ſpectantibus. Sequenti die celebrantur nuptiæ, primo per copulationem ſacerdotis in templo, deinde per ſolenne convivium. Nupta nova cum ſponſo ſuo incedunt veſtibus ornati, quas ipſi ſibi comparare poſſunt optimas, ſuo ſumptu. Nam alienis ac mutuatitiis veſtibus uti apud eos indecorum habetur. Samuel Rheen: *Aldrig begæra the naogon brudeskrud, uthan bruka, den dhe ſielfvva foermao att komma tillvvæga.* Hoc eſt: *Nunquam utuntur ornatu nuptiali mutuo ab aliis petito, verum eo, cujus ipſi habent facultatem.* Quibus verbis agit non de veſtimentis modo, de quibus nominatim quo-

que

que paulo ante ; *dhe klæda ſig i ſina hæders ſkrüüd*, hoc eſt: *ſua induunt ornamenta honoris*, item de ſponſo, *han tager pao ſig ſine bæſte Klæder*, hoc eſt, *ſua induit veſtimenta, quæ habet optima*; Sed de ornamentis aliis, qualia vulgo ſolent adhiberi in hujusmodi negocio, quando e.g. ſponſæ imponunt coronam, collo ejus addunt torques, digitos inſerunt annulis, qualia ſervari publicè, petentibusque ſub certa pecunia elocari ſolent. Nihil, inquit, tale receptum apud Lapponas, ſuis utuntur veſtimentis, ſuo ſe ornant mundo, nec quidquam mutuo ab aliis accipiunt. Atque ſponſus quidem, ut jam indicatum eſt, veſtitur veſtimentis ſuis optimis. Qualia ea ſint, videtur explicare Olaus Magnus lib. IV. c. 7. ubi ait de Lapponibus: *Maritus lynceis ornatus pellibus, aut mardurinis, tanquam patricius vir Venetus aliquis incedit, pretio pellium æque æſtimandus, ut alii gemmis onuſti, vel torquibus deauratis.* Sed hæc conſuetudo fuerit ſuperiorum temporum & ætate ipſius. Quanquam valde dubitem, an unquam Lappones mardurinis & lynceis pellibus fuerint veſtiti. Quotquot certe eos deſcripſere nobis, ſolas rangiferorum pelles memorant in ipſis. Ætate noſtra veſtes Lapponum optimæ non ſunt è pellibus, ſed lana ſicut alias oſtendi. Johannes Tornæus: *Panno generoſo omnis coloris adeo gaudent, ut quantum ſupellex patitur, ornatum veſtemque feſtivalem ex illo genere procurant.* Habes expreſſe veſtem feſtivalem, ſive cujus uſus eſt diebus feſtis & ſolemnioribus, non ex pellibus, ſed panno pretioſo. Veſtes haſce ſponſus ſuccingit cingulo argenteo. Samuel Rheen: *Brudgummen tager ett ſoelfvver bælte om ſitt liif.* Hoc eſt: *Sponſus cingit corpus ſuum cingulo argenteo.* Sponſa vero primum ſolvit crines, tæniamque qua in nodum eos antea collegerat, proximæ donat cognatæ virgini. Idem: *Bruden tager uthur ſitt haor ſitt flætebband, thet gifvver hon aoth een pigha ſom nærmaſt af ſlæchten ær.* Hoc eſt: *Sponſa è capillis ſuis ſolvit tæniam, quâ erant religati, donatque eam virgini, quæ proxima ejus eſt cognata.* Capiti deinde nudo crinibuſque ſolutis, imponit cingulum argenteum deauratum, vel duo, qualibus cingulis & alias uti fœminæ conſueverunt, loco ſerti, aut coronæ, ita ut quanto cingulum eſt laxius, quam ut caput ſolum ambiat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ambiat, tantum in eo dependeat à tergo; corpori quoque medio cingulum argenteum circumdat. Idem : *Sedan uthborſtar hon uth ſitt haor, och ſætter itt fœrgylt ſælfvver bælte eller tu pao ſitt hufvvud. Item, binder och kring om ſigh itt ſælfvver bælte.* Hoc eſt: *Tum ſolutos pectit capillos, eisq; imponit cingulum argenteum deauratum unum, vel duo, corpori quoq; circumligat cingulum argenteum.* Hic ſponſæ ornatus eſt. Niſi quod & veſtis lineæ nonnihil, inſtar flammei quandoque capiti imponant, quod & alias mulieres ſolent, cum ſe multum volunt ornare. Nam quod veſtes attinet, jam ſupra vidimus, utrumque ſponſum & ſponſam uti propriis, iisque optimis, ac qualibus in feſtis diebus ſolent ornati eſſe. Mulierum oſtendimus alio loco nominari *volpi*, eſſeque ex lana pannove pretioſiore. Ut ne hic quidem convenienter ſatis hodiernæ conſuetudini Olaus Magnus loco ante indicato de ſponſa Lapponica: *Sponſam armelinis pellibus ac Zabellinis ornatam rangifero imponunt.* Ornati ambo hodie deducuntur ad templum vel ſacerdotem. Samuel Rheen: *Andra dagen ther effter, reeſa the till kirkian eller præſten att copuleras.* Hoc eſt: *Poſtridie* (quam convenerunt omnes in tugurio parentum ſponſæ) *proficiſcuntur ad templum, ſeu ſacerdotem, ut copulentur.* Olim aliter factum eſt, ſi credimus Olao Magno. Nam copulabantur domi, nec à ſacerdote, ſed parentibus. Verba ejus lib. IV. c. 7. quo loco agit de nuptiis Lapponum, ut docet titulus ejus capitis: *Præſentibus amicis & ſanguine junctis, parentes per ignem fœderant conjugia natorum, & hoc ferro & ſilice per excuſſionem.* Nominatim hic parentes facit copulantes ſive fœderantes, additq; modum etiam, per ignem ſcilicet, excuſſum ſilice, quod ſine dubio, ut alia nonnulla, ex Zieglero hauſit. Sed Zieglerus nihil habet de parentibus; modum tantum copulationis explicat his verbis: *Fœderant conjugia: ea auſpicantur in igne & ſilice, myſterio conjugali tam apto, ut putant, ut eo nihil ſit aptius. Vt enim ſilex latentem in ſe ignem habet, qui concuſſione emicat, ſic in utroque ſexu eſt recondita vita, quæ tandem profertur mutua copula in prolem viventem.* Atque ita plane & Olaus, ut vix poſſit eſſe dubium, quin ſecutus ſit Zieglerum. Addit tamen & hoc, quod ſponſa imponatur rangifero. *Nuptiis his*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

his more præmisso, per ignem celebratis, sponsam armelinis pellibus ac Zabellenis ornatam, rangifero quasi domestico cervo amicorum insigni caterva, juxta germinis excellentiam comitatam, agnati imponunt, atque ita in thalamum vel tentoria, mediantibus tripudiis, fœcunditatem & sanitatem precantes, inducunt. Verum metuo, ne istæc hauserit ex rumore vano. Nam rangiferis, ut equis, insidere homines, jam in superioribus ostendi, falsum esse. Præterea nec docet, unde ducatur sponsa. Ex tugurio parentum duci falsum est, quia in eo omnia nuptiarum solennia & inchoantur, & finiuntur. Neque thalamus est alibi, quam isto in tugurio. Ex alio duci non potest, quia singulæ familiæ tuguria habent sua, nec ut aliunde in thalamum, quam ex laribus paternis ducatur, verisimile est. In quibus ipsis cum sit thalamus, deductio erit supervacua & nulla. Interim deducuntur hodie, sed in templum, vel ad sacerdotem, qui nuptias debent celebrare sponsi sponsæque, ac deducuntur per rangiferos, si iter fuerit longius, tempusque hybernum, vecti non ipsorum tergo, sed adjunctis trahis. Cum ad templum ventum est, certus incedentium observatur ordo. Primum ambulant viri, post fœminæ. Dux virorum Lappo unus est, quem *Automvvatze*, hoc est, *præambulonem nominant*, sequitur deinde sponsus, post eum cæteri. Mulierum agmen ducunt virgines aliquot, sequitur sponsa in medio viri ac fœminæ, post ipsam cæteræ mulieres. Illud observandum, quod sponsa velut reluctans & contra nitens trahatur à duobus istis ipsam comitantibus viro feminaque, velitque videri invita venire ad matrimonium, eoque dolorem & mœstitiam vultu quoque præ se ferat. Samuel Rheen: *Tao thee gao i kyrkian, gaor een Lapp næst fram fære brudgummen, then the kalla Automolma eller færman, eller Autovvatze, een foeregaongare, sedan fælia the andre Lapparne efter. Næst fær bruden gao naogre piigor, der efter bruden, som gemenligen drages och slæpas af een mans och qvvinnos person. Och seer bruden myckit sorgse och bedræfvveligen uth, stællandes sig, somhon intet gerna vvoro tillfredz, att in laota sig i naogot æchtenskapp.* Hoc est: *Quando ingrediuntur templum, proxime ante sponsum ambulat Lappo unus, quem vocant Automolma, sive du-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

cem, aut Automvvatze sive præambulonem; post reliqui sequuntur Lappones. Proxime ante sponsam virgines nonnullæ incedunt, tum sequitur sponsa, quæ plerumque trahitur à viro quodam & muliere. Soletque sponsa mœstitiam & luctum præferre vultu, quasi ægrè ferat, sibi matrimonium esse ineundum. Sic deinde in templo, ritu Christiano per preces & benedictionem inter se junguntur. Pari modo rem hanc memorat & Johannes Tornæus, nisi quod sponsam dicat duci à duobus viris, patre, ac fratre, si vivant, vel alias proximis consanguineis. Verba ejus sic Latine habent: *Tum observare licet dolorem & luctum in puella, quod cogatur relinquere patrem matremq;, ac venire in potestatem viri. Deducuntq; ipsam pater & frater ejus, aut consanguinei proximi, si parentibus sit orbata, ad copulationem. Illa incedit capite demisso, ac si ad supplicium duceretur. Cumque sacerdos ex ea quærit, utrum præsentem hunc sibi sumere velit in maritum, tum se præbet mutam, donec necessarii proximi adhortentur eam, ut sermonem velit proferre. Tandem præbet consensum verbo, quod vix exaudire sacerdos potest. Id quod habent pro signo pudoris atq; castitatis, licet*

post

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

poſtquam copulata eſt, ſatis ſit cordata, monſtretq; maritum ſe amare. Effigiem ſponſæ cum ornatu ſuo, & duobus deducentibus hic ſubjeci.

Poſt copulationem ſequitur convivium nuptiale. Id habetur in tugurio parentum ſponſæ. Cibum ad id confert quiſque ſuum ex iis, qui ad convivium ſunt invitati. Samuel Rheen: *Efter færnettat copulation, færfoga the ſigh till dhen kotta, dher dhe ſkole haolla ſitt gæſtebod, till hvvilcket hvvar och een ſom budin ær, bær ſin gæſtebodz koſt.* Hoc eſt: *Finita copulatione, conferunt ſe ad tugurium, in quo habendum eſt convivium, eo quilibet ex iis, qui, ſunt invitati, cibum ſuum defert, convivio ſerviturum.* Quanquam cibum eo non tum demum ferant, ſed pridie, quando ſponſus munera ſua diſtribuit inter parentes ſponſæ ac propinquos. De eo enim nominatim præcepit apud dictum: *Dao och hvvar och en færer ſin maat eller giæſtebudz koſt med ſigh.* Hoc eſt: *Tum quoq; quilibet cibum ſuum ad convivium ſpectantem adfert.* Crudus autem cibus eſt, quem ideo dant Lapponi, ad hoc munus conſtituto, ut eum à quovis accipiat, coquat deinde, & inter convivantes diſtribuat. Quanquam pars maxima præbeatur à parentibus ſponſi juxta atque ſponſæ. Idem: *Mæſt ſpenderas af brudgummens och brudens færældrar.* Hoc eſt: *Maxima pars* (cibi) *datur à parentibus ſponſi & ſponſæ.* In conſeſſu eum ſervant ordinem: primo loco ſedent ſponſus & ſponſa juxta ſeſe. Idem: *Brudgummen och bruden ſittia alldra fræmſt hoos hvvar andra.* Hoc eſt: *Primo loco juxta ſeſe ſedent ſponſus & ſponſa.* Sequuntur deinde cæteri parentes & conſanguinei. Cibum quisque accipit non per ſe, ſed oblatum ſibi à Lappone, coquo ſimul, & diſpenſatore. Idem: *Een Lapp kookar ſaodant, och ſedan ut delar ibland gæſterna.* Hoc eſt: *Lappo coquit* (cibum allatum) *& diſtribuit deinde inter convivas.* Primum omnium offertur ſponſo ſponſæque ſua portio, & poſt demum cæteris. Idem: *Brudgummen och bruden vvarder gifvvin theras deel af gæſtebodz koſten, ſedan aot the andre gæſterna.* Hoc eſt: *Sponſo ſponſæque primum datur pars ſua, de cibis convivii, poſt ſua cæteris convivis.* Jam quos anguſtia tugurii non capit, ut ſunt pueri &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

puellæ, hi enituntur in tectum tugurii, indeque demittunt fila cum hamulis, ad quos religantur frusta carnis, & id genus, ut prædictus ait, ita ipsi quoque sua convivii parte fruuntur. Finita cæna, gratias agunt Deo, solita consuetudine. Idem: *Nær the hafvva ætit, tacka the Gud, och taga hvvar annan i hand.* Hoc est: *Postquam comederunt, gratias agunt Deo, sibique mutuo porrigunt dextras.* Ultimum quo clauditur hæc lætitia convivii, est potus spiritus vini, quem si possunt sibi comparare, tunc emunt. Idem: *Sedan begynna the att koepa brændevviin, foerst brudgummens, och sedan brudens færældrar, och sedan hvvar fær sigh, gærandes sig saoledes lustige och glade.* Hoc est: *Tandem incipiunt emere sibi spiritum vini, primo sponsi, post sponsæ parentes, tum singuli prose, atque ita hilares se faciunt.* Sed hoc opulentiores saltem observant, & quibus emendi occasio est ex præsentia eorum, qui has merces habent venales. Cæteri oblectare se colloquiis consueverunt. Nam quod de citharœdis & saltationibus habet Olaus Magnus lib. IV. cap. 8. id vero nihil est. *Gens hæc*, inquit, *sub rigidissimo Septentrionis climate alternate luce & tenebris habitans, instruit alacria convivia, citharœdis accitis, ut convivantes hilariores, licet usu durissimarum dapium effecti, excitentur ad saltum, quem vehementius citharœdo sonante ducentes, veterumq; heroum ac gigantum præclara gesta patrio rhythmate & carmine, quid scilicet gloriæ laudisq; virtute sua meruere, canentes, in gemitus & alta suspiria, hinc luctus, & lachrymas, ac ululatum resoluti dimisso ordine in terram ruunt.* Si hæc de antiquis Suecis protulisset Olaus, aliquid dixisset. At vero in Lapponibus, de quibus agit ibi, hujus rei neque vola extat, nec vestigium. Citharœdos & in universum musicam ignorant omnem, saltationes & choreas, tanquam res ineptas, rident. Heroum vero ac gigantum res gestas adeo tenent nullas, ut ignorent, quid ante annos centum gestum sit inter ipsos, quod Olaus Matthiæ, gentis Lapponicæ studiosus mihi pluribus confirmavit. Neque possum divinare, unde hoc habuerit Olaus, cum præter ipsum extet nemo, quantum scio, qui vel uno verbo mentionem harum rerum fecerit. Porro sic finitis nuptiis, maritus novus fas non habet sumere uxorem suam, cum bonis opi-

bus-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

busque ejus, ſed cogitur apud ſocerum ſuum in miniſterio manere per annum integrum. Eo elapſo, ſi ita viſum fuerit ſuam ſeorſum inſtituit familiam. Atq; tum diſcedenti filiæ pater dat rangiferos, qui debentur ipſi, donati quippe in ætate prima. Reddit & alia munera, & ſupellectilem novis conjugibus neceſſariam. Idem faciunt propinqui cæteri. Verba Sam. Rheen quia nimis longa ſunt, Latine ſolum proferam: *Poſtquam quis duxit conjugem, ſi statim poſt copulationem nuptiasque ſequi tenetur uxorem ſuam ad parentes ejus, ſoceroque ſuo miniſteria præſtare ſua per annum integrum, priusquam conjugem impetrare ſuam queat à parentibus, & rangiferos, qui ad ipſam ſpectant. Cum circumactus eſt is annus, genero dant ſuam conjugem, ejusque rangiferos, una cum fœtu, quem genuerunt rangiferi fœminæ, ipſi donatæ, cum adhuc eſſet infans, quas dentis rangiferos appellant. Sic evenit non raro, ut puella Lapponica centum pluresque rangiferos poſſideat. Poſtea parentes filiæ ſuæ dotis nomine donant rangiferos centum & plures, item argentum, cuprum, orichalcum, tentorium, veſtes ad inſtruendum lectum, & ſupellectilem aliam, quicquid denique neceſſe eſt ad inſtruendam domum. Poſt tenentur & propinqui, fratres ſororesque & quicunque à ſponſo dona honoraria accepere, ipſi reddere invicem munus quoddam, ita ut qui à proco ſive ſponſo accepit unam duasve marcas argenti, is reddat pro dono iſto, unum duosve rangiferos bonos. Ita fit, ut Lappones, qui facultatem habent multis muneribus ornandi affines & propinquos alios, ſi ducant Lapponis divitis filiam, magnas conſequantur opes in rangiferis per matrimonium ejusmodi.* Et hæ quidem ſunt, quæ apud Lapponas in ſponſalibus, nuptiisque obſervantur. A quibus priusquam plane abeamus, annotabimus primo, nefas eſſe apud Lapponas uxorem ducere, quæ ſit nimis propinquo juncta ſanguine. Tornæus: *Lapparna obſervera mykit grant ſchlæet liniierna och gradus affinitatis & conſanguinitatis; færdens kull dhe och ſo aldrig friia authi dæ foerbudne læder.* Hoc eſt: *Lappones ſollicite obſervant gradus affinitatis & conſanguinitatis, idcirco nunquam matrimonia petunt ex gradibus prohibitis.* Deinde nefas itidem eſſe, aliam inducere priori, ac ſimul plures habere conjuges, aut ſemel ductam per divortium à ſe repellere. Idem ſcriptor. *Polygamia och di-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

vortium ær bland Lapparna all drig hært vvordet, hvvarken i hedendomen, eller ſædan, uthan dhe hafvva altiid lafvvat uſi ſitt echtenskap æhrligen och chriſtligen. Hoc eſt: *Polygamia & divortium nunquam audita ſunt inter Lapponas, neque tempore paganiſmi, neque poſt, ſed matrimonium honeſte ſemper atque Chriſtiane coluerunt.* Priſcis tamen temporibus fortaſſe non omnino alieni erant ſaltem ab uxorum ſuarum communione, quas permittebant advenis præſertim ac hoſpitibus. Ita ſane ſcribit Herberſtenius, cujus verba recenſebo capite ſequenti. Sed & recentius exemplum memorat Johannes Tornæus, teſtimoniumque Lapponis cujusdam Luhlenſis, quanquam de ipſius fide dubitet. Apponam verba, ſicut Latine ſeſe habent: *Relatum mihi, quod temporibus Anteceſſoris mei ex Lapmarkia Luhlenſi Lappo quidam immodeſtus venerit in hoſpitium alterius in Lapponia Tornenſi, viri probi honeſtique, cum omni familia ſua, qui legere literas poterat, vitamque vivebat piam, unde & ab irriſoribus Zuan Biskop*, id eſt, *Zuan Epiſcopus appellabatur. Is ergo Luhlenſis poſtquam factus eſſet à ſpiritu vini ebrius, tempore nocturno applicabat ſe uxori hoſpitis ſui ſpe illius ſtupranda. Sed quia ſimul aderant duo præfecti, qui venalem habebant vini ſpiritum, is Zuan Biskop eos compellabat, ajebatque, hic fœdas meditatur nuptias, eumque uxore mea quærit concumbere. Vos, qui eſtis in Coronæ miniſterio conſtituti, capite ac ligate ipſum. Ita ipſi captum religant ad arborem, ſinuntque tota nocte hyemali uri frigoribus. Tandem cogebatur libertatem redimere pecunia Lulhenſis ille, qui loco excuſationis addebat, hanc eſſe conſuetudinem in markia Luhlenſi, ut ſi quis alterum inviſet, is eum ſinat concumbere cum uxore ſua.* Hæc Tornæus, ſed ut dubitet, ſicut dixi, & poteſt homo alias impurus ſui excuſandi cauſa iſtoc facile confinxiſſe. Nemo certe alius in Luhlenſibus hoc annotavit. Nam apud cæteros communio illa ignoratur adeo, ut quidam ferre nequeant, ſi uxores ſuæ viros alios adſpiciant. Idem: *Lappones verſus Norvagiam ad flumen Tornæ habitantes tam acres Zelotypi ſunt, ut ſi mulier occurrat viro in via, & paucorum verborum cum eo habeat colloquium, ſtatim apud ipſos incidet in ſuſpicionem pravam,*

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. XXVI.

De Puerperio & Educatione Liberorum.

POst conjugium de puerperio & liberis Lapponum agendum. De qua re notamus primum, esse nihil eis magis optabile, nihil quo lætentur magis, quam matrimonium fœcundum. Samuel Rheen: *Ibland alle nationer kan ingen hoegre ælska och aoestunda fruchtsamheet, sampt att the maoge populerade vvarga, an Lapparna.* Hoc est: *Ex omnibus gentibus nulla est, quæ magis aveat ac desideret fœcunditatem, & multiplicationem sui, quam Lapponica.* Atq; hinc opinor, quod sint proni ad libidines, sicut alibi est ostensum. Quanquam vero mire hoc desiderent, raro tamen sunt fœcundi, ultra octo liberos nemo eorum gignit. Idem: *Thee æro mæste dels ett ofruchtsamt folck, ty the kunna sællan oefvver aotta barn fœda, som ræchnas det hoegsta, uthan gemenligen fœda the ett, tu eller tree.* Hoc est: *Gens est infœcunda plerumque, vix enim generare possunt ultra octo liberos, qui numerus est maximus, sed plerumque gignunt unum, duos, aut tres.* An hinc olim apud eos fuit receptum, quod memorat Herberstenius, ut ad uxores admitterent & peregrinos? *Mercatores*, ait, *aliosque hospites peregrinos domi cum uxore, venatum euntes, relinquunt. Reversi, si uxorem hospitis consuetudine lætam ac solito hilariorem reperiant, munere aliquo hunc donant, sin minus turpiter expellunt.* At contra fœcundos facit Olaus Magnus lib. IV. cap. 11. *Mulieres*, ait, *ac puellæ earum regionum valde fœcundæ sunt.* Firmat item Johannes Tornæus, c. 13. *Vthi fruchtsamheet*, inquit, *æra dhe alt annat Nordlænskt folk liike, hafvvendes der igenom deras slehte temmeligen foeroekt.* Hoc est: *Fœcunditatis respectu similes sunt cæteris Septentrionis populis per-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

per quam & genus ſuum non parum auxerunt. Sed Olaum quidem etiam ex aliis intelligimus rerum Lapponicarum haud ſatis fuiſſe peritum. Tornæum vero ſuſpicamur reſpexiſſe prima Lapponum initia, quæ facit exigua, eaque comparaſſe cum hodierna multitudine. Nam alias eſt certum, jam inde à Caroli IX. temporibus, qui familias omnes per Lapponiam univerſam curavit conſignari deſcribique, adeo ſe non amplificaſſe, ut potius familiæ aliquæ defecerint. Liquetque idem ex Lapponibus paſſim per Sueciam errantibus, quorum nemo reperitur, qui copia liberorum vel mediocri ſit inſtructus. Infœcunditatis ejus cauſſam Samuel Rheen putat eſſe *dheras ſvvaga ſpiis*, i.e. *cibum pravum eorum*. Item, *ſtoora kiæld*, i.e. *frigus regionis ſummum*, id quod arbitror veriſſimum. Addit & iram divinam, quod ex eo colligit, quia licet neque bellis, neque peſte atterantur, regio tamen eorum nihilo fit populoſior, gensque Lapponum decreſcat potius quotidie. Iræ autem ejus cauſam cenſet eſſe pertinaciam gentis in retinenda veteri impietate. Solent ſane hodieq; non minus in puerperio, quam aliis in rebus, de futuro eſſe ſolliciti, atque per ſuperſtitioſos ritus ſuos explorare. Prima cura eſt de ſexu. Poſtquam enim gravidam ſentiunt uxorem, puerumve editura ſit, an puellam, iſthoc modo ſeſe poſſe diſcere opinantur. Lunam ſtatim conſiderant (putant enim lunę ſimilem eſſe gravidam, ut audiemus) ſi ſtella quædam poſita fuerit ſupra lunam, inde colligunt, partum fore ſexus maſculini, ſin vero infra, ſexus contrarii. Samuel Rheen: *The taga mærcke af maonen, vvid hvvilcken the likna een hafvvande qvvinna. Om the nu ſee naogon ſtierna ſtao nær æfvver maonen, ær ett tecken, det huſtrun gaor med piltebarn; ſtaor naogon ſtierna nær under maonen, ær ett tecken, att huſtrun gaor med piigobarn.* Hoc eſt: *Signum futuri capiunt ex luna, cui comparant gravidam feminam. Si cernunt ſtellam aliquam ſtare proxime ſupra lunam, ſignum eſt, puerum utero ferre. Si ſtare proxime infra lunam, ſignum eſt, utero ſuo uxorem ferre filiam.* Miror, gravidam comparare lunæ. Ecquæ namque ratio ſimilitudinis? An quod lunæ inſtar creſcat cum fœtu, eoque edito decreſcat? Magis ſuſpicor has eſſe reliquias ſuperſtitionis paganicæ, quæ lunam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

nam faciebat præsidem & tutelarem quasi Deam gravidis. Sic enim plerique pagani consuevere. Quaratione abolita, vel oblivione oblitterata, similitudinem quandam inter lunam gravidamque sunt commenti. Secunda cura est de prolis valetudine vel morbo, quam rem & ipsam sese putant posse discere ex luna. Si enim stella quædam proxime præcedat lunam, signum putant esse fœtus optime valentis crescentisque; sin vero proxime sequatur, ex eo fœtum augurantur morbidum, & brevi post partum interiturum. Idem Rheen: *Om naogon stierna gaor næst foer maonen, ær ett tecken, att barnet skall vvæll triifvvas och foedas, uthan vvanck och lythe: gaor naogon stierna effter maonen, betyder, att barnet skall foedas med lythe, eller och strax effter foedelsen doe.* Hoc est: *Si quæ stella proxime præcedit lunam, signum est fœtum pulchre crescere, editumque iri absque vitio; Si quæ proxime sequitur, signum est fœtum iri editum vel cum vitio, vel statim post partum moriturum.* Gravida infantem edit in tugurio quidem, sed (quod quilibet intelligit) sat frigido. Tornæus: *Kommer foedslan om vvinteren upao, maoste hon foeda i kioelden.* Hoc est: *Si tempus pariendi inciderit in hyemem, partum edere in frigore cogitur.* Licet enim, inquit, ignem habeant excitatum in medio tugurii, parum is tamen potest calefacere. Puerperæ primum solatium & levamentum est ex potu adipis, desumptæ è cetis quam sibi fere comparant ex Norvagia. Idem: *Efter fædzlen dricker hon een god drick af hvvalfiskefeet, som dhe hempta ifraon Noriget, och ær sao vvedervværdigt att færæra, liika saosom siælspeck.* Hoc est: *Post partum haurit puerpera haustum bonum adipis cetaceæ, quam sibi comparant ex Norvagia, cujus tam gravis est sapor, ac laridi è vitulis marinis excocti.* Infans editus abluitur ut solet. Hoc tamen singulare habent Lappones, quod infantes suos abluant prius aqua frigida vel nive, ac tum demum immittant calidæ, cum anhelare incipit, ac spiritum vix potest revocare. Sic invenio in schedis Johannis Buræi: *Lappa konorne loega sine barn foersta resan i kalt vvatn, eller i snoen, till thes thet kiknar, nær thet kommer sig aother vvæll fære, lægger hon thet aoter i vvatnet.* Hoc est: *Mulieres Lapponicæ infantes suos omnium primum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

lavant aquafrigida vel nivibus , donec ſpiritum ægre poſſit recipere: Poſtquam cœpit reſpirare, denuo immittunt aquæ. Deinde quod immittant aquæ membra cætera, caput ante non abluant, quam infans fuerit baptizatus. Samuel Rheen: *Dhe vværma vvatnet i enkiettel, i hvvilcken the ſine barn nederſættia allt in till hufvvudet; men intet vvatn vvillia the laota komma pao barns hufvvud foerr, ænthet af præſten vvarder doept.* Hoc eſt: *Aquam calefaciunt in aheno, in eo reponunt erecte infantem uſque ad caput. In caput venire ullam aquam nolunt , priusquam à ſacerdote infans fuerit baptizatus.* Involvitur autem infans recens editus pro faſciis lineis, pelli leporinæ. Buræus prædicto loco: *Barnen lægga the ſedan i haarskin.* Hoc eſt: *Infantem poſtea* (quando eſt ablutus) *reponunt in pelle leporina.* Puerpera ſuum & peculiarem habet locum in tugurio, ubi decumbit, donec convaleſcat. Is eſt prope januam à parte ſiniſtra. Cauſa non datur alia, quam quod eo loco minus frequenter alii verſentur. Samuel Rheen: *Tao Lappe qvvinfolcken liggia i theras barns ſuagheter, hafvva the ett ſærdeles rum i ſine kottar eller koiier, vvid doeren , och gemenligen pao then vvænſtra ſidan, ther intet annat folck then tyden ſynnerligen vviſtas , hvvareſt them blifvver gifvvin then deel, the till ſine fædo hafvva ſkole.* Hoc eſt: *Quando feminæ Lapponicæ decumbunt ex puerperio, peculiarem habent locum in tuguriis ſeu tentoriis ſuis, juxta januam, & plerumque partem ejus ſiniſtram, ubi tum alii vix verſantur, ibique ipſis præbetur, quod ad ſuſtentationem earum eſt neceſſarium.* Quanquam hæc infrequentia ſit propter ipſam puerperam ibi decumbentem, ut ex verbis hiſce intelligitur. Sive eam frequentia ſua nolint offendere, ſive iſto tempore (quod magis ſuſpicor) eam habeant pro parum munda. Solent autem tempore breviſſimo Lapponicæ mulieres decumbere poſt partum, ac interea ſollicitæ eſſe de Baptismo infantis. Poſtquam enim diligentius inſtrui cœperunt in religione Chriſtiana, omnem impendunt operam, ut infantes ſuos citiſſime faciant baptizari. Superioribus temporibus res aliter ſe habuit, plerique ſero & adulti baptizari ſolebant, quidam differebantur omni tempore. De quo poſteriori teſtis eſt Guſtavus Primus in diplomate

cujus

cujus verba alibi attulimus. De priori firmat Gustavus Adolphus in diplomate alio, & in præfatione præmissa illi diplomati, publicata Anno 1634. in qua status religionis in Lapponia pluribus exponitur: *Dopsens sacrament blifvver them och sao meddelt, doch icke offtare, æn pao fære sagdan tiid. Hinna theras barn sao længe læfvva, att the kunna undfao dopet, ær thet gott. Hvvar och icke, sao doe the odøpte. En del af dheras barn blifvva aohrs gamble, sao att man medh them, som till mogen aolder komne æhre, hafvva till att skaffa, nær the dæpas skole.* Hoc est: *Baptismus administratur quidem ipsis, non tamen sæpius, quam prædicto tempore: Si liberi eorum vitam eo usque possunt protrahere, ut baptizari queant, bene res se habet; sin minus, sine Baptismo moriuntur: Quidam ex eorum liberis fiunt annui, sic ut cum adultioribus non parum deinde sit molestiæ quando baptizari debent.* Tempus prædictum quod hic vocat, est tempus hyemis, quo nec sæpius, quam binis vicibus, semel circa festum novi anni, iterum circa festum Annunciationis Mariæ, conciones tum apud ipsos habebantur, & administrabantur Sacramenta, qua de re jam alibi est actum. Ante ista tempora ne id quidem fiebat, sed cogebantur Lappones venire cum liberis suis ad vicina templa Suecorum, in Angermannia & Bothnia sita. De quibus est intelligendus Olaus Magnus, quando ait lib. IV. c. 17. *Semel aut bis in anno visitant Ecclesias baptismales, liberosque lactantes cophinis impositos post tergum ligatos secum baptizandos comportant.* At nostris temporibus quæ possunt, nec graviori prohibentur morbo, post diem decimum quartum à partu liberos suos perferunt ad sacerdotem, ut ab ipso baptizentur, tantum effecerunt templa exstructa in ipsa Lapponia, & conciones sacræ habitæ, non peregrina, verum ipsa Lapponum lingua. Sam. Rheen: *Med barnsens doop och christendom, skynda the sig gemenligen sao att een lappqvvinna otto eller fiorton dagar efter fædzlovvaondan, reesar een long vvæg, ofvver hæga bergh och fiæll, stoora siœar och skogar, med sitt barn, till præsten.* h. e. *Cum Baptismate infantis plerumq; festinant, sic ut femina Lapponica octo aut quatuor decim dies post labores partus iter faciat longissimum, per juga montium altissima, per lacus vastos, & profundas sylvas, cum infante suo, ad sacerdotem.* Ubi nota, esse hanc feminarũ ferè curam, easq; huic labori sufficere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Nimirum duræ ſunt & patientes, & quæ quidvis citra moleſtiam ferant. Idem de hac natura ipſarum: *Lappqvvinfolcken haf vva een ſtarck natur, oanſedt the i ſin ſvvagheet een ringa ſpiis foertæra, och ey annat, æn vvatn dricka, liikvvæl komma the ſnart till ſina krafter igen.* Hoc eſt: *Lapponicarum feminarum natura eſt dura, ideo licet vili utantur cibo in morbo ſuo, nec niſi aquam bibant, cito tamen convaleſcunt.* Ferunt autem infantes ſuos ad ſacerdotem, aliter æſtivo, aliter hyberno tempore. Hyberno tempore imponunt trahæ, æſtivo clitellis rangiferi. Dictus ſcriptor: *Om vvinteren binder hon barnet i een ackiia, hvvar uthi det foeres: Men om Sommaren Klyfvviar hon barnet pao ree nens rygg.* Hoc eſt. *Hyemis tempore, infantem religat in traha, qua vehitur, æſtatis vero, in clitellis ſuper tergum rangiferi.* De poſteriori firmat & Tornæus. *Om Sommaren taga dhe ſina reenar, och binda ſmao byltor, och ſin i ſmao barn pao baoda ſydor om ryggen af dhem.* Hoc eſt: *Æſtate adhibent rangiferos ſuos, & ab utroque latere rangiferi religant res in ſarcinas minutas compoſitas, infantesque ſuos.* Non imponitur infans ipſi tergo rangiferi, ſed clitellæ, ad quas cum cunis ſuis religatur, tali ſpecie.

Olaus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Olaus Magnus eos collocat in cophinis seu corbibus, ut præcedentia ejus docent verba, ligatis post terga parentum. Et exhibet pictura ejus non modo mulierem, sed & virum ita oneratum, quemlibet cum liberis duobus, ut simul iter fecerint cum liberis quatuor, & soleis ligneis in pedibus. Verum & hic metuo, ne pictor plurimum indulserit suo animo. Corbes certe, quales ibi cernuntur, non sunt similes Lapponicis. Lappones hoc genus, quod sic gestatur in tergo, & à Latinis *æro*, sive *phormio* vocatur, penitus ignorant. Nec ipsorum corbes ex erectis in tabula, velut fundo, lignis in altum, ceu exhibet figura, sed ex circulis, quorum alter alteri incumbit, sicut alibi jam dixi. Cæterum in Baptismo suis liberis imponi fere volunt nomina, quale unius vel alterius ex proximis necessariis & consanguineis. Samuel Rheen: *Barn laota the gemenligen nampna nær the Christnas, efter nærmaste afslæchten.* Hoc est: *liberos suos in Baptismate plerumque curant nominari de nomine unius ex cognatis proximis.* Idem addit, liberis suis dari desiderare nomina paganica, qualia sunt, *Thor*, *Guttarm*, *Finne*, *Pagge*, sed Sacerdotes eos, quantum possint, ab hoc proposito avertere. Habent & hoc peculiare, quod non raro nomina eorum mutent, imponantque liberis alia, quam quæ ipsis data in Baptismo, amore defuncti alicujus ex propinquis consanguineisq; cujus ita conservare memoriam quærunt. Idem: *Offta hænder dhet, att dhe ombyta sine barns nampn, och gifvva them andre nampn, æn som the først i doop bekommit hafvva. Tyom naogon af theras anfærvvanter doer, then the hægt ælska, næmpna the strax sine barn efter then samma.* Hoc est: *Sæpe accidit, ut immutent nomina suorum liberorum, imponantque ipsis alia, quam quæ in Baptismo accepere. Nam si propinquorum aliquis moriatur, quem valde diligunt, nomen ejus statem liberis dant suis.* Tornæus fieri hoc ait &, si quando in ætate prima incidant in morbum, tuncque eis nomen in Baptismo impositum usurpare loco cognomenti. Speciatim vero in pueris hoc receptum esse. *Nær ett piltbarn vvärder siukt*, inquit, *sao gifvva the thy ett annat nampn, æn det i Christendom faodt hafvver, hvvilket liikvvæll sædan brukas foer hans tillnampn.* Hoc est: *Cum in-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

fans puer incidit in morbum, aliud ei dant nomen, quam quod acceperat in Baptiſmo, quo tamen deinde loco cognomenti utuntur. Quamvis autem uxores Lapponum ſint duræ, ut & poſt unam alteramque hebdomadem à partu iter poſſint facere, cæteraque obire negotia; quamvis ſeſe ſtiterint in templo, precibusque ſolitis ſint dimiſſæ à Sacerdote, tamen à maritis ſuis habentur pro immundis ante finitas 6. hebdomadas, ut & à cohabitatione tactuque omni conjugali penitus ſe abſtineant toto illo tempore. Id. *Lapparna hafvva intet omgange medh ſine huſtrur, foer æn ſex vveckor æhro framgaongen, uthan haolla them i medler tiidh oreena, oanſedt the æn hade haollit ſin kyrckiogaong.* h.e. *Lappones nullam habent conſuetudinem cum uxoribus ſuis ante finitas ſex hebdomadas, verum toto eo intervallo ipſas habent pro immundis, licet ſe exhibuiſſent in templo.* Atque hæc de puerperio. Venio ad educationem. In hoc occurrit primum nutritio, quæ fit lacte materno. Nutrices enim Lappones ignorant. Sam. Rheen: *Alla Lappqvvinfolck foeda, och upfoſtra ſine barn med ſin egen mioelk.* Hoc eſt: *Omnes mulieres Lapponicæ infantes ſuos alunt nutriuntque proprio ſuo lacte.* Faciunt hoc autem tempore non exiguo, ſed per biennium plerumque, triennium, imo quadriennium. Idem: *Mehrendels foeda the ſine barn med ſin broeſt, offta in till tvvao, tree, eller fyra aohr.* Hoc eſt: *Infantes ſuos, ſuis plerumque lactant uberibus, ſæpe ad biennium, triennium, vel quadriennium.* Quod ſi morbo, aliisve cauſis impeditæ prorſus nequeant lactare infantem, lac rangiferinum ei præbent cochleari, qui craſſius eſt, quam ut ſugendo è corniculo, ſicut alias conſueverunt alibi, poſſint attrahere. Idem: *Reenmioelk ær foer ſin tiockheet skull icke beqvvemlig att gifvva barnen med næpp, uthan om hoegſta noeclen fordrar, gifvva the bemælte mioelk ſine barn med skied.* Hoc eſt: *Lac rangiferorum propter craſſitiem ſuam non poteſt præberi infantibus, per lagenulam, ſed ſi ſumma urgeat neceſſitas, offerunt id eis cochleari.* Præter lac maternum infantes ſuos ſtatim aſſuefaciunt ad uſum carnium, carnis enim rangiferinæ fruſtulum ori eorum inſerunt, ut ex ea ſuccum attrahat. Idem: *The gifvva ſine barn reenkiætt, af hvvilcket barnet*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

net ſuga maoſte, och dher af hafvva ſin foedo. Hoc eſt: *Infantibus ſuis præbent carnem rangiferinam, ut eam exſugat, & ita habeat alimentum ſuum.* Sequitur infantis agitatio in cunis, qua conciliatur ipſi ſomnus. Cunas illas habent ex ſtipite uno excavato, inſtar lintris, has inducunt corio, eaque parte, qua infantis collocari debet caput, tectum arcuatum extruunt ſimiliter ex corio. In cunis hiſce repoſitum ligant infantem absque ullis veſtibus lineis aut lodicibus, quorum loco infanti ſupponunt genus quoddam muſci delicatioris; à lateribus & ſuperne muniunt eum pelle molli vituli rangiferini. Samuel Rheen: *Sine barn linda the i korgar af træ utholkade, hvvilcke the oeffvverdraga med skin, ſaoſom och goera ett tæcke oefvver barnſens hufvvud af skin. Vthi bemelte korger linda the barnen med een reem, och i ſtellet foer linne eller lerfft, bruka the nedan i korgen roed, leen moſſa, then the om ſommaren torcka, och mycket finnes i Lappmarcken, hvvilken ſao offta, the uptaga ſine barn, ombytes. Ofvvan till i korgen, eller kring om lyfvvet pao barnen bruka the unge reenkalfskin, ſom ære granne och leene.* Hoc eſt: *Infantes ſuos collocant in corbibus è ligno excavato, quas inducunt corio, quemadmodum & ſupra caput infantis operimentum faciunt ex corio. In has corbes religant infantes ſuos loro & loco veſtium linearum adhibent in imo corbis muſcum rubrum colore, mollem, delicatum, quem æſtate arefaciunt, bonaque copia reperiunt in Lapponia, eumque renovant toties, quoties infantem eximunt. In ſummo vel circa corpus infantis uſurpant pelles de vitulis rangiferorum molles.* Corbes ſive cophinos, has cunas nominat, unde mihi fit ſuſpicio errandi præbitam occaſionem ſive pictori Olai Magni, ſive ipſi etiam Olao Magno formandique nobis phormiones ſeu ærones, quos prædiximus, quippe qui eum audiviſſent, Lappones habere infantes ſuos religatos in corbibus, non alios potuerunt animo concipere, quam quales hodie cernuntur expreſſi eo capite. Cum præſertim Olaus his in corbibus geſtare dicat religatos ad tergum. Ita enim ſolent hodieque mulieres Lapponicæ, cum geſtandus infans eſt, habent eum cum cunis ipſis, quas diximus, religatum poſt tergum inſtar peræ, ſic ut pars ea, qua repoſitũ

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

eſt caput, altiori loco nonnihil collocetur, forma, quæ ſuperius eſt propoſita, ubi de veſtimentis Lapponum agebatur. De cætero cum non geſtandus, verum agitandus infans, cunas ſuſpendunt loro ad tectum tugurii, impulſis cunis, eum ultro citroque jactatum incitant ad ſomnum. Idem Rheen: *Nær the vvillia ſæfvva, eller vvagga ſine barn, binda the upp korgen vvid een reem i kottaket, och hiſſa den af och till.* Hoc eſt: *Quando ſomnum conciliare liberis, aut agitare ipſos cunis volunt, corbem ſupradictum loro ſuſpendunt revinctam ad tectum tugurii, & ſic huc illuc eos agitant.* Solent & crepundiis quibusdam oblectare infantes ſuos; nam ad cunas religant annulos orichalceos, qui ſtrepitum ſonumque faciant. *Wid barnſens korg binda Lapparna meſſings ringar,* inquit Samuel Rheen, i.e. *ad corbem infantis, annulos orichalceos Lappones revinciunt.* His annulis, crepitaculorum vice ſervientibus, addunt & ſigilla quædam, quibus liberi admoneantur ſortis ſuæ ac officii futuri. Si puer eſt infans, ad cunas ſuſpendunt arcum, ſagittas, haſtam facta non ineleganter è cornu rangiferorum. Dictus auctor: *Ær det, itt piltbarn, binda the vvid thes korg boghe, ſpiut, piilar, hvvileka af teen eller reenhorn giorde æhro, till een betrachtelſe, att theras barn ſkola befliita ſigh vvarda ſnælle och begvvemlige, till att bruka boghar och ſpiut.* Hoc eſt: *Si puer eſt, ad corbem ejus revinciunt arcum, haſtam, ſagitas è ſtanno vel cornu rangiferi facta, quo ſignificetur, liberos dare operam debere, ut ſint apti promptique in utendis arcubus ac haſtis.* Si puella eſt, alas, pedes, & roſtrum avis candidiſſimi coloris de genere lagopedum, quam vocant Snioeriipa. Idem: *Ær thet ett piigobarn, bindes vvid des korg, vvingarna, foetterna och næfvvet af een ſnioeripa, till een betægnelse, att theras doettrar skole befliita ſig vvara reenlige, och ſaoſom riipor behændige, och ſnælle.* Hoc eſt: *Si eſt puella, revinciunt ad corbem ejus alas, pedes, & roſtrum alicujus lagopedis, quo ſignificetur, filias ipſorum operam impendere debere, ut ſint mundæ, ac inſtar avium illarum agiles ac promptæ.* Poſtquam liberi eorum adoluere nonnihil, ipſos erudiunt in artibus ſibi neceſſariis, patres pueros, matres puellas. Nec enim magiſtros habent alios, ſed ipſe quilibet liberis ſuis pro magiſtro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

giſtro eſt. Samuel Rheen: *Lapparne lära icke naogot handtvverck af naogon mæſtare, uthan barnen vvarda af foerældrerne tillhaoldna att goera ſaodant arbete, ſom hoos them ær brukeligit.* Hoc eſt: *Lappones artem nullam diſcunt à magiſtro, ſed liberi à parentibus compelluntur eo, ut faciant opera ejusmodi, qualia in uſu ſunt apud ipſos.* Pueros potiſſimum erudiunt in arte jaculandi, ac ſagittas emittendi ad certum aliquem ſcopum; nempe quia ope ſagittarum olim cibum ſibi fere cogebantur comparare, cum pars magna Lapponum ſe alat per venationes. Itaque ſi uſum arcus vel tantillum didicere, non ante pueris præbetur cibus, quam certum ſcopum telo tetigerint. Ita pridem Zieglerus de ipſis: *Artem jaculandi docentur à pueris, utque antiquitus apud Baleares, ſic apud Lappones ætate noſtra, puero non datur cibus, priusquam attigerit ſagitta propoſitum ſignum.* Firmat Samuel Rheen hodiernus ſcriptor. *Theras piltar skola hvvar dagh skiuta till maols med handbogar, i det dhe pao een ſtaong uppſætta een næfvver, hvvilckett maol foerr, æn the traffa, blifvver them ingen maat gifvvin.* Hoc eſt: *Pueri eorum ſingulis diebus coguntur ictus ſagittarum dirigere ad certum ſcopum, dum in pertica longa impoſita eis particula libri betulini, velut ſignum erigitur, quod priusquam tetigerint ſagitta, cibus eis nullus datur.* Habes ecce ſignum, ad quod colliment ſagittis ſuis, particulam libri betulini ſcilicet, de quo idem alio loco. *Særdeles lära fæderna ſine ſoener skiuta med handbogar, i det foer them vvarder upſatt een næfvver pao een paole, och foerr æn ſænnerna hafvva treffat bemælte næfvver, vvarder them ingen maat gifvvit, hvvar af hænder att the med skiutande vvarda ſnælle.* Hoc eſt: *Patres præcipue filios ſuos erudiunt in arte ſagittas emittendi arcu, dum eis proponunt particulam libri in pertica, quam priusquam tetigerint ſagitta, cibus eis denegatur, ita præſtantiſſimi jaculatores evadunt.* Olaus Magnus, qui & ipſe hujus parentum ſtudii mentionem facit, mire hanc peritiam & artem ſagittandi prædicat in ipſis, imo ſemet ipſum ait vidiſſe, qui obolum vel acum poſſent ictu certo tangere, tanto à ſe diſtantem intervallo, ut videri ſaltem daretur. Verba ejus ſunt lib. IV. cap. 11. *Præcipue maſculos inſtruunt, quomodo manuales arcus (nam alio ſagittarum genere non utuntur:) teneant, elevent,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

deprimant, vel obliquent in telis excutiendis &c. Pueris ut diligentius metam tangant, candidum aliquod cingulum, quo mire delectantur, atque novi arcus apponuntur. Tamque periti evadunt, ut magno interstitio mediante obolum vel acum, quatenus videre poterunt, infallibiliter attingant, prout personaliter anno prædicto MD XVIII. in terris earum constitutus vidi. Scribit eodem loco Olaus, etiam puellas eruditi in hoc genere artis, & ideo in pictura fœminas quoque exhibet, armatas arcubus & sagittis. Sed hoc non est verosimile, ut ostendi jam, ubi de venatione egi, certe hodie apud ipsos fieri non solet. *Puellæ Lapponum*, inquit Samuel Rheen, *docentur fuere ocreas, calceos, manicas, togas, & omne instrumentum quo utuntur ad trahas adjungendis rangiferis.* Vel, ut ipsa ejus sonant verba: *Lapparnas doetrar lära sii klæder, lappstoeflar, skoor, handskar, muddar, och reenaoktygh.* Istæ sunt artes puellares & fœmineæ apud Lapponas, non telo ferire scopum. Sicut autem Lappones suis liberis in tempore prospiciunt de artibus ad vitam necessariis, ita & de rebus. Quo imprimis pertinet, quod in more positum apud ipsos, donare infanti rangiferum fœminam, statim postquam natus baptizatusque fuerit, si fuerit sexus fœminini. Johannes Tornæus: *Nær ett pii gebarn vvarder fædt, och sao snart det doop och Christendom faodt hafvver, dao foeræhras henne af foerældrana en reenkalf, som ær hoon, och schæres hennes mærke uti hornen af samma kalf.* Hoc est: *Cum nascitur puella, statim postquam baptizata est, parentes ei donant vitulum rangiferinum, sexus feminini, cujus cornibus insculpunt signum puellæ illius.* Nota, quod fidei certitudinisque causa donatis hisce rangiferis imprimant notam sive signum certum, idque in cornibus, ita namque fit, ut certamen nullum de iis possit oriri. Eidem altera donatur vice, quando ipsi primus dens enasci cernitur. Samuel Rheen de hac consuetudine ipsorum ita loquitur: *Ibland annan sedvvanio Lapparna brucka ær och denna, at nær dheras barn fao foerst tand, hvvilcken som dao aldra foerst faor honom see i barnsens mun, antingen dhet ær fader, moder eller naogon af slæchten, den samma skall gifvva barnet een vveiiareen, dendhe kalla Pannikeis, det ær een tandvvæiia.* Hoc est: *Inter consuetudines cæteras, quas observant Lappones, & hæc est, quod cum infantes ipsorum dentes primum accipiunt, quisquis dentem primum ante alios cernit in ore infantis, sive pater*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſit, ſive mater, ſive alius propinquorum, is ipſi donet rangiferum fœminam, quam appellant Pannikeis, id eſt, *rangiferum dentis*. Johann. Tornæus dona iſtæc ſcribit à mulieribus dari. *Denn quinnan, ſom den foerſta tanden faor ſee uthi hennes mund, hon maoſte begaof vva henne mæd een ſaodan kalf.* Hoc eſt: *Femina illa quæ primum dentem conſpexerit in ipſius ore, ea cogitur ipſam honorare dono vituli rangiferini, qualem ante diximus.* Nata conſuetudo hæc ab initio videtur ex eo, quia poſtquam infantes accepere dentes, ſolidiore opus habent cibo, qualis apud Lapponas præcipue ſunt carnes rangiferorum. Solet autem rangiferus iſte ſervari, & quicquid ex eo naſcitur in futuros infantis uſus, quemadmodum ex iis liquet, quæ alibi in capite de nuptiis attulimus. Atq; ita fit & cum altero rangifero, quem ſeorſum infanti donant parentes. Nam & in uſu apud ipſos, ut parentes prædicto rangifero addant alium, quem appellant *Waddom*, id eſt, rangiferum donatum. Sam. Rheen: *Sedhan gifvva foerældrarna aother ſtrax dher efter aot ſin ſohn eller dotter dhen andra vvajan, dhen dhe kalla vvaddom, det ær een gifvvin vvaja. Hvvadh af bemælte vvaiarne foeroekes hoerer barnet till. Och nær naogot ſlachtas eller bortſælles af bemælte barns reenar, antingen foer ſoelfvver, koppar meſſing, eller klæder, blifvver vværdet for vvahrat till barnſens nytta och gagn.* Hoc eſt: *Statim poſt parentes filio filiæve ſuæ donant rangiferum feminam ſecundam, quam appellant Waddom, id eſt, datam. Quicquid ex rangiferis hiſce naſcitur, id pertinet ad infantem, ſiq; quid ex eis mactatur, aut permutatur, cum argento, cupro, orichalco, veſtibus, id, quod permutatione comparatum eſt, ſervatur in uſus commodaq; infantis.* Dicit, *ſtatim poſt*, ut hæc fœmina rangiferina ſit non ſecunda, verum tertia. Niſi putamus, Tornenſes dare ſtatim poſt infantem baptizatum, cæteros poſt donatam fœminam rangiferinam, viſo primo dente. Et hæc cura præcipua, quam apud Lappones de prole ſua habent parentes. Parentum autem loco, ſi deceſſerint, perinde apud ipſos, ſicut gentes alias, ſunt tutores, qui proinde curam gerunt horum omniũ. Solent vero eos eligere è cognatis conſanguineisq; proximis, ut fit vulgo apud alios. Tornæus: *Foermyndare uthvvæliathe, ſaoſom annat folck, effter foerældrarnas dædeliga afgaongh, af nærmeſta flæcht*, h. e. *Tutores eligunt, modo aliarum gentium, poſt obitum parentum è cognatis proximis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. XXVII.

De Morbis Lapponum, Obitu & Sepultura.

LAppones tametsi aspere duriterque vivant, tamen commodissima utuntur valetudine. Testatur Olaus Petri Niurenius cap. 9. *Indigenarum firma valetudo, ut Medicos nec habeant, nec iis se indigere existiment.* Idem Samuel Rheen: *Lapparna*, inquit, *æro af Naturen ett hellso samt folek, som med kropssens brækeligheeter ieke gemenligen bekayadhe æro, svvosom annat folek af andra nationer.* Hoc est: *Lapponum gens natura est bene valens, quæque corporis ægritudinibus plerumque non affligitur, perinde uti gentes aliæ.* Morbos ignorant plerosque, ac ne iis quidem infestantur, qui alioquin totas gentes solent populari. Febres acutæ ac ardentes nullæ, nulla pestis apud ipsos. Idem: *Ibland Lapparna finnes ey hethige febras, eller Pestilentia.* Hoc est: *In Lapponibus nec febres ardentes, nec pestilentia reperiuntur.* Quod si pestilens quid eo fuerit allatum, statum amittit vires suas. Olaus Petri Niurenius cap. 9. *Ante aliquot annos pestilens lues secuta est cannabim in Laplandiam. Sed præter fœminas nendo eam masticentes meminem interemerit. Frigus enim septentrionale venenosum halitum facile dissipat.* Morbus frequentissimus unus, quo affliguntur, est ophthalmia & lippitudo, unde non raro cæcitas. Caussa ejus, quod à prima ætate, plerumque cogantur versari in fumo, quo tuguria ipsorum æstate juxta atque hyeme abundant. Idem: *Ibland Lapparna finnes særdeles ægnasots, thii rætten i theras kothur plagar dheras ægen; att storsta delen emots alder domen vvardhe blinde.* h. e. *In Lapponibus præcipue occurrit ophthalmia, fumus enim in tuguriis ipsorum oculos eorum infestat ita, ut plerique in senio reddantur cæci.* Pari modo & Ericus Plantinus, nisi quod addat splendorem ignis.

Lap-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Lapparna blifvva gemenligen blinde uthant erifvvet der af, att dhe af ungdom ſittia vvedh elden och ræcken. Hoc eſt: *Lappones plerumque ad poſtremum fiunt cæci, ſine dubio ex eo, quod à prima ætate ſedeant adignes atque fumum.* Sic Olaus Petri Niurenius, pater ejus: *Hoc iis modeſtiſſimũ & miſerrimum, quod eorum ſenectus plerumque in cæcitate abſolvatur, quæ apud eos, præ aliis nationibus eſt crebrior. Totumque exiſtit illud malum ex ignis aſpectu ab infantia die noctequeque, hyeme æſtateque. In medio enim tabernaculi ignis ſemper ardet.* Affliguntur quoque interdum à pleuritide, peripneumonia, tergi ac ſpinæ doloribus, item capitis vertigine. Ita teſtatur idem Plantinus, cujus verba ſunt in Reſponſis ad quæſita per epiſtolam meam. *Meſt kall dheras Siukdomb vvara ſting, och hafvva ont i bryſtet och ryggen, ſuoſom och hufvvudh hyran.* Hoc eſt: *Frequentiores morbi eorum ſunt pleuritis, & dolores in pectore ac dorſo, capitisque vertigines.* Etiam varioli nonnunquam eos invadunt. Idem: *Meſslingen plagar och undertyden der vvancka.* Hoc eſt: *Solent ibi aliquando & variali vagari.* Jam ut morbi apud ipſos rari, ſic ignota medicina. Contra quosvis morbos interiores uſurpant radicem muſci alicujus, quam vocant *Ierth*; vel in defectu ejus caulem angelicæ. Dn. Ericus Plantinus: *Fær invertes le kedom bruka dhe Maoſaroot, den de kalla jerth: men der hon icke vvæxer, brukas angelica, ſom af dem kallas fadno, och finnes mæſt allaſtædes.* Hoc eſt: *Pro medicina intus ſumenda uſurpant radicem muſci, quam vocant Iert; ubi vero non naſcitur, ſubſtituunt angelicam, fadno eis dictam, & ubique fere invenitur.* Solent autem in hos uſus angelicam decoquere cum ſero lactis rangiferini, ſicut ipſis receptum eſſe dixi in capite de victu eorum. De hoc decocto enim etiam Samuel Rheen: *Detta vvarder brækat, ſaoſom een medicin.* Hoc eſt: *Vſurpari hoc medicamenti loco ſolet.* Si quos ſentiunt dolores in membris, loco affecto ignitum imponunt fomitem, ut ulcus attrahat humores vitioſos, & ſic mitigetur dolor. Item Plantinus: *Den ær en gemen lækedoom, att taga fnæsk, eller dat, ſom væxer pao biærken ſom en kiuka, och ſedan eeldt der itant ær, læggia & liite ſtykke pao dæt rum, han kænner ſin ſvveda och vværck ſtao. Och nær man nu Drabbar*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

just dat ſtællet, ſao ſpringer ſnoſken bort af ſig ſielf, och blifvver alt gott igenom boolnande. Hoc eſt: *Vulgare hoc remedium apud ipſos, quod capiant fomitem, ſive fungum, arboribus betulinis placentæ inſtar adhærentem, eumque accenſum igne imponant eo loco, ubi ſentiunt dolorem atque cruciatus, quem ſi recte tetigerunt, ultro deinde fungus ignitus reſilit, dolorque tollitur per exulcerationem ſubſequentem.* Vulnera non alio curant unguento, quam reſinæ ex arboribus exſudantis. Idem: *Nar the hugge ſig ſaor, taga the kaodhen till plaoſter.* Hoc eſt: *Cum ictu vulnerantur, reſinam emplaſtri loco adhibent.* Si quæ membra frigore aduruntur, medicinam ipſis præſentiſſimam exhibet caſeus rangiferi, cui ferrum igne candefactum intrudunt, & quicquid ex eo mox educto deſtillat velut olei, id illinunt læſo membro, ſucceſſu & virtute incredibili. Alii imponunt ipſum in tenuem tabulam ſciſſum. Olaus Petri. *Si etiam aliquod membrum frigore læsi contigerit, caſeus ille inſtar laminæ ſeu folii calefactus & applicatus, medetur optime.* Idem caſeus decoctus lacte, tuſſim levat, & quæ alia pulmonum pectorisve vitia ex frigore oriuntur, ſi ſic calidus fuerit hauſtus. Stomacho quoque prodeſt, ne contrahat vitium ex continuo potu aquæ. Idem Olaus Petri: *Stomachum, ne perdatur continuo aquæ potu, caſeus ille præſervat.* Cæterum quia morbi apud ipſos rari, ut eſt dictum, plerique veniunt ad ultimam ſenectutem. Idem: *Lapparna komma till een hog alder.* Hoc eſt: *Lappones ad ſenectutem admodum provectam veniunt.* Samuel Rheen: *Suoſom Lapparna icke ſynnerligen vveta af ſuoer ſiukdomar, altſuo varda the gambla, och komma till een ſtuor aolder.* Hoc eſt: *Sicut Lappones ignorant fere graviores morbos, ita fiunt ſenes, adque provectam admodum veniunt ætatem.* Quin imo ait eſſe inter ipſos nonnullos, qui centeſimum quoque ſuperent annum, plerosque ſeptuagenarios, octogenarios, & nonagenarios evadere. Atque in ætate hac, licet gravi, plerosque dicit manere ſatis alacres ac vegetos, qui negotia ſua commode poſſint expedire, facere iter, decurrere per ſylvas atque montes, & id genus alia efficere. *Te æro i ſin aolder vvyge och ſnalle,* inquit, *att gioera ſitt vværck arbete, och att reeſa, och loepa i ſkog och i marck.* Denique ne cito facile-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

que quidem canescere. *De graone doch ganska sällan* dicit, hoc est, *prorsus raro fiunt cani.* Ita plerique Lapponum non conficiuntur morbo, verum senio. Cæterum si quis graviter decumbat, sive senio confectus, sive caussis aliis, de eo primum explorant per tympanum suum, an sit recepturus valetudinem, num obiturus, sicut alibi hoc fine usurpari tympana monstravi. Docetque idem Cl. M. Matthias Steuchius in suis ad me litteris. *Memini me à Lappone quodam audivisse, posse eos horam genusque mortis iisce tympanis suis divinatoriis scire.* Ericus Plantinus. *De taga fram trumman, soekiandes igienom spelande pao henne uts slag till doeden, haeller hifvvet.* Hoc est: *Per tympanum, ejusque pulsationem quærunt explorare, mors ne, an vita sit expectanda.* Postquam constitit, vicinum esse morti, tum ex præsentibus si qui magis dediti sunt religioni Christianæ, agonizantem hortantur, ut Dei Christique sit memor. Ericus Plantinus. *Mig berættades af een graohaorig Lapp, som hafuer foordam varit i Pita Skolen, att dhe, som færstao sin Christendom, foermana den siuka, att tænckia pao Gud.* Hoc est; *Memoratum mihi est à Lappone quodam cano, qui olim Scholam Pithensem frequentavit, solere tum, qui versatiores sunt in Religione Christiana, hortari ægrotum, ut DEVM habeat in memoria.* Si fuerint religionis Christianæ negligentiores, ægrotum deserunt, solliciti tantummodo de convivio funebri, quod quandoque ante obitum defuncti celebrare incipiunt. Steuchius. *Lappo pecuniosus vocabatur Thomas, qui cum gravi detineretur morbo, adeo ut nullam recuperandæ salutis spem haberet, convocat ad se cognatos & amicos. Illi ubi exigua in spe hunc animam ducere vident, adeunt cauponarium, qui euntibus in Norvegiam & Iamptlandiam commodum præbere solet hospitium, & ab eo emunt cerevisiam, ac spiritum vini, inferias acturi vivo adhuc altero, ubi sic diem integrum inter pocula consumserunt, adeunt casam ægrotantis, & inveniunt ipsum jam mortuum.* Est hoc recentissimum exemplum, quod his annnis accidit, unde satis constat, quam justæ sint querelæ, quæ præmittuntur diplomati Gustavi Adolphi de Schola Lapponica, ubi inter cætera de Lapponibus,

Them

Them ſiu kom hoos them uti Lappafiellen beſockias, eller gifs aldrig naogen reeda med træſt och ſacramente , uthan dæ ſiin koos oskriffdede, otræſtade, och oaſlæſte. Hoc eſt: *Ægrotis, ſi qui ſunt in longiſſime diſſitis jugis montium Norvagicorum, nemo conſolationem affert, nemo præbet Sacramenta, verum moriuntur ſine examine, ſine conſolatione, ſine peccatorum remiſſione.* Cauſa memorabilis adjicitur : *Ty den onde anden, ſom them tao anfechtar , goer med ſine lægner ſiin hogſte fliit, at blifua færvviſſat om theras ſiæl.* Hoc eſt : *Malus enim ſpiritus tum eos tentans hoc agit omni opera , ut animarum ipſorum poſſit potiri.* Quod fit quando eos jubet iſtæc omnia, tanquam vana, contemnere, ac ne amicos quidem admittit, deditos religioni Chriſtianæ, ſed qui ſe, ventremque ſuum , quam ægroti ſalutem æternam malunt procurare. Cæterum ſi quis fuerit mortuus ex quacunque cauſa, omnes tugurium id deſerunt , in quo jacet defunctus. Credunt enim (quod jam alibi oſtenſum) ſupereſſe ex defunctis quidpiam, quale veteres Latini appellarunt manes , idque non benignum ſemper, ſed non raro noxium exiſtere. Hinc defunctorum cadavera ipſa verentur. Samuel Rheen : *The ſky myckit fær the doeda. Ty ſtrax en menniskia doer, fly the ſamma dag ifraon thæt rummet.* Hoc eſt: *Mortuos plurimum metuunt, ſtatim enim poſtquam homo eſt defunctus , ex eo loco aufugiunt illa etiam ipſa die.* Solent autem cadaver defuncti involvere veſte linea , ſi fuerit opulentior, ſin minus, lanea obſoleta; ſic ut corpus totum, ipſum quoque caput obveletur. Idem : *Then doeda ſvvepa the ſaoledes, att vær naogen riik eller foermoegen doer , ſvvepa the honom med lerft, thet de draga æfuer heela Kroppen och hufvudet, ſom en duuk. The fattiga bruka gammalt valdmar.* Hoc eſt: *Mortuum involvunt ſic, ut ſi quis opulentior fuerit defunctus, eum operiant panno lineo totum , nec corpus modo, ſed & caput ; pauperiores adhibent pannum viliorem laneum Waldmar dictum.* Ita quidem , qui ſunt obſervatiores rituum Chriſtianorum. Alii defunctos ſuos operiunt propriis ſuis veſtimentis, iisque, quæ habuerunt optima. Quod ad me perſcribit vir egregius. N. Matthias Stauchius , firmatque exemplo nuperrimo, quod ipſi retulit vir fide dignus, Parochus Underſaokerenſis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

korensis, Lapponiæ viciniſſimus. *Corpus demortui*, ait, *veſtibus optimis, quas vivus habuit, tegunt, loculoque includunt.* Corpus ſic involutum reponunt in capulo, ſeu capſa funebri. Quod fit per quendam peculiariter ad hoc negotium exoratum, qui alligatum dextro brachio debet habere annulum orichalceum, à proximo cognato defuncti acceptum. Samuel Rheen: *Nær then doeda skall nederlæggias i kiſtan, maoſte den doedas efterlefne man, eller huſtru, fader eller barn gifva aoth den, ſom liiket i kiſtan skall nederleggia, een meſſingring, huilken skall bindas om dens hoegre arm, ſom det hanerar.* Hoc eſt: *Cum defunctus deponendus eſt in loculum, maritus ejus, ſive uxor, parentes ſive liberi annulum orichalceum dare debent illi, qui corpus defuncti debet deponere in ciſtam Funebrem annulusque ille religatur circa brachium dextrum ejus, qui hoc negotium conficit.* Cauſa hujus annuli alligati, qui credunt amuletum quoddam adverſus noxam, quam afferre ipſis poſſe manes defuncti verentur. Idcirco cogitur is geſtare dictum annulum, donec defuncti corpus traditum fuerit ſepulturæ, credo, quod deinde manes exiſtiment quietiores fieri, quæ vetuſtiſſima eſt ſuperſtitio Græcorum pariter, ac Romanorum. Idem: *Denna ring maoſte han draga pao ſin arm, in till des liiket nederleggies i grafvven, pao det honom i medler tiid icke naogot ondt vvederfahras.* Hoc eſt: *Eum annulum geſtare tenetur in brachio ſuo, donec funus reconditum fuerit in ſepulchro, ne interea quid mali ei poſſit accidere.* Capſa funebris plerumque eſt ex trunco arboris excavato. Idem: *Kiſtan ær ut holkat af ett ſtort træ eller ſtock.* Hoc eſt: *Capſa eſt excavata ex arbore vel ſtipite.* Ericus Plantinus. *I ſtallet foer kiſtan brukas oftta iholkiftræ.* Hoc eſt: *Pro capſa uſurpant ſæpe arborem excavatam.* Ubi materia formandæ capſæ ipſis deficit, quod fit, cum in nudis montibus, Norvagicæ vicinis, verſantur, defuncti cadaver communi vehiculo ſive trahæ ſuæ, quam appellant *akia*, capsæ loco imponunt. Idem Ericus Plantinus. *Nær de ære ſig læmnade, læggia de den doeda kroppen i en ackia.* Hoc eſt: *Vbi ſuo vivunt arbitrio, cadaver defuncti reponunt in traha, quam vocant ackia.* Locus ſepulturæ vetuſtioribus temporibus fuit quilibet obvius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

præsertim sylva. Tornæus: *Foer ænd dhe blefvve Christne, och naogot dær effter, hafvva dhe sina doeda begrafvvit uti skogar.* Hoc est: *Antequam facti sunt Christiani, & aliquanto post, defunctos suos sepeliverunt in sylvis.* Neque hodie omittunt, ubi longius absunt à templo. Aliqui nuda terra obruunt defunctum una cum traha Idem Ericus Plantinus: *Sombliga bruka, att dhe den doeda kroppen nedergrafvva i jorden, besinnerlig der snoeda fiællet ær, och ingen vvedh vvancker.* Hoc est: *Quorundam consuetudo est, ut defuncti corpus terra defodiant, præsertim ubi nudæ sunt rupes, neque arbores inveniuntur.* Aliqui traham cum defuncti cadavere undiquaque muniunt stipitibus arborum, subtus, superne, ac à lateribus, ne facile situm contrahat & corrumpatur, cadaverque laceretur aut devoretur à feris bestiis. *Somblige (som mæst skall skee der skogs finnes) læggia vved under, vviid kring om och ofanuppao aakiam, att hon icke skall snart rota, och diuren fao gioera kroppen skada.* Hoc est: *Nonnulli (quod plerumque solet fieri, ubi sylvæ sunt frequentiores) ligna reponunt infra, & in ambitum, & supra traham, ne facile possit putrescere, feræque corpori inferre malum.* Sunt & qui reponunt in speluncis, osque earum obturent lapidibus, id quod Dn. Matthias Steuchius me docet. *Corpus*, ait, *in speluncam deferunt, quam lapidibus postea onerant.* Quod autem Peucerus scribit, cadavera defunctorum defodere sub foco, idque ea de causa, ut sic effugiant vexationes Manium, id nec notum nec auditum unquam est Lapponibus. *Cum*, inquit, *præcipue terreantur & exagitentur à manibus cognatorum post mortem, ne id fiat, prohibent, cadaveribus defossis & sepultis sub foco. Hac medicina sola, contra dæmonum sese vexationes & terriculamenta muniunt ac tutos præstant. Id enim si faciant, nullæ imposterum illorum umbræ comparent amplius; si negligant, observantium perpetuo cognatorum umbris turbantur & infestantur.* Cadavera adeo non defodiunt sub foco, ut potius longissime à se submoveant. Id vero singulare atq; memorabile, quod defunctis suis addant fere, præsertim qui ritus Christiani minus observantes sunt, primo securim, deinde silicem cum chalybe. Cujus ritus hanc dant rationem, quod si quando resurgent, in istis tenebris opus habituri sint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſint lumine, quo conducat chalybs cum ſilice; item via idonea, qua ferantur ad cœlos, quo conducat ſecuris, præſertim inter ſylvas denſiores ſepultis. Idem Steuchius. *Loculo addunt ſecurim, chalybem, quo eliditur ignis, & ſilicem. Interrogavi, quid ſibi vellent ſecuris & ſilex? reſpondit, eos ea regi ſuperſtitione, ultimo die, quando hic reſurget, opus illi fore lumine aliquo, ut viam ſibi ad beatorum ſedes paret, & ſi quæ obſtant arbores, ſecuri eas exſcindat, his per ferrum & ignes ad cœlos graſſari conſtitutum eſt.* Ita quidem hodie loquuntur, poſtquam de die noviſſimo & reſurrectione mortuorum audiverunt. Credo autem, eſſe ſuperſtitionem prorſus veterem hiſce in terris, nec Lapponibus ſolis uſurpatam. Vidi certe apud virum Illuſtriſſimum Regni hujus Theſaurarium magnum, Dominum Stenonem Bielke chalybem cum ſilice è ſepulchro erutа paucis miliaribus ab Upſalia diſtante, quod paganicum fuiſſe non modo locus, ſed & injectus tumulus teſtabatur. Certe mortuis ad ſedes lætiores iter aliter non eſſe, niſi per tenebras, vetus paganorum eſt perſuaſio, quas hoc magis timuiſſe hic videntur, quo ipſa regionis natura ſit, ut tenebræ ſint longiores atque ſpiſſiores. De ſecuri quoque mirum non eſt, cum & alias receptum fuerit, apponere defunctis arma ſua, qualia Lapponibus præcipue ſunt ſecures. Quod vero Lapponas hodiernos attinet, exiſtimat Olaus Petri ideo iſtæc addere defunctis, quod credant fore, ut poſt reſurrectionem idem vitæ genus inſtituant, quale antea coluere. *Ignitabulum*, ait, *arcum, & ſagittas penes mortui cadaver clam ſepeliunt, nati, eum, cum tandem ſurrexerit, idem aggreſſurum vitæ genus.* Atque ita quidem illi, qui minus obſervantes ſunt religionis Chriſtianæ, longiusque remoti à templis Chriſtianis vivunt. Cæteri defunctos devehi curant ad cœmeterium templo adjunctum. Id quod Sacerdotes quoque exigunt ab eis. Ericus Plantinus. *Hær till hallas de af prædikoæmbetet, att ænligen begrafvva ſina doeda vvid kurckian.* Hoc eſt: *Hactenus à Sacerdotibus ſevere illuc adiguntur, ut defunctos prope templa ſepeliant.* Idem ait, eſſe nonnullos etiam ambitioſos inter ipſos, poſtquam aſſvefacti ſunt à ſepeliendos defunctos ſuos tali loco, nam offerre pecunias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

& id genus, ut non tam in cœmeterio, quam templo ipso sepeliantur. Cæterum effodere sepulchrum nemo vult libenter ex Lapponibus, nisi prorsus pauper fuerit, qualem ditiores pretio conducunt ad hujusmodi negotium, vel alium aliquem, quem possunt. Samuel Rheen. *Tao the komma till kiirkiogarden, vvilt ia the riika Lappar icke sielfvver upkasta gristerna, uthan the laiia antingen naogon Suensk, om han ar foerhanden, eller naogen annan fattig Lapp.* Hoc est: *Cum venerunt in cœmeterium, ditiores Lappones ipsi sepulchrum fodere nolunt, sed conducunt pretio vel Suecum aliquem, si sit præsens, vel Lapponem alium pauperem.* Sic deinde ritu Christiano defunctus sepelitur postquam prosecuti sunt eum luctu, induti vestes, quas habent, vilissimas. Tornæus. *Foeljandes dhem till grafvvenuti sina vværste klæder.* Hoc est: *Prosequentes eos ad sepulchrum, cum vestimentis suis deterrimis.* Illud singulare, quod in cœmeterio post se relinquant traham, qua devectum funus est ad cœmeterium, item omnia defuncti vestimenta. Idem. *Alla the klæder, som then doeda hafvver lægat uti, foera the till grafuen eller kiirckiogaorden, och lemna them ther quar, sampt den ackia, der uthi liiket foert vvarder.* Hoc est: *Omnia vestimenta, in quibus cubuit defunctus, deferunt ad sepulchrum sive cœmeterium, ibique relinquunt, una cum traha, qua devectum est funus.* Omnia vestimenta dicit, sed in quibus æger decubuit, qualia lectus, tegetes, & si quibus æger ipse fuit vestitus. Hæc ad sepulchrum deferunt, metu credo, ne quid eis mortiferi adhæreat, & ideo sine noxa usurpari ab aliis non possit. Ita sepulto defuncto, instituitur convivium funebre. Tempus ejus dies tertius post sepulturam. Epulum fit ex carnibus rangiferi, quo funus perductum est ad cœmeterium & sepulchrum. Samuel Rheen: *Tree dagar efter liikes jordafærd taga the reenen, som det till kiirckiogarden dragit hafvver, och honom then doeda till æhra slachta, huilken the med sine slæcht och fœrvvanter foertæra.* Hoc est: *Triduum post funeris deductionem rangiferum, cujus ministerio devectum fuit ad cœmeterium, in honorem defuncti mactant, & cum consanguineis propinquisque suis epulantur.* Docet simul, qui adhibean-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

hibeantur huic convivio, consanguinei videlicet ac cæteri, qui cognatione propinqua mortuum contingebant. In convivio hoc id dant operam, ne ossa perdant, sed colligant omnia studiose, ac reponant in cista, sicque cum ista defodiant. Idem: *Alla benen samka the tilhopa, och gioera een kistan, thær uti the læggia them och nedergrafvva.* Si est copia ipsis comparandi spiritus vini, eum circumpotare solent in memoriam defuncti, vocantque vinum illud *Saligaviin*, hoc est *vinum beati.* Verba Samuelis Rheen de hac consuetudine sunt ista. *Kunna the fao brendeviin, drioka the och det then doeda till aominnelse, det the kalla saligaviin.* Ubi per *beati vinum*, seu, ut vocant ipsi, *Saligaviin*, existimo significare vinum, quod in jam beati, per discessum nempe suum ex his terris memoriam dari, atque bibi solet. Ut adeo ante tempus justum sumserint illi Thomæ Lapponis propinqui, de quibus in superioribus ex litteris Steuchianis dixi. Cistæ, quæ inclusa habet ossa rangiferi, à ligno formatam utcunque imaginem hominis imponunt majorem minoremve pro habitu illius, qui defunctus est. Samuel Rheen: *The gioera ett bælete aftræ thet the læggia ofvvan pao kista, huilket bellete ær stort eller litet, efterso som den var, som doed blef.* Hoc est: *Imaginem fabricant ex ligno, eamque imponunt cistæ, magnam vel parvam, prout fuit defunctus.* Et hic quidem finis rituum funebrium, nisi quod nonnulli opulentiores quotannis convivium soleant repetere in memoriam defuncti, modo, qui jam ante memoratus est. Verba dicti scriptoris: *Ær den doeda riik och foermoegen. Offra och slachta the honom till aminnelse naogra reenar pao ætt, tvvao, eller tree aohr efter hans doets, och nedergræfvva beenen i jorden, som foermæltær.* Hoc est: *Si defunctus fuerit dives ac opulentus, sacrificant mactantque in memoriam ipsius aliquot rangiferos per annum unum, duos, aut tres, post ejus obitum, ossaque defodiunt prædicto modo.* Ubi nota, non convivii solius gratia mactari hos rangiferos, sed & sacrificii causa, offerrique ossa velut manibus defuncti, quod uberius est explicatum alio loco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Liquet autem simul, esse apud Lapponas non brevem luctum, sed durare bene longo tempore. Præsertim vero luctus iste diuturnus in jactura conjugum vel liberorum, de quo docet Ericus Plantinus: *De soerja myeket och länge makar och barnen.* Hoc est: *Conjuges suos atque liberos plurimum diutissimeque lugent.* Est autem luctus is in animo solummodo, nec declaratus per externa quædam signa in vestitu vel ornatu quo utuntur omni tempore eodem, sive constituti in luctu, sive extra eum. Idem: *Ingen sorgedræst drages.* Hoc est: *Habitu certo lugubri non incedunt.* Venio ad Hæreditatem & divisionem bonorum, quæ plerumq; mortem sequitur. Ubi animadvertendum primo, habere & Lappones divitias, sua bona. Ea consistunt fere in pecore, argento, vasis æreis, cupreisve, ac similibus. Samuel Rheen: *Lappernas egendom bestaor mäst uti roerliga saker, som är reenar soelfvver, penningar, kappar, mässing, och kläder.* Hoc est: *Opes Lapponum præcipuæ sunt sitæ in mobilibus rebus, ut rangiferis, argento, nummis, cupro, orichalco, & vestimentis.* Nulla vero re censentur magis, atque copia vel numero rangiferorum. Itaque sunt Lappones, qui centum, imo qui mille possident. Idem: *Maonge Lappar äga hundra, ja tusent reenar, och samblige theräfter.* Hoc est: *Multi Lapponum possident rangiferos centum, imo mille, quidam quoque numerum majorem.* Dimidium tantum hujus numeri recenset Olaus Magnus lib. XVII. c. 27. *Quidam terrarum incolæ possident decem, quindecim, triginta, septuaginta, quadringentos vel quingentos, qui pastorum cura ad pascua ducuntur.* Alterum tamen, & majorem longe numerum firmat, quod legitur in schedis Johannes Buræi: *Orovein vvar säo riik pao reenar, att ingen vviste taal pao them. Arent Iösting tog hundrade ther af, och säknas inthet.* Hoc est: *Orovein tam dives erat rangiferorum, ut eorum numerus nesciretur. Arent Iostinus clam surripiebat centum ex eis, neque poterat intelligi, numerum esse minutum.* Atque cætera quidem, quæ quotidianis usibus inserviunt, habent in propatulo, vel clausa in reconditoriis suis, uti alias ostendi. At vero argentum factum, nummosve defodiunt in terram, locumque vocant *Roggai.* Solent autem reponere in cista clausa, cistam in aheno cupreo, quem dein-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

deinde tegunt tabula lignea, & ſuperne inſternunt terram muscumque, ne quis res abſconditas ibi poſſit intelligere. Samuel Rheen: *The Lappar, ſom af penninger och ſoelfvver æro foermægen, foernara thet neder i jorden, thet the kalla Roggai eller groop, huilket skier ſaobunda. Lapparna taga een ſtoor Koppar eller Meſſing Kittil, ten ſættia the neder i jorden, och i hannom læggia the & skrün eller kiſta med laos foere. Huar uti pænningar och ſoelfvver foervvaras, ther ofvvan pao læggia the bræder, och ofvvertackia ſaa med iord, torf och moßa, pao det ingen mao mærckia, hvvareſt the hafvva bemelte gropar och giæmor.* h.e. *Lappones qui ſunt divites nummorum ac argenti, cuſtodiunt id in terra, quod appellant Roggai, ſive foveam, idque ſit hoc modo. Capiunt Lappones ahenum cupreum vel orichalceum magnum, id reponunt in terra, & in eo ciſtam capſamve cum appenſa ſera, in qua nummi vel argentum ſervantur, ei imponunt tabulas ligneas, conteguntque deinde terra, ceſpitibus, & muſco, ne quis intelligere queat locum, ubi eam foveam paraverint.* Faciunt hoc autem tam occulte, ut ne uxores quidem ac liberi intelligant, unde fit, ut quandoque ſi celeriter & ex non opinato moriantur, omnia defoſſa maneant, nec perveniant ad hæredes. Quæ autem in ipſorum poteſtate ſunt, ita dividuntur inter ipſos, ſi bona ſint mobilia, ut frater accipiat eorum duas tertias, ſoror unam, ſicut legibus provincialibus Suecorum conſtitutum eſt. Samuel Rheen: *Alt ærfvas efter landzlag, att brodren tager tvvao deelar, och ſyſtren en tridiedeel.* Hoc eſt: *Hæreditas dividitur ſecundum leges provinciales, ut frater capiat partes duas, ſoror unam tertiam.* Solent autem hic excipere primo rangiferum donatum ob dentum primo viſum in ore infantis, deinde alterum rangiferum oblatum infanti à parentibus, & denique cæteros omnes, quotquot tandem ex his nati ſunt, qui ſæpe magnum facere ſolent numerum. Idem: *Hvad ſom foerſt i barndomen ær gifvit af foeraldrana, thet kommer icke till nagot byte eller arfs ſkifte.* Hoc eſt: *Quicquid in prima infantia datum eſt à parentibus, id in hæreditatis diviſionem non venit.* Idem: *Hvart och itt barn behaoller the reenar, ſom af the vvæyor tilloekade eller foedde ahro, ſom fadren eller modren gaf barnet, nær te færſt finge ſee tanden i barnſens mun.* Hoc eſt: *Quilibet liberorum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

rum ſibi retinet rangiferos, qui nati ſunt ex rangifero fœmina, data cuilibet à patre matreve, cum primum cernerent dentem in ore infantis. Si bona fuerint immobilia, ut territoria, lacus, montes, & id genus, ea citra diviſionem poſſident liberi cujuscunque ſexus poſt parentes ſuos æquali jure, & in uſus ſuos adhibent. Idem: *Faſt ægendom, ſom ær land, ſioegar, fiæll, eller fiskievvatn skiftes icke ibland barnen, uthan ſao vvætze broder ſam ſiiſter aoboor ſin faders och moders land. Therfoere ræchna the vvara ſit land, ſine skogar, fiæl och fiskevvatn, ther theras foerældrar leſvvat och bodt hafvva.* Hoc eſt: *Bona immobilia, ut ſunt territoria, lacus, montes, aquæ piſcationibus ſervientes inter liberos non dividuntur. Sed frater perinde, ut ſoror habitat patris matrisque ſuæ territorium. Idcirco ſuum putant territorium, ſuas ſylvas, montes, aquas, ad quas parentes ipſorum habitare conſueverant.* Quanquam hæc non nuda ſit perſuaſio, ſed fundamentum ſuum habeat in diviſione Lapponiæ à Carolo Nono facta, per quam familiæ cuilibet ſuum territorium, ſui lacus, ſylvæ, montes, & id genus ſunt tributa, ſicut loco alio à nobis memoratum eſt. Ex quo ſimul credo fieri, ut hæc indiviſa maneant familiis ſingulis, nec ut bona cætera, inter hæredes diſtribuantur. Nec enim hæc ita, ſicut bona cætera, ſunt propria ipſorum, ſed à Corona Sueciæ conceſſa, ſic, ut uſumfructum inde capiant, eoque nomine quotannis certum pendant tributum. Sed hoc alibi à nobis jam expoſitum, ut addendum nihil videatur.

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. XXVIII.

De Quadrupedibus Lapponiæ Domesticis.

POstquam prolixe satis de Lapponiæ incolis, eorumque ingenio, ac moribus disseruimus, addamus aliqua & de rebus cæteris, notatu digna. Primum sese offerunt quadrupedes, quarum quædam ibi non reperiuntur, quæ in Regionibus vicinis, quædam reperiuntur Ibi, quæ alibi non, quædam & ibi, & alibi reperiuntur. In Lapponia nulli reperiuntur equi, nulli asini, nulli boves, tauri, oves, capræ. Ac equos quidem plane negligunt incolæ, quippe quorum eis usus esse potest nullus. Boves, oves, capras, & id genus nonnunquam sibi comparant ex vicinis propter lanas, carnes & vellera, sed per æstatem unam tantum servant, hyeme appropinquante mactant, uti alibi jam dixi. Propriæ quatupedes Lapponiæ, ac quæ nusquam alibi terrarum inveniuntur sunt rangiferi, de quibus ideo agendum est cum cura. Peucerus nominavit *tarandos*, quod, cur fecerint, ignotum mihi est. Verba sunt ipsius in de Divinationum generibus p.m. 202. *Hi* (Lappones) *nec agros colunt, nec ullum animal alunt, præter tarandum, quo utuntur pro jumento, tempore hyemis, quando congelatæ aquæ constiterunt, & omnia obriguerunt frigoribus.* Sane qui tarandum à Plinio descriptum conferet cum rangifero, pene nihil simile inveniet. Est enim tarandus bovis magnitudine, capite majori, quam cervi, villis magnitudine ursorum, quos in omnes vertere potest colores, ut ostendit lib. VIII. At nil tale in Rangifero, quod ex sequentibus constabit. Ut ne Gesnerus quidem, aliique recte fecerint, qui ex duobus diversissimis animalibus formarunt unum. Nomen rangiferi quis primus usurpaverit, ignoro. Non fuit is Herberstenius, nec Zieglerus, ac ne Damianus quidem, cum hi nomina-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

minarint *rhen, reen, rengi*. Magis credo, sic vocatum ab Olao Magno, cum præsertim reddat rationem appellationis hujus, lib. XI. c. 37. *Rangiferi à tractoriis instrumentis ita dicti*, ait. Et lib. XVII. c. 26. *Bestia rangifer duplici ratione dicta, una, quod in capite ferat alta cornua, velut quercinarum arborum ramos : alia, quod instrumenta cornibus pectorig, quibus hyemalia plaustra tradit imposita, rancha & locha patrio sermone vocantur*. Quantum ex his verbis colligo, vel ipse primus Latine sic vocavit hanc bestiam, vel aliorum ante ipsum; hic in Suecia Latine sic vocantium explicavit animum, & cur *rangiferos* nominare voluerint, ostendit. Putat autem hoc factum ideo, vel quod *ferant ramos* quasi cornuum, vel quod *ferant ranchas*, id est, juga, seu potius circulos ligneos in collo, quando trahunt plaustra hyemalia, id est, trahas Lapponicas. Verum hoc posterius est falsum, nunquam enim ranchæ in jungendis rangiferis usurpantur, id quod alibi jam indicavi. Prius quoque non videtur admodum conveniens. Nam ex *ramo* & *ferre*, fit non *rangifer*, sed *ramifer*. Deinde nec peculiare quid hac voce notaretur: nam, ut maxime concederetur, ramos posse accipi de cornibus, talia tamen cornua non significarent, quæ sunt propria rangiferorum. Debet autem vox significare tale quidpiam quo hæc bestia ab aliis sit distincta. Quare si Rangiferi vocabulum Olaus non excogitavit (quod videtur inde intelligi, quia de illius causis non est certus satis) verum ante se usurpatum reperit ab aliis, existimo id potius formatum à vocabulo *rangi* & *fera*, ut significet feram, quæ dicatur *rangi*. *Rængi* enim, sive *rængi* per diphthongum, puto aliquando nominatam hanc bestiam à Suecis. *Ranger* sane dicitur Scaligero, Exerc. CCVI. p. 2. & Damianus : *Loco equorum utuntur animalibus, quæ Rengi suo sermone vocant*. Vides, nomen *rangi*, *rengi*, vel ut ego malo, *rængi* non ignotum his in regionibus. Nam quod dicit, *suo*, id est Lapponum sermone sic vocare, falsum est. Lappones appellant *Herki* sive *Puatze*, adeo hoc non Lapponicum est vocabulum, sed Sueticum. Sueci alias & *Rheen* appellant. Unde Herberstenius. *Referebat præterea, cervorum ibi greges, ut apud nos bovum esse, qui Nordvvegorum lingua Rheen vocantur*. Non est alia

Nord-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Nordwegorum & Suecorum lingua, istac quidem parte. Erratque etiam Zieglerus, quando Lappones sic ait nuncupare. *Equos non habent, sed eorum loco feram domant, quam ipsi Rheen dicunt.* Non ipsi, hoc est, Lappones, sed Sueci & Norvagi sic appellant. Quare vero Rheen sit dicta Suecis fera hæc, non magis constat, quam cur rængi sive Rangifer. Sunt, qui nomen putant accepisse à cursu. Verum *currere*, Suecis *Renna* cum *e* brevi, & *n* duplici, cum *rheen* unico scribatur & pronuntietur *n*; *e* autem longo sive duplici. Quare aliqui existimant à munditie sic dici, quoniam in ejus intestinis nullæ reperiantur sordes cum mactatur. Schedæ Johannis Buræi. *Reenen nær han slachtas, fins intet oreent i hans tarm, tii ær han kallat Reen.* Hoc est: *Quando rangifer mactatur, nullæ sordes inveniuntur in ejus intestinis, inde reen est dictus.* Olaus Petri mundiciem illam de externa putat accipiendam in corpore. *Reen purum denotat*, inquit, *uti & revera est. Nam hyeme nil quicquam impuritatis in eo externe apparet.* Quicquid sit, vocabulum & hoc, & cætera sunt recentia, dum animal ipsum pridem fuerit haud incognitum. Primus qui memoravit, Paulus Warnefridi seu Diaconus videtur esse, qui floruit circa annum MCCLXX. Ita enim habet lib. I. de Gest. Longob. c. 5. *Apud hos est animal, non satis assimile cervo, de cujus ego corio, ut fuerat pilis hispidum, vestem in modum tunicæ, genu tenus aptatam conspexi, sicuti jam fati, ut relatum est, Scritobini utuntur.* Dubium vix potest esse, quin describat vestem, qualis *mudd* Lapponibus, eisque propria est, ex proprio ipsorum animali rangifero formata. Quam cum tribuat Scritobinis sive Scritofinnis, hos eosdem esse, qui deinde Lappones sunt dicti, manifestum est. Animal ipsum, ex cujus corio vestem scribit consarcinatam, cervo facit haud dissimile, quod idcirco esse aliud, quam rangifer, non potest. Ideo & Herberstenius eorum greges supra nominabat *greges cervorum.* Et Damianus ait, *formam atque cornua cervorum habere.* Olaus Magnus. *In partibus magnæ Lappiæ bestia bricornis est, de genere cervorum.* Etsi autem non dissimilis sit multo, differt tamen in aliquibus. Primum enim major est. Olaus Magnus. *Est de genere cervorum, sed longe procerior.* Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tametsi sit, qui neget, tamen firmat etiam Jonstonus, allato Alberti testimonio. *Albertus*, ait in Historia Quadrup. p. 95. *speciem cervi repræsentare dicit, sed majorem esse.* Item Herberstenius: *Nostratibus cervis*, inquit, *aliquanto majores sunt.* Nempe non sunt cervi omnes generis ejusdem, & platicerotes cæteris magnitudine cedunt plurimum, qui fere soli per Septentrionem occurrunt. Sed & aliud est, loqui de altitudine, aliud magnitudine. Licet enim cervi etiam cæteri sint altiores ob gracilitatem longitudinemque pedum, corpore tamen facile à rangiferis superantur. Deinde habet cornua non duo solum, verum tria. Olaus idem. *Cornuum duo cæteris majora, eo loco, quo cervus habet, aliud vero in medio capitis, ramusculis circumstantibus cæteris brevioribus, situm est, caput undique contra inimicas bestias, præcipue lupos, armatum reddens.* Etiam hoc negant, verum sine caussa, & tantum, quia Olaum non intelligunt. Nec enim ea mens ipsius, quasi tertium hoc cornu plane sit à cæteris divisum, & seorsum extet, in eorum medio, magnitudine sola differens, in cæteris simile ipsis, quomodo pictor ineptus delineavit lib. VII. c. 27. hoc tantum voluit, provenire ramum quendam inter duo cornua majora, ortum quasi ex utroque, qui procedat versus anteriora, cumque dividatur & ipse in nonnullos velut digitos, sit instar eorum alicujus tertii. Atque tali modo armati hodieque rangiferi cernuntur non pauci. Duo habent cornua retroflexa, sicut vulgo cervi, ab his procedit ramus in medio, brevior quidem, sed & ipse instar cornu cervini divisus in digitos, conversus ad anteriora, qui ob speciem & divisionem illam non inepte cornu tertium vocatur. Quanquam sit frequentius adhuc, ut utrumque cornu talem ex se natum ramum, & sic cornu quasi aliud minutum habeat, in frontem versum, cornuaque videantur esse non tria solum, sed & quatuor, duo retroflexa, uti habent cervi, duo in frontem prominentia, quod rangiferis est peculiare. Observavit etiam Lomenius, ac iccirco ita scripsit suo in Itinerario de rangiferis: *Certant velocitate cum cervis, mole*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

mole corporis cedunt : hoc discrimine , quod duplicem cornuum ordinem gestent. Ubi ordinem duplicem intelligit unum ante , alterum retroflexum , quod apparet ex adjecta ibi pictura , in qua tamen pictor naturam rei minus probe assecutus est , quod constabit ex pictura nostra , quæ ad vivum est confecta. Quin imo Albertus Magnus eis triplicem tribuit ordinem , quod & ipsum aliter intelligendum non est. Jonstonus sic ex eo , lib. de Quadrup. p. 95. *Tres secundum eundem cornuum ordines in capite gerit , ita , ut in singulis bina sint cornua , & caput ejus virgulis compositum videatur. Ex his duo cæteris majora , in loco cornuum cervi , quæ ad perfectam magnitudinem augentur , adeo , ut quinque cubitorum mensuram aliquando attingant , & ramis viginti quinque conspiciantur. Duo etiam in medio capitis , ut Damarum habentur, mutilis & brevibus ramis mucronata. Denique alia in fronte anteorsum versa, ossibus similiora , quibus in pugna potissimum utitur.* Nil à vero Albertus dicit alienum, nam & sic formata cornua ipsorum aliquando deprehendentur , ut duo retro sint flexa , duo minora surgant in altum, duo alia minora tendant antrorsum, omnia suis divisa sint ramis ac digitis , ex communi tamen simul omnia proveniant radice , sintque ea , quæ prominent in anteriore , & quæ tolluntur in altum , velut augmenta & accessiones cornuum justorum , quæ ad tergum habet flexa instar cervi. Et huc pertinet effigies à Jonstono prolata tabula XXXVI. sub titulo *cervi mirabilis* , nisi quatenus in ea ex arbitrio pictoris quædam paulo alieniora. Cæterum hoc non est usque adeo frequens , frequentiora tria cornua , quatuor frequentissima , sic intellecta , sicut dixi. Quæ de cornibus eorum dixi , pertinent ad masculos potissimum , nam feminarum cornua & minora sunt , & in ramos pauciores divisa. Tornæus : *Hornen hafvva oxerenarna mæchta stoora , vviida , och maonggrænada , men reenkoon har dem mykit smærre.* Id est: *Cornua rangifer masculus habet magna, ampla, & ramosa, femina vero minora.* Est & hoc peculiare in rangiferis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quod eorum cornua hæc obsita frequenter sint velut aliqua lanugine. Notavit Damianus à Goës in Hispania Illustrata ubi de ipsis: *Cornua lanugine quadam cooperiuntur.* Quanquam hoc tum maxime contingat, postquam projecta denuo recruere. Olaus Petri. *Vere incipiunt erumpere, mollia, hirsuta, & intus plena sanguine. Cum ad justam magnitudinem pervenerunt, pilos autumno amittunt.* Porro distat rangifer à cervo etiam in eo, quod ipsius pedes breviores multo crassioresque sint, nec discedentes longe à pedem bubulorum specie. Ideo in eis ungulas notavit rotundas Olaus, tales enim boum aut taurorum. *Habet*, inquit, *ungulas bisulcas & fere rotundas à natura tributas.* Articulis pedum, quoquo modo ambulet, crepitum valde sonorum edit haud secus, ac si colliderentur silices, aut nuces, cui collidunt, non male comparuit Damianus, quod & ipsum est peculiare quid in rangifero. Verba Damiani sunt. *In eorum progressu lento vel celeri in tibiarum articulorumque agitatione ad instar nucum collisionis crepitus auditur.* Meminit etiam Olaus Magnus. *Fragor*, inquit, *ac strepitus pedum ungularumque tantus est, ut æque cito sonus audiatur, ac bestia concernatur.* Color denique ipsorum alius, quam cervorum, magis enim vergit in cinereum, præterea non sub ventre modo, verum & lateribus scapulisque albicat. Ideo hoc parte asinos referre potius, quam cervos, Damianus ait, supra dicto loco. *Magnitudinem & colorem asini habet*, inquit. Idem firmat & Zieglerus: *Pilo*, ait, *prope asini hirsuto.* Quod vero jubam eis tribuit Olaus Magnus, nescio, qui fiat. *Iuba tum*, inquit, *habet collum, veluti equus.* Habent equidem sub collo præsertim villos longiores atque pendulos, sed qualis & in capris hircisque, & in animalibus aliis creberrime cernuntur, nec conferri ullo modo possunt cum jubis equinis. Illud etiam notandum, quod tametsi sit bisulcum, tamen ruminare non consueverit. Sic testatur Johannes Tornæus. *The ære tvveklæfvvade, och doch intet idissla.* Hoc est: *Habent quidem ungulas bisulcas, nec tamen ruminant.* Item, quod pro fellea vesicula ductum quendam nigrum habeant in hepate. *Hoos dem finnes ingen galla, allenast i stallet fær henne een liiten svvart rand vvid lestren, huvilken*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ken ike heller af ſaodan bitterheet ær, ſom ellieſt i gallan vvara plægar. Hoc eſt: *Felin eis reperitur nullum, ſed ipſius loco ductus tantum parvus, coloris nigri, in hepate, cujus amaritudo quoque non eſt, qualis vulgo eſſe fellis ſolet.* Effigiem animalis, ſicut à me ipſo ad vivum eſt delineata, habes hic appoſitam.

Cæterum hæc beſtia natura quidem fera eſt, feraque reperitur bona copia per Lapponiam; gens vero Lapponica, vel quicunque eam etiam præceſſere, in uſus domeſticos cicurare ipſam cœpere. Unde recte Zieglerus: *Equos non habent, ſed eorum loco feram domant, quam ipſi Reen dicunt.* Quæ naſcitur ex ſic cicurata, vere eſt domeſtica & manſueta, cujusmodi greges integri multique per Lapponiam omnem viſuntur. Eſt & genus tertium, inter feras.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

feras & domeſticas medium, natum quippe ex utroque. Solent enim, quod teſtatur Samuel Rheen, & alibi à me dictum eſt, ferarum capiendarum cauſa domeſticas feminas Lappones exponere eo tempore, quo veneri dant operam. Ita fit, ut quandoque feminæ concipiant, tertiumque illud genus edant, quod Lappones peculiari voce *kattaigiar* vel *Peurach* appellant, majus cæteris, ac robuſtius, & ideo ducendis trahis maxime accommodatum. Verba Samuelis: *Om naogot aflas af vvildreenar och Lapparnas vayar, ſom the hafvva luppit bilſamman, the reenar kallas kattaigiar, hvvilka varde ſtore och ſtarka, och the bæſta kiærreenar.* Hoc eſt: *Si qui naſcuntur ex rangiferis feris & Lapponum fœminis inter ſe venereo congreſſu junctis, eos rangiferos vocant Kattaigiar, fiuntque proceri & fortes, & ad trahas ducendas aptiſſimi.* Id quoque ait hoc genus habere peculiare, quod retineant quippiam feritatis, fiantque ſubinde refractarii, pedibusque pugnent adverſus eum, qui trahæ inſidet. *Om the begynna tredſkas, vvænde the ſigemot them, ſom them kiorer, och ſlao them med ſina fœtter.* Hoc eſt: *Cum fiunt refractarii, vertunt ſeſe contra eum, à quo aguntur, ipſumque pedibus ſuis pulſant.* Neque aliud hoc caſu remedium, quam ut vector invertat traham, ſeque illa ſuperne impoſita protegat, donec ira deferbuerit. Validi namque ſunt, nec compeſci verberibus poſſunt, neque datur tempus vel occaſio ad alia remedia vinculis in traha religato. De feritate teſtatur quoque Joh. Tornæus. *Ejusmodi fœtus*, inquit, *præ cæteris inſolentior evadit.* Omnes hæ beſtiæ veneri operantur tempore autumnali circa feſtum Matthæi. Samuel Rheen: *Matthæi tiid om hoſten læpa reenarna i ſiin braona.* Hoc eſt: *Tempore Matthæi in autumno rangiferi venere ſtimulati currunt.* More hircorum aut cervorum fit congreſſus. Quod ſi qui eo tempore mactantur maſculi, eorum caro fœtet, ſicut hircorum. Ideo non facile tum Lappones hoc faciunt, ſed aliis temporibus, quibus ſaporem habent bonum, ipſis certe cibum præbent optimum, quod jam alibi oſtendi. Fœminæ (quas Lappones ſua lingua vocant waiiar) ferunt uterum per hebdomadas quadraginta, fœtum edunt fere in Majo, id eſt, eo tempore, quo Sole denuo gramineque ſeſe poſſunt recreare.

Idem:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Idem: *Waiiorna gao med ſine ahlſteri 400ec kor, och bæra the gemenligen foerſta Philippi Iacobi tiid, eller den tridie Maii, den de kalla Creutz maſſo, eller Erici tiid, eller Vrbani, den de kalla Cantepajue.* Hoc eſt: *Feminæ ferunt uterum per hebdomadas quadraginta, fœtumque edunt plerumque circa feſtum Philippi Iacobi, aut tertiam diem Maji, quam vocant miſſam Crucis, aut circa feſtum Erici, vel Vrbani, quod vocant Cantepajue.* Edunt autem ſingulæ ſingulos tantum. Olaus Petri: *parentes plures quam unum, non pariunt.* Sunt tamen plurimum fœcundæ, ita ut ex fœminis centum vix ſint decem, quæ non concipiant. Et hæ quidem, quæ non concepere proprium ſuum ſortiuntur nomen, ac vocantur *Raonæ.* Samuel Rheen: *The ofruchtſamme vaiiar kalla the, Raone.* Hoc eſt: *Feminas ſteriles appellant Raone.* Fiuntque carnium ſuccique plenæ, tanquam eſſent ſaginatæ appropinquante autumno, unde poſtea mactari ſolent. Quæ vero conceperunt, fœtumque ediderunt, fœtum illum ſuum alunt lacte ſuo ſub dio. Idem Samuel Rheen. *Kalfreenarna hafva ſin foeda af ſin moders miölck, och komma aldrig under nagot taak.* Hoc eſt: *Vituli rangiferorum nutrimentum accipiunt ſuum ex lacte materno, neque unquam tectum ullum ſubeunt.* Atque hac in re nullum ex multitudine impedimentum. Suam quisque vitulus matrem, ſuum quæque mater vitulum novit, non ex viſu modo, ſed & voce. Idem: *Kalfreenarna foelia altid ſina moedrar, the griinta ochemot hoar andra, modren emot kalfvven, och kalfvven emot modren, ſao atte huruvval noegra hundrade vvaiior vviſtas tillſammen, kenna likuel modrarna ſine foſtar igien, och kalfvvarna ſine modrar, ia oftaigen kenna modren och foſtret hvar andra efter tvvao, eller tree aohrs foerlop.* Hoc eſt: *Vituli perpetuo ſectantur matres ſuas, adhinniunt mutuo mater & vitulus, ſic ut tametſi aliquot centuriæ fœminarum congregatæ ſint, matres tamen fœtum ſuum, & vituli matres ſuas noſcant, imo ſæpe mater fœtusque ſe agnoſcunt mutuo poſt duos treſve annos.* Poſtquam vituli aliquantum adolevere, pabulum eorum gramen eſt, edunt & folia, item herbas, quæ naſcuntur in montibus. Vitulorum color primo ex rufo & flavus mixtus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Johannes Tornæus: *Kalfvvar æra i foerſtene roedlætta.* Hoc eſt: *Vituli ab initio rubicundi ſunt.* Poſt circa feſtum Jacobi mutant pilos, & loco dictorum accipiunt, qui ſunt coloris nigricantis. Samuel Rheen, *Reen foſtren æro i foerſtanna roedbleka, ſedan fælla the bort the forſta haoren vid Iacobi tiid, eller litet til foerenne, och tho ige vvæxa ſvvarte haor.* Hoc eſt: *Fœtus rangiferorum ab initio ſunt coloris flavi vergentis in rubrum, poſt pilos eos mittunt circa tempus Iacobi, vel paulo ante, aliosque recipiunt nigros.* Tornæus colorem eum facit non nigrum, ſed qualis ſolet eſſe capillorum. *Emot Iacobi tiid fella dhe haoren, och fao i ſtællat rætt haorfærgat haor.* Hoc eſt: *Circa tempus Iacobi mittunt pilos, recipiuntque qui plane referunt colore capillos.* Ubi eos intelligit capillos, qui obſcuriſſime flavent, peneque nigri ſunt. Magnitudinem acquirunt juſtam anno quarto ætatis Olaus Petri. *Quale ætatis anno rangifer adjuſtam corporis magnitudinem pervenit & rebus.* Interea certis ætas ejus diſtinguitur nominibus. Nam anno primo ætatis Lappones eum vocant *Mees*, ſecundo *Orach*, tertio *Worſu*, quarto *Koſott*. At ſequentibus temporibus vocatur *Namiloppu*, id eſt, *nomine deſtituto*, & ſi fuerit maſculus, *Hiruas*, ut eſt teſtis Johannes Tornæus. Nam Samueli Rheen eſt *Herki*. Poſtquam juſtas adquiſivit ſibi vires ad neceſſaria facienda opera domatur, alius, ut trahas curſu veloci ducat, quod genus vocant Lappones *Vajomherki*, alius ut vehat onera, quod genus dicunt *Lykamherki*, teſte Samuele Rheen, notat autem illud rangiferos vehiculares, hoc vero onerarios. Omnes hos, ad opera facienda deſtinatos, caſtrare plerumque ſolent. Idque propterea, ut ſint tractabiliores. Olaus Petri: *Animal eſt manſuetum, & utiliſſimum, & præſertim mas centerius. Mas enim non caſtratus, eſt ferus & immorigerus.* Caſtratio fit ſtatim poſt ætatis annum primum. Idem: *Elapſo anno caſtrant pullos rangiferorum.* Faciunt hoc autem Lappones, dentibus & morſu debilitando comminuendoque nervos circa genitale. Samuel Rheen. *Reenarna ſom the villia bruka till arbete, biter Lappen med ſine tænder the ſenor, ſom æro kring om theras hemlige ting, att the ſedan icke hafva naogen naturlig kraft.* Hoc eſt: *Rangiferorum illorum, quorum uti miniſte-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

miniſterio ad opera varia conſtituerunt, nervos Lappo dentibus ſuis admorſicat, qui cingunt genitale eorum, ut deinde vires nullas habeant naturales. Cæteri, qui augendæ prolis gratia ſervantur integri, Lapponibus dicuntur *Servi*. Numerus ipſorum non eſt tantus, quantus feminarum, nam ad centum feminas vix viginti mares jungunt, ſicut idem teſtatur. Feminæ Lapponibus præſtant lac, caſeum, & fœtum. Lac emulgent viri pariter ac feminæ, procumbentes in genua, manuque altera tenentes vaſculum ligneum, quo lac excipiant, altera emulgentes. Solent autem emulgere modo liberas, modo religatas ad palum. Fit hoc fere circa horam ſecundam vel tertiam pomeridianam, nec niſi ſemel de die. Quicquid enim poſt id tempus ad horas matutinas lactis habent, id ſervant vitulis ſuis alendis. Solentque hæ uberius præbere lac, quam quæ vitulis ſunt deſtitutæ. Idem: *Ihe vvaiiar, hvvilkes kalf hort dae, eller ſlachtade varda, molka icke ſao miicket, ſom the, hvvilkas kalfvar lefua.* Hoc eſt: *Earum ex rangiferis feminarum, quarum mortuus eſt fœtus, aut mactatus, lac non æque copioſum præbent, ac quorum fœtus eſt vivus.* Porro maxima cenſura, qua ex una lac haberi poteſt, ſtofa & dimidia Suecana, id eſt, paulo plus, quam pars quarta canthari, quo ad Rhenum vulgo vinum ſolent metiri. Idem: *Den vagen ſom mæſt molkar om ſommartiid, kan vara till ett halft ſtoop.* Hoc eſt. *Femina pro lacte peribit plurimum in æſtate, dat circiter ſtofam dimidiam.* Eſt autem lac rangiferorum natura ſua craſſum, atque denſum, itaque alit plurimum. Idem: *Reenmiölck ær ganska kræftig, och vvarder tiock, ſom æggemiölck.* Hoc eſt: *Lac rangiferorum vires habet copioſas, eſtque denſum, ac ſi admixta ova haberet.* Ex hoc lacte plurimum alimenta ſua capiunt Lappones, ut alias eſt dictum. Quod non coquunt, ex eo caſeum conficiunt. Ratio conficiendi talis eſt, ut eam deſcribit Samuel Rheen, cujus verba Latine tantum apponam. *Mulieres Lapponicæ primum lac ſinunt coagulari, deinde ſic coagulatum pala hauriunt ex aheno, cumque eo formulam implerunt unam, aliam ei imponunt, quam & ipſam implent lacte coagulato, & huic rurſum aliam pari modo, donec ſex, vel octo formulas impleverint, tum vertunt eas formulas, ut quæ ima fuerat,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

erat, fiat ſumma, neque manibus ſuis premunt caſeum, ſed ipſi ſeſe caſei, alius alium. Singuli hi caſei requirunt tantum lactis, quantum ex rangiferis decem poteſt haberi, ſicut idem teſtatur. Species rotunda eſt, magnitudine orbis lignei, quo vulgo utimur in menſis, craſſitie pollicis aut duorum digitorum. Natura caſei hi pingues atque oleoſi. Idem: *Denna oſt ær ganska feet, ſom giors af den feeta mioelken ſom vvaitorna molka om ſommartiid, medam the foertæra thet feeta græſet, ſom vvæxer i dalerna emellam fiællen.* Hoc eſt: *Caſeus hic admodum eſt pinguis, quia fit ex lacte pingui, quod præbent rangiferi fœminæ per æſtatem, quando comedunt gramen ſucculentum, quod in vallibus montium Norvagiæ naſcitur.* Licet autem caſeos hoſce faciant ex lacte, butyrum tamen facere non poſſunt. Olaus Petri. *Non tamen ex lacte butyrum conficiunt, ſicuti aliqui fruſtra tentarunt.* Habent tamen iſtar ejus quiddam, quod ad ſevum pæne accedit, ut oſtendi, ubi egi de victu Lapponum. Jam quia Lappones utilitates has, & plures alias accipiunt à rangiferis, iccirco curam habent eorum, & in paſcua ſtudioſe deducunt, eosque tuentur contra vim ferarum. Samuel Rheen. *Reenarna maoſte skoetas natt och dag, Winter och Sommar, att the icke mao bortkomma, eller af vvildiuren foerskingras.* Hoc eſt: *Rangiferorum cura eſt habenda noctes atque dies, hyeme ac æſtate, ne amittantur aut à feris diſſpergantur.* Solent autem, quo curare poſſint melius, adeſſe ſemper paſcentibus, una cum uxoribus, liberis, famulisque ac ancillis, eosque circuire, longiusque evagantes increpare, ac compellere ad gregem, cum tempus emulgendi venit, vel in ſeptum ad id locum agere, vel religare ad palos. Sepimento utuntur in locis ſaltuoſis, ubi ſpatium quoddam, quantum ſufficit, includunt ſtipitibus longis, collocatis in ambitum ſuper furculas cum duabus portis, per quarum alteram ſepimento immiſſi rangiferi includuntur, per alteram emiſſi, reducuntur in paſcua. Quod ſi veniant in juga montium nuda, & deſtituta lignis, ad palos minutos fœminas rangiferorum religant, donec lac eis fuerit collectum, ut hæc omnia prædictus ſcriptor teſtatur. Pabulum, quo veſcuntur rangiferi per æſtatem, ſunt herbæ optimæ, quæ naſcuntur in vallibus, item folia vir-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

virgultarum. A gramine junceo, aspero, duro, penitus abhorrent. Idem Scriptor. *Am sommaren soekia the i dalerna the bæsta oerter och græs, som the kunna finna, item loef, och i synnerheet thet i fiellen vvarer, pao smaott riis, huilket ær ett tiukt och feet loef, men aldrigæta reenerna starr eller annat groft græs.* Hoc est: *Rangiferi per æstatem in vallibus quærunt herbas optimas, graminaque, quæ possunt reperire, item folia, præsertim quæ nascuntur ad montes Norvagicos in virgultis humilioribus, quæ crassa sunt & pinguia. Nunquam vero edunt gramen durum asperumve.* At vero reliquo tempore victum suum habent ex peculiari genere musci albi, quod & in montibus, & in sylvis nascitur copiosissime per Lapponiam omnem. Muscum eum, cum sunt omnia contecta nivibus, effodiunt pedum ungulis. Idem. *Maoth hoesta tiid nær jorden ofvertæckes med snioe, soekia the mæst efter huita mossen, som finnes bæde opp i fiællen, och skoglandet, efter denna mossen græfuæ reenarna med sina foette, i det the kaste undan sig snioen, och thet lilla, the under honom finna, foertæra the.* Hoc est. *Circa autumnum cum terra nivibus obtegitur, plerumque quærunt muscum album, qui reperitur cum in montibus, tum in sylvis subjectis. Hunc muscum rangiferi pedibus suis fodiendo investiant, submoventes nives, & exiguum illud, quod sub ipsis inveniunt hujus musci, illud comedunt.* Eadem habet etiam Olaus Magnus lib. XVII. cap. 26. *Cibus*, ait, *hujus bestiæ est muscus montanus, candidus, præsertim in hyeme, nivibus in superficie soli coopertus, quas nives, licet densas, naturæ instinctu, quasi sylvester equus perforat, cibum quæsiturus. In æstate vero foliis ac frondibus arborum, stando eundoque melius, quam se inclinando floribus ac herbis propter cornua nimis antrorsum incurvata vescitur.* Observat autem hoc peculiare Samuel Rheen, quod licet musco vescantur exiguo hybernis mensibus, plus saginentur tamen, evadantque nitidiores, quam temporibus reliquis. *Chururoæl saodant siiner vvara een ringa spiis och foedo, vvardarenarna gemenligen fetare om hosten, sedan de begynna æta af bemælte mossa, an the æro om sommartiid, mædan the æta loef, oerter och græs.* h. e.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Licet cibus hic videatur exilis, tamen obesiores fere rangiferi evadunt in autumno, postquam cæperunt vesci dicto musco, quam in æstate, cum ederent folia, herbas, atque gramen. De habitu corporis eorum optimo per hyemem, testatur & Olaus Petri: *Autumno*, inquit, *& hyeme in optima & carnis & corporis constitutione. Eo tempore est hirsutus, sed in vere miserrimum habet aspectum.* Cur autem æstate sint deteriores, fit, quod perferre nequeant calorem. Idem: *Caloris æstivi est impatientissimus, adeo, ut eo tempore nil quicquam, nisi ossibus, nervis & cute constet.* Est & morbis suis genus hoc obnoxium, qui, si ingruunt, gregem totum solent pervagari, & ad necem dare. Qua de re Johannes Buræus ita habet schedis suis. *Vppao renarna kommer stundom en siuke, liika som pestilentia, sao att the doe alla bort, att Lappen maotte koepa ao niio reenar.* Hoc est: *Solet interdum rangiferos morbus quidam, velut pestis invadere, sic ut moriantur omnes, Lappoque compellatur novos sibi comparare rangiferos.* Sed hic morbus rarior. Ille annis singulis infestus ipsis, quem describit Olaus Petri ad hunc modum: *Post mensem Martium incipiunt vermes in dorso generari, qui postea vivi facti ex dorso prodeunt, coriumque, si tunc mactatur, plenum faciunt foraminum instar cribri, ut ad paucos usus sit idoneum.* Insidiantur eis & lupi, licet sese cornibus tueri studeant. Idem: *Vargen plægar och sarga och doeda them.* Hoc est: *Lupus quoque eos mordere, ac interficere solet.* De cornibus docet Olaus Magnus, præsertim iis, quæ prominent in frontem. *Caput undique contra inimicas bestias, præcipue lupos, armatum reddunt.* Nimirum ut omittam alia, ne quidem semper cornibus sunt armati, nam quotannis ea abjiciunt, nec recipiunt nisi paulatim. Olaus Petri. *Cornua eorum quotannis sicuti crescunt æstate, ita & decidunt hyeme.* Samuel Rheen. *Alla renarna bortfælla sine horn een gaong om aoret, och the reenar, som æro baesbe, fælla forst sin hora, huilka smaoningom igenvvæxa och æro i begynnelsen ludna.* Hoc est. *Rangiferi omnes semel annis singulis cornua sua abjiciunt, quia optimi sunt, faciunt hoc primi, succrescuntque illa paulatim, ac initio sunt lanuginosa.* Feminæ hoc non faciunt, priusquam conceperunt.

Idem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Idem: *Vajorna behaolla ſine horn intill den tiiden, the alſtra, och bæra ſina kalfvvar.* Hoc eſt: *Feminæ ſua cornua non abjiciunt, priusquam conceperunt fœtumque ferunt ſuum.* Quanquam rangiferi non tam cornibus adverſus lupos pugnent, quam pedibus prioribus, quibus eos imminentes validiſſime pertundunt. Olaus Petri Niurenius: *Quando evenit interdum, rangiferum incidere in lupum, hoſtem ſuum infenſiſſimum, tuetur ſe plus anteriorum pedum depalmatione & ictibus, quam cornibus.* Alias adverſus eos malunt ſe tueri fuga. Idem: *Tota ſalus ejus poſita in pedibus, & ſi nix non adeo copioſa fuerit, pedum velocitate fugere lupum poteſt, & ſalvus elabi.* Tertium eſt incommodum, quod niſi bene cuſtodiantur, ſparſi diſſipatiq; abeant. Itaque notare illos ſolent certis ſignis, quo evagatos longius, aut permixtos aliis dignoſcant. Johannes Buræus in ſchedis ſuis: *Sina reenar hauo the alla ſitt mercke pao.* Hoc eſt: *Omnibus rangiferis impoſita habent ſigna ſua.* Notant autem, ſigna ea imponentes cornibus, ut alibi eſt dictum, vel quia cornua amittit, auribus. Unde Tornæus: *Lapparna hafvva ſaodana vvildrenar faongit, ſom deras egit mærke i ærat burit hafvva.* Hoc eſt: *Lappones multos ceperunt rangiferos ſylveſtres, qui propria ipſorum ſigna geſtarunt in auribus.* Quod ſi mala ſuperarunt omnia rangiferi, vix ultra annum decimum & tertium ætatem producunt. Olaus Petri: *Rangifer raro ſupra annum decimum & tertium vivit.* Et hæc de rangiferis. Quod eſt genus unicum, quo explentur vices equorum, ovium, & aliorum animalium, alios apud populos, & igitur huic unico dant operam, omiſſis aliis. Niſi quod & canes alant, cuſtodes domus, pecorisque, & miniſtros venationum, uti alias oſtenſum eſt, ubi de venationibus agebamus. Olaus Petri cap. 19. *Animalia Lapponum domeſtica non plura ſunt quam duo, canis venaticus, & ſecundum rangifer, Suetice reen.*

CAP.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

CAP. XXIX.

De Quadrupedibus Lapponiæ Feris.

INter feras, quæ reperiuntur per Lapponiam, principatum tenet Urſus, hunc quaſi Regem eſſe volunt ſylvarum. Samuel Rheen *Biornen haolla Lapparna foer ett fornæmligit diur. Kalla honom foer den skull skogbonda, thet ær, een ſaden, ſom ær een huusbonde oefvver alle andre diur i skogen.* Hoc eſt: *Vrſum Lappones pro fera præſtanti habent; Ideoque vocant eum dominum ſylvarum, id eſt, eum qui ſit herus omnium animalium reliquorum in ſylvis.* Addit ibi cauſam, quod viribus ferociaque antecedat cæteras feras omnes, vel, ut ipſe loquitur, *efter han med ſin grymheet och ſtarkheet the andre diur ofvvergaohr.* Numerus eorum non exiguus, alii aliis truculentiores, præſertim illi, qui circa collum albo ſignantur annulo ſeu torque, quales per Septentrionem non pauci occurrunt. Lapponum infeſtant pecora, reconditorie, in quibus ſuper arborem ſuccisam collocatis ſervant carnes, piſces, alia, ad victum ſuum pertinentia, ſubvertunt, & ſic dominum omnibus ſuis nocte una privant alimentis, uti loco alio eſt dictum. Poſt urſos occurrunt alces, quas & onagros vocat Olaus Magnus, quanquam alia onager ſit fera. Scaliger confudit cum rangiferis, & pro iisdem habuit. Ita enim ſcripſit Exerc. CCVI. *Alce noſtra pilo aſinino eſt: Ranger dicitur à Suecis, à quibusdam Gothis, Rangifer, à Germanis Ellend, à Moſchovitis lozzi. Inveni in quibusdam Commentariis, in Norvagia Rehen appellari.* Qui ſint illi commentarii, in quibus Scaliger hoc invenit, ignoro, illud ſcio certo certius, Norvagos alcem, & quam Germani *Ellend* vocant, nunquam appellaſſe *rehen*, ſed *elg*, eſtque hæc earum hodieque appellatio communis, per Septentrionem omnem. Convenit Olaus Magnus, quando lib. XVIII. cap 1.

Alces

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Alces ſunt ab Aquilone, ubi vulgariter Elg, vel Elgar appellantur. Neque aliter ſentiendum de Moſcovitarum *Lozzi*, quippe quæ ſit eadem cum *Loſs* Lithuanorum, Herberſtenius : *Quæ fera Lithuanis ſua lingua loſs eſt, eam Germani Ellend, quidam Latine Alcen vocant.* Loſs ergo, Lozzi, ælg, Ellend, una eademque fera eſt, diverſiſſima à Rangifero, contra quam exiſtimabat Scaliger, vel Rheen Norvigarium. Nam magnitudine primum ſua ſuperat rangiferum non parum, cum & equis par ſit, iisq; altiſſimis, deinde cornua habet breviora, ſed latiſſima, duorum & amplius palmorum latitudine, quæ diſtinguuntur à fronte ac lateribus in digitos nec ita multos. Pedes quoque non rotundos, ſed longos, præſertim priores, ita ut his pugnet acerrime, atque longis, & in acutum deſinentibus ungulis canes hominesve obvios pertundat. Neque magis convenit capite, quod ei longiuſculum eſt, cum labris magnis, craſſis, propendentibusque. Sed nec color ejus æque albet, ſed per corpus totum æqualiter vergit magis in obſcuriſſime flavum, cum cinereo permixtum. Jam quando ambulat, nullus crepitus articulorum editur, quod fit in omnibus rangiferis. Deniq; qui vidit animal utrumque, quod mihi contigit non ſemel, tantam intelligit diverſitatem, ut ſit mirum, poſſe quenquam habere pro eodem. Cæterum has alces parvo numero Lapponia nutrit, magisque aliunde accipit, præcipue ex Lithuania ; accipit tamen, unde per edictum publicum Carolus Nonus pelles earum, ſi quæ occiduntur à Lapponibus, fiſco ſuo addixit, uti loco alio monſtratum eſt. Olaus Petri ſic de alce. *Alces in Laplandiæ auſtrali duntaxat parte verſantur, & capiuntur maxima ex parte eo vel Lapporum inſectatione, vel ruſticorum venatione adacti. In cæteris ſunt vel rariſſime, vel nunquam. Ex Carelia tamen certum eſt, alces bis in anno in maxima copia per fluvium Nivæ tranſire. Vere ſcilicet catervatim in Careliam tendunt, & autumno rurſus remeant in Ruſſiam.* In Lapponia inveniuntur & cervi. Sam. Rheen, enumerans feras præcipuas, quæ ibi occurrunt : *I Lappemarken ſinnes mongehanda ſlags diur, ſaoſom uildreenar, biærnar, Siorter, vargar, jerfuar, bæfrar, ottrar, ræfuar, vvaordar, och ikornar.* Hoc eſt: *In Lapponia variæ ſpecies animantium reperiuntur, ut rangiferi ſylveſtres,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

stres, ursi, cervi, lupi, gulores, castores, lutræ, Vulpes, mardures, & sciurē. Sed sunt cervi illi similiter non usque adeo frequentes, præterea minuti, quales vulgo damacervi aut platicerotes nuncupantur. Qui cum nihil habeant peculiare præ iis, qui reperiuntur alibi terrarum, sufficerit, quod nominati sint à nobis. Cervis jungi possent rangiferi sylvestres, quorum numerus est ingens per Lapponiam. Verum quia nihil differunt à Domesticis, nisi sola magnitudine, quæ in eis major, & colore, qui est nigrior, idcirco ne de iis quidem amplius quid addimus. Olaus petri: *Rangiferi sylvestres magnitudine duntaxat à domitis discrepant.* Cervis addit lupos Samuel Rheen. Et reperiuntur magna copia per Lapponiam, qui in eo fere differunt à vulgaribus in terris aliis, quod coloris sint vergentis plus in album, unde quoque albi lupi à quibusdam nuncupantur. Sed & pilos habent densiores, longiores, atque spissiores. Hi plurimum infestant Lapponum rangiferos, qui se contra ipsos cornibus tuentur. Olaus Magnus lib. XVII. c. 26. de ipsis, & eorum cornibus: *Caput undique contra inimicas bestias, præcipue lupos, armatum reddunt.* Reperi, quod est prorsus singulare, in schedis Buræanis, quas jam memoravi aliquoties, nunquam lupos impetum solere facere in rangiferos, fuerint alligati ad stipitem. Verba Schedæ: *Renen nær han ærtunden, byter han aldrig vargen, men ær han loes, blifuer han vargamath.* Hoc est: *Si alligatus fuerit rangifer, nunquam morsu eum appetit lupus, at si fuerit liber, luporum fit pabulum.* Et potest esse causa, quia lupus metuit insidias, quando cernit funem, quo est rangifer ligatus. Est enim animal suspicacissimum lupus, & rem quamlibet accipit pro laqueo, vel dolo alio, quo possit circumveniri. Item, quod vicinos credat homines, à quibus possit occidi, cum Lappones religare funibus ad palos soleant rangiferos, cum lac debent emulgere, sicut alibi ostensum est. Quanquam non modo rangiferos, sed ipsos quoque homines aliquando invadant, mulieres præsertim, & gravidas. Quod docet Olaus Magnus lib. IV. c. 11. ubi agit de Lapponibus, & modo, quem observant in tentoriis suis: *Pars eorum,* inquit, *in arboribus quadrato ordine crescentibus domos collocat, ne denso*

niviumꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

nivium casu in campestribus suffocentur, aut à bestiis famelicis insuperabili agmine congredientibus devorentur. Quo casu magna custodia fit prægnantium mulierum & parvulorum, quos avidius tanquam delicatiorem escam insequuntur, prout inferius de luporum natura dicetur. Locus, quem his ultimis indigitat, est libro XVIII. c. 13. ubi ita habet: *Viatores armatos incedere oportet, præcipue mulieres partui viciniores, quibus lupi capto odore magis insidiantur. Ideoque nulla fœmina sola permittitur itinerari, quin armatus custos illi assistat.* Unde liquet, lupos esse, unde maximum prægnantibus accidat periculum, & hoc in Lapponia præcipue timeri Lupos apud Samuelem Rheen in verbis antea prolatis excipiunt gulones. Sunt & hi non infrequentes apud Lapponas. Caput habent rotundius non nihil, dentes validos acutosque, similis Lupinis, corpus amplum, pedes breviores quales lutrarum solent esse. Pellis est nigerrimi coloris de qua verissime Olaus Magnus. *Candet fuscata nigredine, instar panni Damasceni, diversis ornata figuris.* Sunt, qui Zabellinis pellibus quodammodo æquiparent, nisi quod habeant delicatiores molliosque pilos Zabellinæ. Animal ipsum non in terris modo degit, sed plerumque etiam in aquis, ritu lutrarum, quanquam majus sit, & validius. Unde aliqui ad lutras referunt, quippe quarum æquat magnitudinem vel superat. Neque cedit verocitate, quin imo antecellit, unde nomen etiam accepit. Olaus: *Patrio sermone* (Suetico) *Ierff dicitur, & lingua Germanica Vilefraß, à multa comestione.* Scaligero Exerc. CCIII. vocatur *Wildfraß.* Verba ejus: *Rosomachæ nomen Sclavum est. Suetici Ierf dicunt, Germani Wildfras.* Sed Germanicum hoc vocabulum non notat devorantem multa, sed sylvestria & fera. *Wild* enim Germanis *ferum* significat. Itaque vel non intellexit satis Scaliger Germanicum vocabulum, vel quod magis puto, amanuensis aut typographus scripturam ejus minus probe secutus est. Quod ex eo quoque patet, quoniam gulo non feras modo consectatur, sed & animantia domestica, ut in Suecia non semel est compertum, imo aquatilia quoque, cum in aquis degere non infrequenter soleat. Castores in Lapponia sunt plurimi, quia tota regio piscibus abundat, unde copiosum habent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

victum. Putant Olaus Magnus, etiam ex eo copiam hanc esse, quod minus turbentur à navigantibus. Verba ejus extant lib. XVIII. c. 5. *Maxima horum animalium (castorum) abundantia est in septentrionalibus aquis, eo, quod quietiores sunt, quam Rheni vel Danubii, ubi strepitus est, & incessabilis navigantium labor.* Sed de his, quia nihil differunt à vulgaribus, non habemus, quæ addamus. Quemadmodum nec de lutris, quas post castores memorat Samuel Rheen in superioribus. Subdit his vulpeculas, quarum copia & varietas per Lapponiam est maxima. Et recenset ipse nominatim, præter vulgares *Svvarte, brande, och Korsräfuar, sampt blao och huiita räfvar.* Hoc est: *Nigras, fuscas, cruce notatas, cinereas, & albas vulpes.* Nigræ pretiosissimæ, quoniam rarissimæ. Apud Moschovios viri maxima in dignitate constituti pellibus eorum utuntur in pileis, qua de re jam olim Herberstenius: *Vulpinæ pelles, & præsertim nigræ, ex quibus plerumque tegmina capitis facere solent, plurimi fiunt, decem enim, nonnunquam quindecim aureis venduntur.* Olaus Magnus lib. XVIII. c. 37. *Nigræ pelles pretiosiores cæteris æstimantur, quia Moschovitarum principes frequentius his utuntur.* Fuscæ inter nigras, & rufas communes, sunt mediæ. Cruce notatas Jonston *crucigeras* appellat, describitque in hunc modum. *Crucigera ab ore per caput, tergum & caudam recta nigri coloris linea notatur, deinde alia transversa per armos ad pedes anteriores, quæ duæ lineæ crucis figuram exprimunt.* Hæ vulgaribus rufis anteferuntur, & plerumque majores, pilisque densioribus sunt vestitæ. Cinereæ sunt, quas Jonston nominat *Isatidas.* Color enim earum velut ex cinereo & cæruleo, qualis Isatidis herba solet esse, mixtus ac compositus. Quanquam color hic nec omnium, nec totorum sit pilorum. Nam qui pili longiores sunt, in extremitatibus suis nigrescunt, alii qui brevissimi, & lanuginosi, fere albi sunt, ut is color ex mixtura quadam horum resultet. Olaus Magnus supra indicato loco vocat *cælestini aut azurini coloris* vulpes, uti simul docet, cæteris haberi viliores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

liores. Quemadmodum & albas, quas apellat *candidas*, quia pili sunt albissimi citra ullam alterius coloris admixtionem, quales cuniculorum solent esse. Causa, quia numerus earum maximus, pili quoque haud durabiles: Idem Olaus: *Candidæ pelles minoris sunt reputationis, & coloris cœlestini, aut asurini, propter multitudinem, & pilorum casum; minus enim cutibus adhærentes durant.* Quod autem tanto pelles albarum habeantur numero, fieri ex eo potest, quoniam facilior venatio ipsarum, cum versentur non in sylvis, verum nudis montibus, Norvagiam Sueciamque interpositis. Samuel Rheen: *Hvvytæ ræfvar finnes allenæ op i fiellen, och icke synnerligen neder, skoglands.* Hoc est: *Vulpes albæ tantum superius in montibus reperiuntur, non inferius in sylvestri regione.* Post vulpes nominantur mardures in verbis superius allatis. Ergo ipsæ etiam in Lapponia frequentes. Et profecto vix aliunde pelles earum, aut præstantiores, aut numerosiores habentur. Differunt tamen, meliores enim, quarum guttur pilos habet lutei coloris, quam albi. Sed hæc nota. Id peculiare, quod Lapponia martes sive marduros (nam & sic appellant mardures) non alat, nisi ea parte, qua sylvestris est. Idem: *Maorder finnas allenast i skoglandet, men icke opp i fiallen.* Hoc est: *Mardures inveniuntur tantum in sylvestri regione, non superius in montibus.* Pabulum quoque singulare, nam sciuris vescitur potissimum, & avibus Olaus Petri: *Nocte quia acutissimis donatus est unguibus, arbores ascendit, & sciuri multi ibi illi fidunt præda. Sciurus cum æqualis sit agilitatis, sed non roboris, salvat se per arborem, circum trabem currendo. Id imitari hostis nequit. Si ad cacumen cogitur, aliterque evadere nequit, ex supremitate unius salire in alteram arborem solet. Hisce non solum animal illud est infestum, sed etiam avibus majoribus & minoribus. In arboribus pernoctantes suis unguibus apprehendit, & vorat. Si majores fuerint apprehensæ, statim ad volatum se conferunt, eo insidente, & tam diu mordente, quoad in terram mortuæ ceciderint.* Se-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quuntur sciuri', quorum copia est incredibilis per Lapponiam, habent ibi hoc peculiare, quod colorem mutent quotannis, & appropinquante hyeme pro rufo griseum accipiat, qui color maxime in pellibus eorum æstimatur. Samuel Rheen: *The ombyta hvvart aohr sitt haor, sao att om sommaren æro the ræda, om hæstetiid vvarda the grao igien.* Hoc est: *Annis omnibus singulisque pilos mutant suos, ita ut æstate sint rusi, tempore autumnali vero evadant denuo grisei.* Color hic quo longius Septentrionem versus degunt, hoc est, incorruptior, minusque permixtus cum rufo; item, quo tempus anni longius abest ab æstate. Itaque in media hyeme præcipua venatio ipsorum, in æstate nulla. Quanquam vero mira sit eorum copia, solent tamen annis nonnullis agminatim abire, ut vix aliqui supersint. Idem: *Ickornar finnas icke alla aohr af alla ymnogheet, tii somblige aohr vvanckas the i stoor myckenheet, men somblige færsvinna the sin koos.* Hoc est: *Sciuri non pari multitudine reperiuntur annis omnibus. Aliquibus enim copia eorum est maxima, aliquibus vero plane disparent.* Causa discessus istiusmodi non satis nota est. Sunt, qui metu famis putant fieri, dum præsentiunt inopiam pabuli, quo utuntur, imminentem; alii putant alias cœti subterfugere injurias. Modum describit idem Rheen. *Nær the viliafærsuinna, læpa the hæpetals tillsiæarne, sattia sig pao smao barchstiicken, up sættiandes sin suants, viliandes dær med segla ofver sioear, man moste foer storm och ovvæder sættia kiæra liifuet till.* Hoc est: *Cum disparituri sunt, agminatim decurrunt ad lacus, corticibus arborum insident minutis, caudasque simul elevant, quasi velificaturi per eos, sed à tempestatibus ventisque obruti, vitam amittunt.* Firmat idem Olaus Petri, seque ipsum vidisse testatur. *Corticibus,* inquit, *pini vel abietis, ad ripas aquarum repertis sese imponunt, vi venti solvunt à littore, caudam pro velo in altum erigunt, & quo ventus spirat, eo feruntur, quoad fluctus aquarum evertat navigium, & nautam obruat. Ejus autem naturæ est corpus, ut non sidat, sed aqua examinatum ad littora feratur, & aliquoties in magno numero ibidem colligantur, & nisi diutius ibidem non conspecti jacuerint, pelles eorum ad suum usum commode transferatur.* Nempe sic & alias trajicere flumina consueverunt,

ut

ut est auctor Olaus Magnus libro XVIII. c.12. *Tranat*, inquit, *hæc bestiola per omnes exiguo ligno, caudam habens pro velo expansam.* Licet autem pauci casu isto maneant reliqui, tamen cito genus suum reparant, cum fœmellæ singulæ catulos edant quatuor, quinque, imo plures. Samuel Rheen: *Detta kioenet tillockas med hast, tii een i korn hafver fiira, fem, eller sex unger i en boerd.* Hoc est: *Genus hoc celerrime augetur; unus enim sciurus catulos edit quatuor, quinque, vel sex, uno partu.* Et hæ quidem feræ, quæ à Samuele Rheen commemorantur. Præter ipsas sunt & aliæ in Lapponia, quas dicto loco non recenset, quales primum sebellinæ. Zabællos nominavit Olaus Magnus, de quorum pellibus Jonstonus in Historia Animalium p.1. v. 6. *præstantissimæ sunt pelles quas Tartari & Lappones mittunt.* Sane Zabellinis pellibus apud Lapponas uti fœminas interdum, imprimis vero *Sponsam armelinis & Zabellinis pellibus ornari*, etiam Olaus Magnus autor est lib. IV. c.7. Est tamen copia earum infrequens & prorsus rara ibi. Feram ipsam faciunt nonnulli specie mustelæ, alii, & præsertim Scaliger, marduris. Et profecto proxime accedunt ad mardures, sive corporis spectes magnitudinem, sive formam cæteram. Color quanto ad piceum venit propius, tanto habetur pretiosior. Inveniuntur tamen & coloris albi sive candidi, quales Regibus nostris per legatos Muscoviticos loco muneris singularis oblatas semel iterumque ipsi vidimus. Quos jam olim sub *mardurum alborum* nomine intellexisse ac indigitasse Adamus Bremensis in Scandinavia videtur. Etiam hermelinos omisit, quod tamen genus Lapponibus præcipue debetur. Pridem Jovius de ipsis: *Candidissimas pelles, quas Armelinas vocamus, cum varii generis mercimoniis permutant.* Sunt autem hermelini nihil aliud, quam mustelæ albæ, quarum cauda in mucronem desinit nigerrimum. Observavit pridem Albertus Magnus, & ex eo Jonstonus, qui sic habet, p.15.3. *Albertus de mustela candida scribens dicit, Ermineum esse animal candidum figuræ mustelarum, & in extremitate caudæ nigerrimum.* Vocat *Ermineum*, quod aliis est *Armelinus*, vel *Hermelinus*, nec figura modo, sed natura sua tota mustela est. Neque color obstat; talem enim accipit hybernis mensibus, æsti-

vis

vis rutilat, ut locis aliis muſtelæ ſolent. Docuit jam olim Olaus Magnus lib. XVIII. c. 20. *Si hyeme clauderentur & aſperrimo gelu, nunquam appareret albiſſima pellis hujus beſtiolæ, quæ æſtate ſubrufa editur in fine Maji, quando depoſita albedine propagationi intendit:* Et Olaus Petri: *De muſtela ſubjiciam pauca, quæ hyeme eſt albiſſima, & pulcherrima beſtiola, æſtate autem ſubrufa & cæſia ex parte* Pari modo venatur & muros, ſicuti muſtelæ ſolent, unde Sueci *lekat* nuncupant. Neque poteſt illi eſſe dubium, qui & alibi, & in Septentrione vidit. Unde nollem cum Scaligero *murem Suecicum* vocare. Majori jure inter mures referuntur beſtiæ minutæ, *Lemmus* dictæ, quarum carnibus veſci hermelinos & ſaginari ſcribit Olaus Magnus dicto loco. Samuel Rheen ſubinde inveniri docet in Lapponia. *Ther vanker och itt ſlags miiſs, ſom the kalla fiællemæſs, eller lemblar.* Hoc eſt: *Invenitur ibi* (in Lapponia) *etiam genus quoddam murium, quod appellant mures montanos ſive lemblar.* Deſcripſit, delineatosque diligenter dedit, Olaus Wormius in Muſæo ſuo, ex quo pictura liquet tamen, caudas habere breviſſimas, & ſirtis pilis, atque ita non per omnia muribus eſſe ſimiles. Ut de colore nihil dicam, quem Olaus dicit eſſe varium. Samuel Rheen rufum nigro diſtinctum. Qui obſervat ſimul; ex improviſo venire, terrasque multitudine velut obtegere. *Deſſe vanka icke aohrligen, uthan ſombliga tiider, och komma ex abrupto i een ſaodan ſtoor myckenheet, att the uthbreda ſig æfvver heela jorden, ſaoſom foglar om vaortiid.* Hoc eſt: *Non apparent hæ quotannis, ſed quibusdam tantum temporibus, veniuntque ex abrupto tanta copia, ut per totam ſe diffundant terram, haud ſecus atque ſolent aves tempore vernali.* Olaus obſervat, hoc accidere, dum pluit. *Per tempeſtates,* inquit, *& repentinos imbres è cælo decidunt.* Putat Olaus, depluere, ſive in inſulis remotioribus, adferantur vento, ſive in ipſis naſcantur nubibus, de quo tamen dubitat. At vero Wormius eo inclinat plane, quod in nubibus naſcantur, quem Cl. Iſaacus Voſſius in Notis ad Pomponium Melam ſuſcepit revellendum, tandem pluviis provocari tantum ex cavernis ſuis ſcribit: *Ratio,* inquit, *quam ob rem animalia iſta cælo cadere vulgo exiſtiment, hæc eſt, quod cum antea non compareant, poſt pluviam illico è cavernulis ſuis prodeant; vel quod illæ aqua implentur, uti*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

uti existimat Theographus, vel quod genus hoc animalium pluvia maxime vegetatur. Atque hæc sententia mihi quoque maxime probabilis videtur. Sunt vero non meticulosæ, verum audaces, nec ad strepitum prætereuntium auffugiant, sed procedunt clamoresq; edunt. Quin imo si quis eas insequatur fuste, obvertunt sese, subsiliunt. Samuel Rheen: *Nær the foernimma naogen framgao, loepa the honom emoth, och skiælla, som smao hundar, oactandes hvarcken staf eller spiut, utan springa opi vadret med stor iifrigheet, nær man them doeda vill.* Hoc est: *Cum quem sentiunt prætereuntem, obviam se ipsi dant, & latrant instar canum minutorum, nullum neque fustem curantes, neque hastam, sed prosiliunt in altum magna ira, si quis eas quærat interficere.* Olaus Petri. *Latrant ut caniculæ, & baculo vel fusti, quando petuntur, dentibus adhærent, ut canes rabidi.* Etiam hoc peculiare habent, quod in domos nunquam veniant vel tuguria, & damnum ibi faciant. Idem: *Aldrig kommæ them uthi husen, ther at gioera naogen skada, utan foervvara sigs i buskar och tafvvar.* Hoc est: *Nunquam ædes ingrediuntur ad faciendum ibi damnum, sed recondunt se in virgultis & clivulis.* Solent aliquando sese mutuo invadere bellantium more, in duos divisæ velut exercitus. Idem: *the loepa och som kriegsharar emot huarandra pao sioear eller engiar.* h. e: *Concurrunt quoque inter se more exercituum in lacubus aut pratis.* Hos concursus solent Lappones putare quædam esse omnia, vel præludia futurorum in Suecia bellorum. Quin imo & unde hostis sit venturus colligere ex eo, unde ipsæ venerint, quæ inter se certamina instituerunt. Idem. *Nær Lapparna narda thetouarse, seiia the, at om the komma fraon oesten, skola vara ett omen, dæt vaor kiæra fædernesland skall raoka i krig med Riisen, komma the ifraon væstar, thao med the danska.* Hoc est: *Quando Lappones hoc observant,* (concurre videlicet prælio inter se) *fuerunt, si ex oriente veniant, omnem esse futuri patriæ charissimæ belli cum Russis, si ex Occidente, cum Danis.* Habent hæ bestiolæ suos adversarios, primum hermelinos, ut prædixi, Olaus M. lib. XVIII. c. 20. *Ab his bestiis, dictis vulgariter Lekat, vel hermelini, consumuntur, unde iidem hermelini pinguescunt.* Deinde vulpes, quæ magno numero eas trahunt ad speluncas suas. Samuel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

muel Rheen. *The varda mycket aff ræfvarne ihælrefuen , huilkæ draga naogra tuſond tillſamman till ſine kulor.* H· e· *Plurimum diſcrepuntur à vulpibus, quæ aliquot millia earum deferunt in ſpeluncas ſuas.* Scilicet & vulpes hoc genere utuntur pro cibo, ſicut ipſe docet, oſtenditque, ideo non parum Lapponibus afferri damni, quia vulpes hoc cibo ſatiatæ non attendunt eſcas, per quas alias à Lapponibus capiuntur. Tertio rangiferos qui eos itidem devorant. Idem: *Renarna upſluka och deſſe fiellmoes i ſinner heet om ſommartiid.* Hoc eſt: *Etiam rangiferi deglutiunt mures hoſce montanos , præſertim tempore æſtatis.* Ad poſtremum inſidiantur & canes ipſis, quibus pariter præbent pabulum, ſed quod obſervandum, priore tantum ſua parte, poſteriorem aſpernantur, forte, quod malignum quid in ea, canibusque noxium. Idem: *The varda miicket af hundarne ihiat refna, men the foertæra allenaſt den fræmdre , och icke den efdre deelæn.* Hoc eſt: *Diſcerpuntur plurimum à canibus, ſed hi priorem tantum partem eorum , non vero poſteriorem abſumunt.* Sicut autem malum hoc per hæc remedia ſubmovetur, ita ſibi ipſi aliquando pœna ſolet eſſe. Ut cum guſtat herbam ab eo renatum tempore, quo priorem abſumſit. Olaus Magnus. *Vivit hoc agmen , donec non guſtaverit herbam renatam.* Vel cum alias ſe privat vita ſua, id quod duplici fit ratione, nam vel inter ramos ſuſpenſa diem obit, vel in aquas præcipitem ſe agit. De quo utroque Samuel Rheen: *Nær the vilia foers vinna, loepa ſombliga af them opitræn, och hængia ſig emellam twve klufueta quiſtar , ſombliga dræneckia ſig ſielva , vvatnet ther naogre tuſende pao ett rum finnes liggia doedæ.* Hoc eſt: *Cum diſparere volunt, quædam enituntur in arbores , & ſe inter ramos ſuſpendunt bifidos, quædam ſe ſponte ſuffocant in aquis ubi ſæpe aliquot millia eorum uno loco in cumulum conjecta reperiuntur mortua.* Quod videtur innuiſſe etiam Olaus Magnus, quando ita ſcripſit in ſuperiori loco: *Conveniunt gregatim, quaſi hirundines evolaturæ, ſed ſtato tempore moriuntur acervatim cum lue terræ.* Ultimum genus, quod & ipſum nominari à Samuele Rheen debuerat, ſunt lepores. Nam & hi numero non exiguo in Lapponia occurrunt. Æſtimantur propter pellem, maxime hyberno tempore, quo mire candet, ſicut vulpium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

um. Solent enim quotannis mutare colorem, atque appropinquante hyeme albescere, cum ob causas, alias tum præsertim singulari. Naturæ providentia, ne si inter nives candidissimas colore dissimili essent notabiles, ab hominibus ferisque juxta oppressi penitus delerentur. Quam ob causam idem fieri non in aliis modo quadrupedibus, sed avibus existimamus, ut ostendam in sequentibus. De leporibus Olaus Magnus lib. XVIII. cap. 10. *Est igitur certissimum, omnes lepores Aquilonares post Æquinoctium autumnale, primo præsertim nivium casu, candidum (dimisso griseo) induere pilum.* Et capiuntur illo tempore non infrequenter dimidia sui parte soliti coloris, altera dimidia albi, quod ipsi vidimus sæpissime, media hyeme vero non nisi albi. Sed de hac re alibi jam dixi.

CAP. XXX.

De Avibus, & Piscibus, & aliis.

VEnio nunc ad aves, quas & ipsas copia ingenti alit Lapponia. Recenset eas his nominibus Samuel Rheen: *Svvanor, gias, ænder, skræckior, kniipos, och sedan allehanda slag, sioe foglar. Item, Skog foglar, saosom kiædrar, orrar, ierpor, snioeriipor.* Hoc est: *Cigni, anseres, anates, upupæ, knypes, omneque genus avium aquaticarum, item sylvestrium, ut urogalli, tetraones, attagenes, lagopodes.* Ubi facit alias aquaticas & palustres, alias sylvicolas, & utrumque genus ostendit magna reperiri copia, per Lapponiam, quoniam & lacubus, paludibus, aquis, & sylvis montibusque abundat. Sunt autem ex his quædam alibi quoque notæ quædam peculiares regionibus septentrionalibus. Ex priori genere sunt cygni, qui sat cogniti. Anseres item, atque anates, quas aves hic non domesticas intelligit, sed feras. Nam dome-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſticas quidem habent neque has, neque ullas alias. Olaus Petri. *Aves domeſticas habent nullas.* Ubi domeſticas vocat non anſeres modo, anates, columbas, & ejusmodi, ſed & gallos gallinaceos, & gallinas omnis generis, Lapponibus ignotas penitus. Habent autem hoc peculiare aves feræ, quod in regiones has ſeptentrionis veniant ex locis Auſtralibus, ibique ſtruant nidos, gignant prolem, pullosque alant, quod non faciunt tanta copia, & tam frequenter locis aliis. Credo, quod minori quiete ac ſecuritate alibi verſari poſſint, ac fortaſſe nec tam copioſum comparare ſibi victum, ut fit in Septentrione. Samuel Rheen. de cygnis. *The komme i enganska ſtor miicken heeten vaortyden i fraon uæſter hafuet.* Hoc eſt. *Ingenti copia primo vere illuc veniunt à mari ſeu oceano Germanico.* Et de aquaticis in univerſum. *The byggia ther om ſomaren boo, værpæ, ſine unger ut klæckia.* Hoc eſt: *Æſtate ibi nidificant, ponunt ova, & pullos excludunt ſuos.* Idem pertinet & ad upupas, quæ pari modo veniunt primo vere, pullosque ſuos excludunt. Sic Olaus Petri de iſtis omnibus. *Vernali tempore ea copia accedunt, ut cælum videantur operire, & ubi in itinere pernoctant, vel alias eſcam quærunt, per dimidium miliaris audiuntur vociferantes.* Knyper eſſe puto de poſteriori genere, nec alibi facile inveniri. Caput & tergum habent nigrum, alas quoque partem maximam, pectus venterque albent, roſtrum rubrum eſt, prælongum, & denticulatum, pedes breves, itidem rubræ, cum pellicula inter digitos, ut habent aves aquaticæ omnes, ſpecies tota, qualis hic ſubjicitur.

Pertinet hoc genus, quos omiſit Samuel Rheen, vulgo *Loom* vocatæ, niſi exiſtimamus genere communi avium aquaticarum voluiſſe comprehendere. Tanta quippe copia earum & diverſitas, ut enarrari paucis nequeat. Deſcribit avem Loom Olaus Wormius in Muſæo ſuo. Unde & pictura ejus poteſt peti. Non eſt de genere anatum, quod ex roſtro liquet, quod non latum, ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

sed acutum habet. Id peculiare ipsi, quod non exeat in terras, sed aut volet, aut in aquis natet. Habet quippe pedes, sed breves admodum, si cum reliquo componas corpore, multumque ad posteriora rejectos, ut natare quidem possit optime, sustinere vero se in terra iterque instituere haud valeat. Unde quoque nomen ei inditum, nam *loom*, est claudum, & inhabile ad procedendum. Ex avibus sylvestribus hic nominatur *Kiæder*, à Samuele Rheen, quo *Wogallum* reddidimus, genus innuendo maximum, quod & circa Tridentum *Cedron*, voce non dissimili, appellant, si Gesnero fides est, qui & de cætero non inepte describit. Ad quod fœminam à mari nil differre putat colore, nisi quod sit minus nigra, in eo quidem falsus est. Color enim plane luteus, nigris tantum distinctis punctis. Idem observandum de tetraone, seu urogallo minore, quem appellat. Nam & ejus fœmina colore differt plurimum, cum ipse fere totus niger sit, illa vero lutea, sicut urogalli fœmina, à qua non differt multum, nisi sola magnitudine. Cinerei coloris esse dixit Olaus M.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quoniam non est exacte luteus, sed ex luteo & cinereo compositus, interdum quoque plus in cinereum inclinans. Plane namque hoc est genus, quod describit lib. XIX. cap. 33. ubi *gallos sylvestres* appellat. *Sunt*, inquit, *in septentrionalibus terris galli sylvestres, quantitate similes phasianis, licet multo breviore cauda, & absoluta nigritia in toto corpore, & candentibus aliquot pennis in extremitate alarum & caudarum. Mares rubea & eminenti crista, feminæ vero humili, & toto colore griseo decorantur.* Non sunt alii galli hi sylvestres, quam qui Suecis *Orrar*, Latinis *tetraones*, seu *urogalli minores*. Neque aliter intelligendæ cristæ, quam quales habent urogalli, non in vertice capitis, sed utrinque supra oculos, quod non intellexit pictor ejus, gallosque domesticos eorum loco expressit. Hi urogalli minores sive Orrar, perinde, ut majores, sive Kiedrar habent feminas colore plurimum dissimili, isti quidem magis luteo, hi ad cinereum magis inclinante, sicut dixi. Sunt, qui genus hoc appellant phasianos, sed est longe alia horum species, quod intelligit quilibet, qui conferre inter sese voluit. Quanquam vero genus utrumque reperiatur in Lapponia, posterius tamen esse solet infrequentius. Samuel Rheen: *I skoqueland æro mæst allelanda skoquefoglar saosom kiædrar, menganska fao orrar.* Hoc est: *In regione sylvestri omne genus avium sylvicolarum reperitur, ut urogalli, at tetraones minores, prorsus pauci.* Sed nec reliquorum eadem semper copia, quibusdam enim annis reperiuntur prorsus nullæ. Olaus Petri. *Aliquando plane videtur earum fuga mirabilis, ut per aliquot emaneant annos. Iterum non redeunt, totum replent desertum, pluribusque tum Lappi potiuntur, quam devorare queant.* Venio ad Attagenes, sic enim recte puto nominari, qui sunt *jærpe* Suecis, ei modo attagen, quod Germanis *Haselhun*, id est gallina corylorum, de quo dubitant. Prorsus enim *jærpe* Suecorum & Germanorum Haselhun conveniunt, nec paludes colunt, sicut veterum attagenes, sed nemora sylvasque, unde Rheen, inter aves, sylvas frequentantes numeravit. Sunt & ipsi bona copia in Lapponia, incolisque cedunt in cibum. At nullum genus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

genus frequentius lagopode, quod non in ſylvis modo reperitur, ſed & montibus altiſſimis, ubi pleraque ſunt nuda & contecta nivibus. Idem ſcriptor. *Deſſe foglar finnes i skoglandet, och vid ſtroemar, och ſioear. Men ſaoſom i ſioellen ær ingen skog, utan allenaſt ſmao ſioear, altſo kunna inga skog foglar der viſtas, foer uthan ſiæl riipor, hvilka ſomblige aohr ther finnas iſtor myeken heet.* Hoc eſt. *Hæ aves* (urogalli, tetraones, attagenes) *inveniuntur in regione ſylveſtri prope flumina & lacus. Sicut vero in montibus Norvagiam verſus ſylvæ nullæ ſunt, ſed parvi tantum lacus, ita nullæ aves ſylvicolæ ibi poſſunt verſari, exceptis lagopedibus, quæ nonnullis annis ibi reperiuntur in copia ingenti.* Ita verto iſtæc, & *lagopedes* appello, quæ Samuel Rheen modo *Fial riipor*, modo *ſnioeripor* nominantur. Germani, ac præcipue Helvetii vocant *Schnæhüner* id eſt, *gallinas nivales*, aut *Schnævoegel*, id eſt, *aves nivales*, quia gaudent nivibus, & in jugis montium Helveticorum Alpibusq; ubi omnia nivibus ſunt opperta, reperiuntur. Habent autem pedes ſimiles leporinis, & pro plumis villum, unde nomen lagopodum, acceperunt. Deſcribit eas alias his verbis Samuel Rheen. *Deſſe fiælrypor æro om vintertiid heel ſnioehvita, och hafva den tiiden ingen ſvart fiæder, foeruthan theſom æro af ſexu fœminino, hafva allenaſt een ſvart fiæder under vingan. Men in emoth vaohren varde the grao, ſaoſom orro hoener, hvilken færga the behaolla in til vinteren, tao the aoter varda huita.* Hoc eſt: *Hæ lagopodes hyberno tempore penitus ſunt candidæ inſtar nivis, neque ullam nigram habent pennam, exceptis eis, quæ ſunt ſexus feminini, quæ pennam nigram habent unicam ſub una alarum. Appropinquante aute Vere, griſeum accipiunt colorem, qualem habent fœminæ tetraonum minorum, quem & ſervant usque ad tempus hyemale, quo denuo fiunt candidæ.* Quibus verbis quod de coloris traditur mutatione, obſervandum, quia alii notare omiſerunt. Nominat quidem Olaus Magnus aliquas *aviculas nivales*, quas ait, *ab albedine in cinereum colorem naturali varietate tranſire.* Verum intelligere lagopodas ex eo haud videtur, quod ipſis tribuat *pedes rubeos, ut nigrarum ciconiarum*

lib.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

lib. XIX. cap. 35. Longe namque alii lagopodum sunt pedes, ut jam dixi. Alias & hoc in lagopodibus observat Samuel Rheen, quod non facile versentur in arboribus, contra quam aviculæ nivales pinguntur apud Olaum. Verba Samuelis: *Snioeryperna vistas gemenligen nedan pao marken, och icke i træ.* Hoc est: *Lagopodes plerumque versantur humi, non in arboribus.* De cætero lagopodes sunt aves nitidæ, ac quæ continuo huc & illuc currant, neque unquam sedeant segnes & immotæ. *The loepa af och an*, item Samuel Rheen, id est, *accurrunt, & recurrunt.* Et alio loco: *The æro reenligæ behændige och snælle*, id est, *mundæ sunt, agiles & festinæ.* Effigies earum talis.

Venio ad pisces, quorum incredibilis est copia in Lapponia. Zieglerus pridem: *Pisces capiunt plurima copia, tantum denique superest captura, ut ejus plurimum condant in cetariis, & exportent in vicinas terras.* Jovius. *Ad mare est ingens captura piscium.* Ad mare, dicit, quia Lappones Moscoviæ vicinos describit, cæteri etiam ex lacubus & fluminibus habent. Genus optimum, quod apud ipsos reperitur sunt Salmones, de quibus jam olim testatus est Olaus Magnus lib. XX. cap. 3. *Vix alibi in tota Europa uberior Salmonum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

monum piscatura reperitur, quam in Bothnico mari versus Lappones, è quorum montibus & terris vastissima flumina dulcium aquarum descendunt: contra quæ pulcherrimo spectaculo quasi milites micantibus armis, sub solari æstu ascendere videntur Salmones, tanto præsertim agmine, ut superiores montium aquæ prædam reservent piscatoribus suis. Etiam Samuel Rheen primo loco eos memorat inter pisces, quos alat Lapponia, dicitque fluvios ascendere, quasque possint, descendere vero tempore Matthæi. *Lax*, inquit, *kommer af stora hafvet, och gaor alt opp till Lapmarcken sao laongt han kan komma, och nær han icke længer fær stora forsar upkomma kan, maoste han altsao om hæsten vid Matthæi tyd vænda tilbaka.* Hoc est: *Salmo venit ex mari, & adscendit in Lapponiam, quousque potest, & si longius nequit, obstantibus cataractis magnis, vertit cursum suum circa autumnum tempore Matthæi, & descendit iterum.* Solet autem, ut observat ipse, descendens multo esse deterior, quam cum adscendit, quod videtur evenire, partim quoniam exhaustus est labore, quem adhibuit innitendo contra flumen, partim quoniam & debilitatus venere, quam exercet in locis superioribus, & partibus fluviorum remotioribus à mari, unde descendentem solum *Lax* appellant Argentoratenses mei, quibus ascendens *Salm* est, quod tum vere sit *Laß*, id est, lassus & fatigatus venere, alioque labore. De copia & multitudine docent nonnihil ista Olai Petri c. 13. *Retulit teloniarius ejus loci* (Tornæ) *quodam anno exportatas esse mille trecentas tonnas.* Secundum genus piscium, quod in Lapponia occurrit, sunt lucii. Idem Rheen. *I desse sioar finnes giædder, stora och smao.* Hoc est: *In his lacubus inveniuntur lucii magni & parvi.* Olaus Magnus, sic de ipsis, lib. XX. c. 8. *Sunt lacus dulcium aquarum in montanis Lapponiæ CCCC. miliarium Italicorum longitudine, latitudine vero C. & amplius, in quibus tanta est luporum aquatilium (quam vis & aliorum piscium) copia, ut non solum alendis hominibus per quatuor amplissima septentrionalia regna sufficiant, sed etiam latius, sale soloque siccati, navigiis, velut lignorum magnæ strues, in amplam Germaniam vendendi exportentur.* Vocat *lupos*, qui Suecis sunt *giæddor*, nobis *lucii*, pisces aquis dulcibus assueti, ac ubique notissimi, capite prælongo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

mandibula inferiore prominente, dentibusque armata & frequentibus, & acutiſſimis, qui Germanis meis *Hæcht* dicuntur. Occurrunt ibi magnitudine inſigni & frequenter, qui exæquent vitum longitudine, aliquando & ſuperent. Veriſſimeque Olaus. *Si aquas cibumque pro vita ſufficientem habuerit, ſucceſſu temporum ad longitudinem octopedum evadet.* Tertium eſt genus, quod à Sueeis *Syk* vocatur. Specie non differt multum à ciprino lato, niſi quod os habeat longius & acutius, nec ſit æque latum. Vulgo ciprinorum magnitudinem vix æquat; in Lapponia vero maximum reperitur, & quod libras pendeat duodecim. Samuel Rheen: *Sykær mycket ſtoor, haollandes ſomblige i vvicht tre, eller tolf marker, ſom ær ganska feeter, och vähl ſmakande.* Hoc eſt: *Genus id, quod vocatur ſyk inſigni eſt magnitudine ibi ut nonnulli pendeant libros decem vel duodecim, ſint optimi, & ſaporis optimi.* De horum magnitudine firmat & Johannes Tornæus, qui ſimul ſaporis docet eſſe optimi gratiſſimique, ut vix piſces alii ei poſſint comparari. Verba ejus: *Ibland andra fiskar faongas dær och ett ſlag af ſtort Syk beſynnerlig uthi dhe ſmao træsken, hvilken oftaſao nær en aln laong ær, denna ær ſao feet, och behagelig at æta, ſao att jag intet veet af hvad ſoer ſlags fisk man i ſtællet foer honom ſpyſas ville.* H.e. *Inter piſces cæteros ibi capitur ſpecies magni ſyk, præcipue in lacubus minoribus, qui ſæpe ulnam æquat longitudine. Hic tam eſt pinguis, gratique ſaporis, ut ignorem, quænam piſcium ſpecies in cibo vicem ejus poſſit explere.* Quartum genus vocant *abbor*, quod latinis *perca*. Etiam hoc frequens eſt, & magnitudinis nonnunquam incredibilis. Servatur hodieque caput ejus piſcis exſiccatum in templo Luhlenſi, quod à vertice ſuo ad imas mandibulas latum, ſuperat duos palmos magnitudine. Reperiuntur ibi & muſtelæ fluviatiles, rutili, alburni, ſed potiſſimum in lacubus mari vicinioribus. Samuel Rheen: *I the nederſte ſioeger finnes laakar, moeſt, och loyor.* Hoc eſt: *In lacubus inferioribus inveniuntur muſtelæ fluviatiles, rutili, & alburni.* At in lacubus, qui ſunt plurimi inter montes Norvagiæ, duplex potiſſimum occurrit genus, quod Sueci vocant *Ræding*, & *ærlax*. Idem: *I the ſiæar ſom hægſt oppi fiællen æro belægne, finnes allenaſt ræding, och ærlax.*

Hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Hoc est: *In lacubus sitis superius inter montes, tantum inveniuntur ræding & œhrlax.* An hoc genus alibi reperiatur, nec dum mihi cognitum est. Prius sic describit dictus Rheen: *Denna ræding hafver sit nampdær af, att han hafuer een ræd purpurfærga under sin bunk, och seer mycket vacker uth.* Hoc est: *Ræding hic nomen suum habet ex eo, quod colore sit rubro & purpureo in ima parte ventris, prorsusque pulcher videatur.* Posterius convenit specie cum Salmonibus, sed differt magnitudine, quia multo minus est, sunt, qui habent pro Salmonibus necdum adultis, sed revellitur hæc sententia ex eo, quia capiuntur pisces hi in lacubus, qui ad mare non pertingunt, undiquaque etiam sunt clausi, nec Salmones habent ullo tempore. Mallem ego referre ad tructas, quandoquidem externa specie vix differunt, nisi quod tructarum carnes magis rubeant, sintque molliores atque delicatiores. Præter hos & alii sunt pisces plurimi in Lapponia, sed neglecti ac propemodum ignorati, quia victui non serviunt. Quare ne nos quidem aliqua de ipsis prodere valemus. Olaus Petri c. 13. nomina eorum, ambiguus tamen incertusque, sic recenset. *Salario, cobitis, barbatula, rubellis, horbocha, oculata, prasinus, Cyprinus cobitis aculeata.* Reptilia haud multa in Lapponia occurrunt: Serpentes nulli, Zieglerus. *Terra serpentem non fert.* Debet tamen hoc præcipue intelligi de regione superiore, quæ est versus montes Norvagicos, nam in inferiori ac sylvestri reperiuntur, licet nec ibi quidem multi admodum. Samuel Rheen. *Ormar æro icke synnerligen i Lappmarcken, uthan allenast naogre fao neder i Skoglandt, doch finnes icke een op i fiællen.* Hoc est: *Serpentes non reperiuntur multum in Lapponia, tantumque pauci aliquot inferius in regione sylvestri; at superius versus montes ne unicus quidem.* Insecta quoque ibi non admodum frequentia. Pulices penitus ignoti. Olaus Petri. c. 17. *Pulicum molestia prorsus carent.* Sed sunt ibi culices, à quibus multa patiuntur incommoda. Zieglerus; *Culices ibi sunt grandes, & infesti.* Olaus Magnus lib. XXII. c. 5. *Versus extremas Septentrionis terras & aquas maxima est molestia grandiorum culicum, præsertim inpunctura fastidiosissimo sono.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Solent hi culices non hominibus ſolum eſſe moleſti, ſed & beſtiis, præcipue rangiferis, quos iccirco in ſumma montium cacumina educere coguntur. Samuel Rheen. *Somblige fly till fiællryggen, och ſomblige æfver fiællryggen, och det fær myggare ſkull, ſom ther færmycket uanka, och giæra theras Rheenar ſtor vanda. Hvarfære at undvyka deſſe ohyror, ſom dæras rænar haort plaoga, moſte the med them fly pao tha hoegſta berg the finna och kunna komma.* Hoc eſt: *Quidam aſcendunt ad juga montium, quidam ea tranſeunt, idque propter culices, qui nimis multi exiſtunt apud ipſos, rangiferosque ipſorum ingenti moleſtia affligunt. Quare ut hanc peſtem effugiant, qua rangiferi eorum vehementer læduntur, diſcedere cum eis compelluntur ad montes editiſſimos, quos poſſunt invenire, & in quos eniti valent.* Homines adverſus eos ſeſe armant domi quidem fumo perpetuo in ſuis tuguriolis Johannes Tornæus; *Fumo quotidiano æſtate culices & tabanas abarcent.* Item, ſi ſit dormiendum, tegete lanea, qua non corpus modo, ſed & caput operiunt. Samuel Rheen: *Raanar draga the oefver hufuudet, foer myggernas myckenheet ſkull, ſom daer oefvermaotten vankas.* Hoc eſt: *Tegetes etiam capiti inducunt* (dormituri) *propter copiam culicum, qui ſunt illic plurimi.* Foris vero, & cum prodeunt, corpus muniunt pellibus, ſeu potius veſtimentis confectis è corio. Idem: *Om ſommaren bruka the och Klæder af ſkinn, baode mæn och quinnor foer myggen ſkull, pao det the icke ſkole kunne byte igenom.* Hoc eſt: *Æſtate utuntur & veſtimentis ex corio, viri pariter ac feminæ propter culices, ne poſſint roſtro perforare.* Capiti eodem fine imponunt pileos è panno, quibus etiam faciei partem magnam obtegunt. Sunt, qui adverſus odioſiſſimum hoc genus faciem, quaqua patet, ſolis oculis exceptis, pingant reſina vel pice, quod ab ipſis mihi dictum eſt Lapponibus. Idem teſtatur Olaus Petri Niurenius c. 9. *Difficultatem hanc æſtas ſecum habet, ut aerem muſcis, culicibus, aliisque inſectis ita implcat, ut niſi quis pice faciem obleverit, vix eam ſartam tectamque retineat.* Præter culices etiam veſpæ ibi ſunt majores, quæ & ipſæ rangiferos præſertim infeſtant. Solent autem ita quandoque cutem eorum perforare, ut veſtigia poſt ſe relinquant, etiam cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

cum mactati excoriantur rangiferi. Foramina videlicet minuta comparent etiam in corio, quæ populari lingua *kaorm* appellant. Schedæ Johannis Buræi: *Kaorm aro ſmao hohl pao rænskin, ther getingen byterſig in om ſommaren.* Hoc eſt: *Kaorm vocantur foramina exilia in pelle rangiferi, per quæ morſu appetere ipſum ſolet tempore æſtatis.* Etiam his remedium à fumo. Olaus Petri Niurenius: *Æſtate vehementer ab inſectis torquetur, & ſi ab eis liber erit, neceſſum eſt, ſemper iis in eorum uſum habere accenſum ignem, in cujus fumum ingreſſus poſſit requieſcere rangifer.* Quod ſi eo deſtituuntur, aquis ſe immergunt. Idem. *Secus ſi fit, ſe immergit totum aquis, ut aliquando & pereat, vel fragilior evadat.* Atque hæc de animalibus Lapponiæ ſufficiant.

CAP. XXXI.

De Arboribus & Plantis.

POſt animalia venio ad Arbores. Habet has quoque Lapponia numero non parvo, ſed primo frugiferas, ut pomos, piros, ceraſos, & id genus nullas. Jovius: *Lapponum gens neque fruges, neque poma, neque ullam omnino vel terræ, vel cœli benignitatem novit.* Olaus Petri. c 14. *Arboribus, poma, & id genus alia ferentibus omnino caret.* Deinde ne quidem ex ſylveſtribus, quæ minus frigoris ſunt patientes, ut quercus, fagos, & hujusmodi. Olaus Petri hac de re ſic habet: *Quercum, corylum, fagum, platanum tiliam non poſſidet; pinum duntaxat, & abietem, juniperum, betulam, ſorbum, ſalicem, tremulam, frangulam, alnum, cornum.* Quibus verbis tamen malè *cornum* ponit pro *ribibus*, per *tremulam* vero populum Lybicam vulgo dictam, per *frangulam*, alnum nigram intelligit. Sed & quæ naſcuntur ibi, non promiſcue naſcuntur locis omnibus. Nam montes quidem Fellici, ut vocant, qui Norvagiam inter & Lapponiam ſunt ſiti, nullas prorſus habent arbores. Olaus Petri: *In ſuperioribus locis Sevonum ſeu Alpium, quod per multa miliaria ne*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

una quidem arbor inveniatur, non tacendum. Johannes Tornæus. *Montes Fellici glabri existunt, nullaque arbore sati.* Samuel Rheen, cujus verba Suetica produxi alio loco: *Montes plane sylvis omnibus sunt destituti.* Accidere hoc putat Petrus Claudi propter vim continuam ventorum, sicut alibi ostendi. Sed fortassis caussa verior est frigus perpetuum & intensissimum, præcipue in jugis atque cacuminibus eorum montium. Proxima montibus consita quidem sylvis, verum hoc discrimine, quod in prima regione non nascantur, nisi meræ betulæ, quarum magnitudo & proceritas notabilis, adspectuque latissima, cum sint à natura per ordines pulcherrimos dispositæ, hortique speciem procul præbeant amœnissimi. Samuel Rheen. *Nædan fær fiælle begynnes Skoglandet, och nærmaſt fiællen ær ingen tall eller gran, uthan biorck, huilka vvæxa flora och hæga, lyka, ſom the i een oertegard vvoro planterade.* Hoc est: *In imo montium incipit regio sylvestris, sed in parte montibus proxima nullæ nascuntur abietes, vel piceæ, verum betulæ, quæ fiunt magnæ altæque, haud secus, ac si in horto satæ forent.* At regio, quæ distet longius à montibus, præter betulas fert & abietes, & piceas, estque consita quasi nova quædam sylva, mixta & composita à triplici eo genere arborum. Idem. *Nedan fær bioerkskogen finnes amman ſkog och træ, ſom ær tall och grøhnskog, med bioerckskog tillſamman, does ær thet icke naogen faſt, uthan loes ſkogh.* Hoc est: *Post sylvam betulinam, reperitur alia ex abiete ac picea, junctisque betulis. Non tamen densa ea sylva est, sed rara.* Præter has arbores aliæ in Lapponia rarissime inveniuntur. Frutices frequentiores sunt. Ribes præcipue ibi proveniunt ingenti copia. Sam. Rheen: *Opp in emoth fiællen vvæxa ſkæna och ſtora vvynbær i ſtor imnogheet.* Hoc est: *In superiori regione versus montes nascuntur ribes pulchræ magnæque ingenti copia.* Sed hæ prorsus negliguntur à Lapponibus, ut idem indicat. Forte quod ingratioris sint saporis, cum baccis præsertim nigris. Habent enim fruticem hunc non cum rubris tantum acinis, sed & cum nigris, cujus copia longe major & frequentior apud Lappones. Non minor apud eos frequentia junipeti, quæ lætissime ibi nascitur, & surgit in altum. In Lapponia nascuntur quo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quoq; baccæ omnis generis. Nobiliſſimæ ſunt, quæ Suecis *hiortron*, Latine quibusdam *chamæmora*, ſive *mora Norvagica* vocantur. Species earum, qualis quæ proveniunt in rubis, ſingulæ namq; baccæ ſunt diviſæ in pluſcula quaſi grana, colore primum pallide luteo, qui cum maturuerunt, incipit rubere. Naſcuntur autem in locis uliginoſis & paluſtribus. Olaus Petri: *Habent chamæmorum, (hiortron) in paludoſis creſcentem locis, ſapore ſatis jucundo in maxima ubertate.* Samuel Rheen. *Thervvæxe och hiortron i ſtor ymnogheet pao moraas eller myror.* Hoc eſt: *Naſcuntur, ibi quoque chamæmora in copia ingenti in uliginoſis & paluſtribus locis.* Serpunt humi, & exiguo ſuſtinentur pedicello, ut inter frutices referri non debeant. Baccæ autem ſunt ſaluberrimæ, præſentemque contra ſcorbutum præbent medicinam. Lappones eis gaudent in cibo non modo recentibus, ſed & ſale conditis, de quo genere alibi à me dictum eſt. Pari modo apud eos naſcuntur rubi Idæi baccæ, Suecis *hallon* dictæ, uti conſtat ex Olai Petri indice, item ericæ bacciferæ tenuifoliæ, quas & chamætaxos aliqui appellant, Suecis *Kraokebær* vocata, credo quod petantur à cornicibus. Item vaccinia rubra minora, Suecis *lingon*, & vaccinia nigra minora, Suecis *blaobær*. Meminit omnium prædictus ſcriptor, iſtis verbis: *Sammatunda giæra the med lingon, Kraokebær, och blaobær.* Hoc eſt: *Idem faciunt cum vacciniis rubris, chametaxis, & vacciniis nigris* Lappones. Et Olaus Petri. *Habent ſimiliter & myrtillos, blaobær, & in autumno vaccinia rubra, lingon, & ericam bacciferam.* Loquitur de modo, quo has baccas præparant in cibum, & à me eſt indicatus in ſuperioribus. Unde ſimul conſtat, non minorem harum baccarum apud eos eſſe copiam, quam præcedentium. Proveniunt & aliæ, ſed quæ in minore apud incolas ſunt pretio, omneque genus vacciniorum. Inveniuntur & herbæ utiles in Lapponia. Quales primum angelica petroſa, quam Lappones ipſi ſuam herbam, & herbam Lapponum, ſeu *Samigraes* appellant, quia delectantur ea plurimum in cibo, item *Posko*. Naſcitur autem caule quidem brevi, ſed denſo atque craſſo. Samuel Rheen. *I Lappmarken vvæxer angelica petroſa i en ſtor myckenheet, huilken ær tiuck*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tiuck och ſtackot. Hoc eſt. *In Lapponia naſcitur angelica petroſa in copia ingenti, quæ eſt craſſa & brevis.* Ibidem occurrit & acetoſa major, qua & ipſa Lappones utuntur in cibo, ſicut alibi eſt indicatum. Idem: *Acetoſa major vvæxer ther och i een ganska ſtaor ymnogheet.* Hoc eſt: *Acetoſa major quoque ibi creſcit, in copia maxima.* Inveniuntur ibi quoque herbæ quædam peculiares, & vel nuſquam alibi notæ, vel certe prorſus infrequentes. Id quod teſtatur idem ſcriptor hiſce verbis: *Ther finnes naogre græs, ſam pao andre orter eyvvæxa.* Hoc eſt: *Reperiuntur ibi herbæ quædam, quæ aliis in locis non naſcuntur.* Inter has ab ipſo memoratur herba, quam Lappones ſua lingua vocant *calceolum Lapponicum*, aut *braſſicam rangiferorum.* Quæ ſpecies ipſius ſit, oſtendit hiſce verbis, quæ licet longiora, integra tamen apponenda videntur, ut de herba rectius poſſit judicari. *Ther væxer ett græs, ſom Lapparna kalla reen kool, eller Lapp ſkogræs, efter des blomſtret ær i anſeende ſoom een Lappskoo, huilket blomſter ær blaodt, och med tree radher fræinne i blomſtret, des blad æro ſtora, ſom Koolblad, des ſtiælka ett finger tiock, des rooth ær ganska bitter.* Hoc eſt: *Naſcitur ibi herba, quam Lappones appellant braſſicam rangiferorum, vel calceolum Lapponicum, quia flos illius ſpeciem præ ſe fert calcei Lapponici, eſtque colore cæruleo, cum ſerie triplici ſeminis in calice, folia habet ampliora, quam braſſica vulgaris, caulem craſſum digiti craſſitie, radicem prorſus amarem.* Herbam hancce feſtinatione ſumma dicit capere ſua incrementa, late ſe diffundere, ac ſurgere in altum, ad trium cubitorum altitudinem, & quandoque majorem. Creditur inutilis & noxia, quoniam ab eſu ejus abſtinent animalia omnia. *Intet creatur æter detta græſet, uthan ſkyder fær, ſaoſom fær itt færgiff*, ait Samuel Rheen, id eſt: *Animal nullum herbam hanc guſtat, ſed fugit eam, tanquam venenum.* Eſt & alia herba ibi, verum utilis ac ſalutaris, & in multa apud Lappones exiſtimatione, quam Dauci ſpeciem putat Olaus Petri, qui ſic eam deſcribit: *Inſignis eſt Lappis medicina herba quædam, Moſarooth, ſapore & flore pimpinellæ, in paludibus vel paluſtri loco creſcens, ad ulnæ altitudinem. Quam ſpeciem Dauci eſſe autumno.* Illud *Moſarooth* non Lapponica, ſed Suetica eſt herbæ illius appella-

tio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

non Lapponica, ſed Suetica eſt herbæ illius appellatio, à *maoſa*, quod paluſtres locos, in quibus muſci plurimum generatur, ſignificat Lappones quo ſua lingua modo nominent, huc usque mihi non innotuit. Et hæ quidem herbæ, quas peculiares habere Lapponiam, nos cognovimus. Cæteri nec dum invenerunt, qui deſcriberent cum cura, & ad nos perferrent formam ſpeciemve ipſarum. Quanquam vero herbas habeat Lapponia, quasdam ſingulares, quasdam alibi quoque notas, vix tamen multæ ſunt earum ſpecies. Id quod colligit & Olaus Petri ex Bothnia occidentali, quæ Lapponiæ eſt viciniſſima. Nam in ea numero inveniuntur exiguo. Verba ipſius hæc ſunt. *Herbarum ſpecies in Lappia non ea multitudine qua alibi in Suecia, proveniunt. Iudicium ex vicinia (cum æſtate ibi non fuerim) fieri poteſt. In Bothnia occidentali, ad cujus latus maxima pars Lappiæ ſita eſt ſupra octoginta (ut loquuntur) ſimplicia in meum nunquam venere conſpectum. Nunquam autem agrimonia, chelidonia, conſolida regalis, hypericon, pimpinella, eſula, aliæque in Suecia vulgares.* Venio ad muſcum, quem varium & multiplicem gignit Lapponia. Primus eſt arboreus, villorum longiorum modo dependens à ramis piceæ arboris potiſſimum, non raro tamen etiam reliquarum. Sueci *laaf* appellant. Secundus, qui per totam naſcitur Lapponiam ingenti copia, rangiferisque per hyemem præſertim præbet pabulum pæne ſolus, terreſtris eſt, coloris albi foliis longis, tenuibus, exilibus, ſurgens ad pedis altitudinem. Tertius eſt & ipſe terreſtris, ſed brevior, foliis exilioribus colore elegantiore, ex flavo virenti. Hic muſcus eſt exitioſus vulpibus, ideo conciſum Lappones admiſcent eſcæ, qua propoſita capiuntur. Quartus eſt ſimiliter terreſtris, brevis, molliſſimus, & maxime delicatus colore rubro. Samuel Rheen appellat *Roedt, leen moſſa, them myeket finnes i Lappmarken.* Hoc eſt: *Muſcum rubrum molliculumque, qui plurimum reperitur per Lapponiam.* Et quoniam tam mollis delicatusq; eſt plumarum vice ipſum ſubſternunt infantibus recens editis, ut loco alio monſtratum eſt. Oblatus nobis etiam eſt quintus, foliis latioribus longioribusque, quem *fathna* Lapones vocare putantur, contra animi deliquia conducens, ſi bibatur in jusculo contuſus. Verum dubito, an pertineat ad muſcos, potiusq; credo eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

tenuiter ſectæ angelicæ herbæ particulas, ita paratas, & ſub terra coctas, ſicut alio loco diximus. Ultimum quod hic memorati debet, gramen eſt. Naſcitur & hoc in Lapponia non unius generis. Optimum, quod reperitur in vallibus inter montes Fellicos, molle, breve, ſucculentum. Aliis in locis quod provenit, eſt longius, ſpiſſius, aſperius, & aridius. Eſt & genus, tertium longum, molle, foliis tenuiſſimis & maxime exilibus, quo Lappones armant muniuntque pedes & manus contra frigoris inclementiam, immiſſo calceis ac chirothecis, ſicut alias eſt dictum. Et hæc ſunt, quæ de herbis, fruticibus, arboribus illius regionis ad notitiam noſtram pervenerunt.

CAP. XXXII.

De Metallis Lapponiæ.

METalla naſci in Lapponia, extremisque partibus Scandinaviæ ac Septentrionis, ſuſpicati magis veteres ſunt, quam certo ſciverunt. Ideo eorum nemo facit mentionem, negatquè aperte Olaus Magnus, ad ſuam usquè ætatem ibi fuiſſe reperta. Verba leguntur lib. IV. cap. 10. *In extremis aquilonaribus terris nullæ mineræ ferreæ, cupreæ, aut argenteæ adhuc repertæ ſunt, licet beatiſſimus Iob dicat, ab Aquilone venire aurum.* Atque hanc ob cauſam ait Lappones compelli, ut navigia ſua conſuant viminibus, abſque clavis ferreis, quod ferro omni careant. At vero hujus ſæculi trigeſimo & quinto anno, imperante CHRISTINA Regina, inventa eſt argenti vena in Lapponia Pithenſi prope Naſafiæll, non procul à jugo montium, qui Sueciam à Norvagia dividunt, de qua re ſic Samuel Rheen: *Detta ſoelfver ſtreeck ær belægit ſextio gambla mylar ifraon Pitheo eller skiælleffteao sochn, icke laongt ifraò skielleffteos ælfvens uthſprong in vvid fiælryggen, ſom ær landemære emellan de Suenskie och Narska.* Hoc eſt: *Hæc vena argenti extat ſexaginta miliaribus veteribus à Pithenſi, vel Skiælleftenſi parœcia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ræcia, non longe ab origine fluvii Skiælleffitheo ad jugum montium, quod terminus est inter Norvagos. Meminit ejusdem & Joh. Tornæus, cujus verba, licet longiora, subjiciam. *Si Paracelsi Prophetia vera erit, in IX. Libro scribentis, quod in Borea inter gradum 60. & 70. tantus invenietur metallorum thesaurus, ut in Oriente similis non sit inventus, tempusque illius inventionis supputat ex Apocalypsi, certe vastissima illa loca* (de montibus Fellicis inter Sueciam & Norvagiam loquitur) *ingenti metallorum copia abundare necesse est. Quam vero præsagium illud non sit spernendum, monstrat argentifodina Nasafiæll in Lapponia Pithensi uberrima.* Et hæc quidem prima est fodina omnium, quæ unquam cognitæ sunt in Lapponia. Inventa est à quodam Lappone, Loens Person dicto tempore, quod jam supra indicavimus. Samuel Rheen. *Detta nasafiælls soelfver streek ar foerst opfunnit Anno MXXXXV. af en Lapp och demantbrytare, sampt pærle soekiare, benembt Lons Person i Pitheo.* Hoc est: *Hæc argenti vena primum inventa est Anno MXXXXV. à quodam Lappone, & adamantum excisore, investigatoreque margaritarum, Lons Person, habitante in Pitheo.* Aperiri eam fecit primus, constituta ibi officina, ordinatisque rebus omnibus ad id necessariis publico nomine, Vir Illustris Excellentissimusq; Dominus Ericus Flemming L. Baro in Lais &c. Regni nunc Senator, & Collegii, cujus curæ res metallica est commissa, Præses. Delineatio brevis vitæ ejus: *Anno MDCXXXV. blef han af then hoglofligen dao varande regiering med sahlig Assessoren Hans Philip foerskiket till Naasa Sælfeurberg, i Pithao Lappmarcken belægit, det foerste gaongen uptaga och i tillboerligit bruck att kommalata.* Hoc est: *Anno MDCXXXV. à summe laudandis tum temporis Regni Gubernatoribus una cum b. m. Assessore Hans Philip missus est ad argentifodinam Nasa in Lapponia Pithensi, ut primum eam aperiri, & debito modo excolifaceret.* Est autem vena plumbi, quam argenti feracior, quæ facile elaboratur, sive cum est eruenda, sive cum jam eruta purganda, & in justam redigenda formam. Samuel Rheen de eare: *I detta soelfver streek finnes en ryck blymalm, myket bequæmligit att utharbetæ, efter solfuerbærg; sarten icke ær haord, uthan merendels bestaor af kis, och arbetades i be. grufven med nafrar och*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

ſprængdas med krut. Hoc eſt: *In illa fodina reperitur vena dives plumbi, quæ facile poteſt elaborari, quia non eſt dura, ſed ex lapide in ſabulum reſolubili conſtat, eruiturque beneficio terebrarum, diſjecta pulvere nitroſo.* Sententia ipſius hæc eſt, ſolere montem aperiri non ſciſſum ferramentis malleoque, aut cuneis, ſed terebris facto foramine, cui deinde immittatur aliquantum pulveris nitrati. Cumque foraminis os bene occluſum fuerit, per foramen aliud minutum addatur ignis, qui vi pulveris ſaxa, quamvis duriſſima, diſjiciat. Manſit autem fodinæ hujus uſus non ita longo tempore. Nam in bello, quod geſtum inter Suecos Danosque imperante Carolo Guſtavo Rege circa annum M DC LVIII. à quodam von Anen, Regis Daniæ per Norvagiam Præfecto, diſjectis operibus corrupta eſt Idem: *Naſafiæll ær af hands herren i Norige, Breben von Anen vid ſidſte feigd foersſtoert och ruineradt.* h. e: *Naſafiæll à Præfecto Regio per Norvagiam, Breben von Anen, in bello ultimo dirutum & corruptum eſt.* Nec ex eo tempore ad hunc diem eſt inventus, qui ſumptus facere ad fodinæ illius repurgationem & culturam ulteriorem vellet. Quia impendendi multi, priuſquam fructus aliquis expectari, vel haberi poteſt, quod difficile admodum eſt privatis. Secunda argentifodina eſt in Lapmarkia Luhlenſi. *Kiedtkievari* nomine. Hæc reperta primum anno hujus ſæculi ſexageſimo, per quendam Lapponem, Ionan Petri dictum, in Torpenjaur habitantem. Qua de re ſic Samuel Rheen. *I Luleao Lappmarck trettiotvao Svenska mylar i fraon Luleao Sochn kyrckia, ær och eet ſoelfver ſtreek A MDCLX. benembt kiedkyvary, det ær ſteen fiæll, af een Lapp, Ion Pederſon i Torpenjaurby uppfunnit och uthvviiſt.* Hoc eſt: *In Lapponia Luhlenſi triginta duobus miliaribus Sueticis à templo paræciæ Luhlenſis itidem inventa eſt vena argenti A. MDCLX. Kiedtkiuari*, hoc eſt, *mons ſaxeus dicta, per Lapponem quendam Ionam Petri in Torpenjaurby degentem.* Sita eſt, ut teſtatur idem, fere in pagi medio, qui Torpenjaur vocatur, in prælto monte miliaribus duobus à jugo, quod Sueciam dividit à Norvagia miliaribusque ſex à Rœdſtad, pago Norvagæ, inter quod Rœdſtad & Kiedtkievarri interpoſitum eſt altiſſimum, & apud Lapponas celebratiſſimum jugum,

Daor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Daorfiæll dictum, quod viæ imminet, quæ ab argentifodina ducit in Norvagiam, nec hyberno tempore à quoquam potest superari, propter summam altitudinem, & quibus ideo est obnoxium, tempestates vehementissimas, quæ iter omne reddunt prorsus impeditum. Vena satis dives est argenti, diffundit se latissime, ubique sibi similis. Continetur autem pyrite duro coloris albi. Dictus Rheen: *Denne soelfuergrufva hafver ett laongt och vyd begrypit streek, och ær af en haord huyt flintesteen, ther aothskillige groopar æro uptagne, och finnes ett aslag malm.* Hoc est. *Hæc argentifodina longe lateque prolatam habet venam, in pyrite duro & albo, ejusque diversi aperti sunt aditus, sed ubique metallum generis ejusdem repertum.* Illud habet incommodum, quod in vicinia sylvæ occurrant nullæ, neque possint propius haberi ligna, quam miliari uno & dimidio inde distantibus locis. Itaque pro lignis pulvere utuntur nitrato, ad modum, qui superius est indicatus. Officina, ubi venam purgant coquuntque, distat à fodina miliaribus quinque, sita in loco amœno, ubi fluvii conveniunt plures, præsertim Quickjock, unde nomen quoque suum habet, item Darrijock. Sylva ibi est spacioſa, ingensque copia fruticum, præsertim ribis, item herbarum graminisque. Neque minor frequentia omnis generis piscium optimorum, ut Salmonum, Salmunculorum, luciorum, percarum, ac similium. Æstivo tempore navibus adiri potest inde à templo Luhlensi, paucis miliaribus exceptis, nec ita magno sumptu tum ad Officinam, quidquid est necessarium, deferri, tum exinde, quicquid confectum est metalli, ad sinum Bothnicum deferri. Exercetur itaq; fodina ista & in diem hodiernum non sine commodo lucroque illorum, qui in ipsam sumptus impendunt. Præter duas hasce argentifodinas, aliæ reperiuntur plures, sed quascum cura excolere nemo adhuc aggressus est, sive quod in locis tam remotis, & in quibus ipsi domini præsentis est, difficulter possunt, nemo libenter impendere vult pecunias suas, sive quod, priusquam lucrum quoddam sese offert, erogari plurimæ debent, quod facere potest nemo, nisi qui earum copia abundat, quorum numerus nusquam magnus esse consuevit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Una monſtrata eſt per quendam Laurentium Andreæ Lapponem in monte Fiærrovari. Alia ab eodem, miliari tantum unico diſtans à fodina, Kiedtkyvari dicta. Eſt & tertia, duobus inde miliaribus diſſita, verſus Orientem magis. Vena ejus continetur in Lapide molliori, ſed qui mox durior & intractabilior futurus videtur. Prima reperta eſt Anno M DC LXX. ut teſtatur idem Samuel Rheen. *Idenna foerledna ſommar ær afeen Lapp, Lars Anderſon i Torqenjaur, ut vyſt een ſtoor ſoelfvermalm ſteen, nederfallen afeen hog klint, om tiio fampnar hoeg, oefverſt af ett hiskeligit hægt fiäll, Fiærrevari benæmt, pao huilket ingen, uthan ſtoerſte moedo och lifs fahra up kommakan.* Hoc eſt: *Nuper præterita æſtate à quodam Lappone, Laurentio Andreæ in Torpenjaur exhibitus eſt Lapis magnus, dives argenti, qui delapſus eſt ex quodam ſaxo, ulnas decem* (ſingulæ ſpatium inter duas manus extenſas complectuntur) *alto, in ſummo editiſſimi montis Fiærrovaari, in quem eniti nemo ſine maximo labore vitæque periculo poteſt.* Scripſit hæc Samuel Rheen Anno 1671. Unde ſequitur, ut inventa ſit fodina anno præcedente. Cæteræ prius ſunt repertæ, ſpesque eſt, nunc quoque fore, ut inveniantur plures. Qua de re jam dictus Rheen. *Foerutan deſſe ſoelfuer ſtreek ær formodandes, att ænn ſtera ſinnes skote, huilka att uppenbara och uthvyſa naogre Lappar lofvat hafve.* Hoc eſt: *Præter dictas venas argenti veriſimile eſt, plures alias repertum iri, & quasdam manifeſtaturos monſtraturosque ſeſe Lappones nonnulli ſunt polliciti.* Quod autem venas haſce habeant in occulto, cauſa non eſt alia, quam quia metuunt, ne ad faciendum opus in fodinis iſtis compulſi, ſueta multumque amata ipſis vivendi libertate excidant. Unde Samuel Rheen ſic poſt ſuperiora. *Non eſt dubium, quin pluribus in locis inveniantur venæ variæ, nec ignorant Lappones. Sed quia ſemper amant cupiuntque eſſe liberi, non addicti gravioribus laboribus, iccirco eas occultant, ne in ſervitutem aliquam compellantur.* Præter has argentifodinas in Lapponia ſunt & fodinæ cupri. Una eſt in Lappomarkia Tornenſi. *Svappavvahra* nominata, diſtans à Taorne oppido miliaribus viginti ſeptem circiter, non longe à fluvio Taorne. Inventa eſt circa Annum M DC LV. à quodam Lappone, lapi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

lapidem ærarium monstrante Erico Ericsonio cuidam, qui primus eam manifestavit. Vena est pura, satisque dives, sed ad quam nonnulla necessaria paulo difficilius subvehuntur. Alia est in Lapmarchia eadem, distans à prædicta miliaribus fere tribus, Septentrionem versus. Inventa circa annum MDCLXVIII. & ipsa à quodam Lappone. Vena ejus minus bona propter admixtum ferrum. Ideo non tanto studio excolitur, ut altera. Nomen ejus est Wittangi. E fodinis hisce æs rude seu cuprum devehitur navigiis ad Koengis officinam, ut coctum fornacibus fiat purum. Post defertur ad Torna. Occurrunt ibi & fodinæ ferri. Ac in Lappmarkia Tornensi quidem una juncta est fodinæ cupri. *Svvappevahra* dictæ, sic ut ex eodem monte una huc, altera illuc tendat. Ferrum ibi reperitur optimum. Altera est in eadem markia, Junesuando dicta, inventa circa annum hujus sæculi quadragesimum, à Laurentio quodam ibi habitante. Distat autem à Tornensi oppido miliaribus circiter viginti duobus, quo deportatur cusum malleis in bracteas vel bacillos in officina Koengis, ubi & cuprum crudum coquitur. Johannes Tornæus Præpositus Tornensis. *Ferrum in Lapponia Tornensi juxta Iunesuando nuper erutum, procul inde in fabrili, Kengær in laminas excudendum, metallum sui generis pretiosum, cujus tanta copia cernitur, ut nunquam defuturum putetur.* Quibus verbis simul liquet, venam esse præstantissimam. Metalli ejusdem alia existit vena in Petzivvara, quod est in Lappmarkia Luhlensi. Samuel Rheen: *Ifiællen hittes och sao oefvermattan skioent jern malm streek, Petzivvari benembt, een och een fiærdendeet myt ofvan hylten Quikiock, ther malmen i een stoor ymnogheet af bemelte fiæll nederraasat hafver.* Hoc est: *In montibus Fullicis elegantissima quoque vena ferri reperitur. Petzivvarri nomine, uno miliari cum illius parte quarta distans ab officina Quikioch, ubi lapides metallici magna copia lapsi ex prædictis montibus.* Cæterum ex his venis duæ priores tantum excoluntur. In tertiam nemo adhuc, quantum scio, sumptus facere sustinuit. His metalli varii venis accessit anno superiori septuagesimo primo, quæ putata est continere aurum. Sed de ea, quia nihil certi adhuc est compertum, dicere supersedeo.

Illud

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Illud tantum hac occasione noto, fuisse, qui de istiusmodi fodina reperta, sed in Suecia, proderent temporibus Gustavi Primi. Testis est Olaus Magnus lib. VI. cap. 12. ubi inter alia sic habet. *Mineras auri lob dicit ab Aquilone venire. Eas jam invenisse dicitur Rex Gustavus pretiosissimæ æstimationis.* Sed fuit ea fama tantum incerto Auctore divulgata, nec ullo probata eventu, quod ex eo patet, quia in hunc diem nemini fodina illa innotuit.

CAP. XXXIII.

De Lapidibus, Gemmis atque Vnionibus.

A Metallis venio ad Lapides. Eos habet Lapponia ingenti numero & magnitudine, sed asperos, duros, intractabiles, nulloque ferro in usus insigniores aptandos. Coloris fere sunt cinerei, sicut vulgo saxa solent. Præter eos in littoribus fluminum & paludum reperiuntur aliquando, qui qualemcunque referunt speciem animalium, quos in pretio habent Lappones, erectosque numinis instar colunt, & sub nomine Stoorjunkare venerantur, sicut in superioribus à me jam est ostensum. In Lappmarkia Tornensi prope fodinam Junesuando in littore fluvii Torno Lapides inveniuntur plani, figura circulari, numerorum instar, magnitudine imperialis dimidii, colore luteo, & ex luto videantur facti, sed duritie silicibus non cedunt. Meminit eorum Dn. Grape in quadam ad me schedula. *Strax nedan foer Junesuando, vel Ionusuando vvyd sioestranden finnes uthi stor myken heet af ett slag leerpenningar.* Hoc est: *Statim infra Junesuando vel Junusuando juxta littus reperitur magna copia genus quoddã nummorum luteorum.* Speciem eorum dabo in sequentibus delineatam, junctam crystallo, signatam littera B. In fodina ipsa reperiuntur Metallici octaedri specie

ſpecie perfecta, politi, ſplendidi, ſic ab ipſa elaborati natura, nec tamen magni, ac qui avellanæ magnitudinem vix æquent, plerumque ſint minores. Æris continent nihil, aut exiguum, ſulphuris plurimum. Speciem eorum addidi ſuperiori in calce hujus capitis, litera C. ſignatam. An & Magnes in Lapponia reperiatur, adhuc certo ſcire datum non eſt. Nam quod prodit Olaus Magnus, reſpicere neſcit quos montes ſuppolares videtur, quos nonnulli finxere magnete prægnantes. Verba ejus extant lib. II. cap. 26. *Magnetes etiam, in extremo Septentrionis veluti montis, unde nautica directio conſtat, reperiuntur.* Quibus verbis cum exæquet montibus, ſaltem de Lapponicis, non poteſt agere, cum ibi montes nulli ſint magnetici. Sunt tamen, qui & ipſum teſtantur ibi reperiri. At vero lapides pretioſi alii non plane infrequentes in Lapponia. Buræus pridem. *In quibusdam Lapponiæ montibus etiam gemmæ inveniuntur.* Subdit deinde nominatim Adamantes, & Amethyſtos, Topazios. Adamantes vocat vulgi conſuetudine, quæ potius ſunt cryſtalli, quod figura earum teſtatur. Reperiuntur paſſim per Lapponiam adnatæ ſaxis petrisque, aliæ majores, aliæ minores. Sunt nonnullæ, quæ caput puerile propemodum æquant ſua magnitudine, quales me vidiſſe apud Illuſtriſſimum Comitem Magnum Gabriel De la Gardie, Regni hujus Cancellarium ſummum recordor. Figura plerarumque eſt hexagona ſive conſtans ſex lateribus, deſinentibus in cuſpidem, totidem laterum, quanquam in nonnullis ea figura rudior ſit atque imperfectior. Color in quibusdam elegans ſatis, clarus, candidus, & qui nihil cedat Cryſtallis orientalibus. In quibusdam nebuloſior, & maculis flavis, & ſubnigris corruptus. Quidam puræ ſunt, quædam venis quibusdam huc illuc diſcurrentibus, quaſi rimis fiſſæ. Quædam leves naturaq; politiſſimæ, quædam ſcabræ atq; inæquales. Duritie ſuperant omnes alias, eas etiam, quæ Adamantes Bohemicæ nuncupantur. Apud Lapponas ſilicibus ſuccedunt, quando ignem excitare debent, quem majori fere reddunt copia, quam ipſi ſilices, ſi chalybe percutiantur. Cujus habeo ſpecimen in Muſæo meo cryſtallos aliquot cum chalybe in pera Lapponica, quæ vicem ſilicum præbuere Lapponi, cujus uſibus ſervierant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Solent has Cryſtallos ſive adamantes Lapponicos Gemmarii quandoque expolire, atque Adamantes veros tanta dexteritate imitari eis, ut peritos quoque fallant, cujus rei non pauca, etiam in vulgus nota, ſunt exempta. Speciem majoris alicujus iſtiusmodi ſeu adamantis, ſeu cryſtalli, nativa ſua magnitudine formaque, ut ſervatur in Muſæo meo, capiti huic ſubjeci, littera A. ſignatam, Adamantibus adjungit amathiſtos Buræus in ſuperioribus, & vidiſſe memini allatos ex Lapponia. Sed erant fere pallidi, nubeculisq; crebris obfuſcati, ut cum iis, qui huc adferuntur ex Bohemia, vix poſſint conferri. Quanquam audiam, inveniri & præſtantiores, licet rarius. Et eſt genus hocce totum minus frequens, ac ſuperius. Idem etiam dicendum de Topaziis, quos tertio loco nominat Buræus. Servo unum in Muſæo meo ex Lapponia allatum, cætera Cryſtallo ſimilem, excepto ſolo colore, qui ad dilute flavum magis inclinat. Atque tales audio eſſe reliquos plerosque, nec in tantum fulgere, ſicut ſolent alii, qui alibi naſcuntur. Quod accidere plerisq; harum regionum gemmis compertum eſt, quando gignendis coloribus vividis alacribusque, non ſunt habiles perinde, ſicut Orientales. Refero ad hoc caput Uniones etiam, ſeu margaritas, licet non ſint lapides. Producit & eas Lapponia in fluminibus quibusdam. Ideo ſunt conſtituti certi quidam ex Lapponibus, qui eas expiſcantur. Qualis ſupra memoratus fuit à Samuele Rheen, Johannis Peterſon, ſeu Petri filius, Lappo, qui fodinam argenti Naſafiæll vocatam, primus invenit. Dicitur enim *een Diamantz brytare ſampt pærlefoekiare* hoc eſt, talis qui effringit adamantes, & inveſtigat margaritas. Scilicet ne harum quidem regionum margaritæ contemnendæ. Olaus Magnus quidem pallidiores eſſe dicit lib. XXII. cap. 21. ubi hæc ſunt ejus verba. *Ne autem margaritarum delicata materia poſt deſcriptionem piſcium omiſſa intacta aque relinquatur, inprimis faciendum eſt, in aquilonaribus terris quosdam eſſe amnes gemmiferos, quoniam hi conchas producunt, è quarum teſtis albicantes margaritæ, licet pallidæ, propter aërem gelidũ extrahuntur.* Nec negari poteſt, quin plerisq; deſit vigor iſte, qualis cernitur & laudatur in Orientalibus. Inveniuntur tamen ſubinde, quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

quæ vix, ac ne vix quidem eis cedant bonitate pulchritudineque. Nam magnitudine ac rotunditate prorsus exacta plurimum eas quoq; superant. Adeo sunt paucæ, quæ non habeant figuram plane sphæricam, si modo fuerint maturæ. Reperiuntur enim magno numero & immaturæ, dimidia parte rotundæ, altera dimidia planæ, ab ea parte, quæ rotunda est, pulchræ nitentesque, ab altera vero flavo vel luteo colore fuscæ ac obscuræ. Sicut utrarumque exempla in Musæo meo testantur. Denique ante annos pauculos conspecta mihi margarita est à Bothnia Holmiam allata, tam magna, tam exacte rotunda, tam vividis coloribus fulgens, ut eam sibi fœmina illustrissima unicam solamque pro centum viginti nummorum imperialium pretio addici voluerit. Firmante gemmario, si ejus alteram haberet parem, se id par margaritarum memini minoris, quam imperialibus quingentis venditurum. Habet igitur & hac parte Lapponia, qua possit censeri.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Naſcuntur autem non in conchis ejusmodi, in qualibus per Orientem, latis, planis, figura pæne circulari, ſicut oſtrearum teſtæ ſolent eſſe; ſed oblongioribus, magisque cavis, qualis teſtæ ſunt earum, quæ à vulgo muſculi ſeu mytuli appellantur, nec in mari, ſed fluminibus, quod etiam ex Olao Magno intelligitur. Quibus quæ margaritæ, nec dum maturuerunt, adhærent affixæ, quæ maturuerunt, inſunt liberæ ac ſolutæ, ſuaque ſponte, cum apertæ teſtæ fuerin, telabuntur.

CAP. XXXIV.

De Aquis & Fluminibus.

LApponia, ſi quæ ulla regio, aquis, fontibus, fluminibus, & lacubus frequens eſt ac irrigua, ſicut loco alio jam eſt oſtenſum. Flumina celebriora ſunt, à quibus marchiæ ſingulæ ſeu regiones ſua conſecuta ſunt vocabula, Umeao, Pitheao, Luhleao, Torneao, & Kimiao. Hæc ex montibus Norvagicis orta, multis auctarivis fluviisque minoribus, in ſinum Bothnicum ſe exonerant ingenti copia aquarum. Umao fluvium reddit ampliorem fluvius Vindela, Pithao, fluvius Skiellefte. Luhleao majorem fluvius alius ejusdem nominis minor, Kimiao, fluvius Auilajocki, qui & ipſi ſunt non parvi. Nam & in illas decurrunt alii minores cum rivulis ingenti numero. Sic Luleao, cujus duplex eſt origo, ea parte, qua eſt minor accipit Pyrriiaus, Kardiioch, & plures alios. Samuel Rheen: *Alleſtedes ſinnes ſmao ælfuar, ſom loepa neder af ſiællen, och komma ſao tillſamman i ſtoerre ælfuar. Och æro efter foetiande i Luleao Lappmarck: Pyrriaur elf, kardiioch. Quickioch, Kittagioch, Laitiiock, Siitiioch. Alle deſſe elfvver komma tillſamman till Luleao, och gioera een ælf, ehuru vvæl maonga hundrade andre komma och der till.* Hoc eſt: *Omnibus in locis reperiuntur fluvii minores, qui ex montibus Fellicis decurrentes conveniunt in flumini-*

minibus majoribus. Sequentes ſunt in Lappmarkia Luhlenſi, Pyrrijaur fluvius Kardiioch, Darriioch, Quickioch, Kittagjoch Laitijoch, Siitijoch. Omnes hi ſe exonerant in Luleao minorem, unumque faciunt flumen, licet adhuc centeni quidam alii accedant. Pari modo res ſe habet cum parte illius altera, quæ eſt major, & vocatur *Stoor Luleao.* Samuel Rheen. *Sammaledes till ſtoor Luleao komma manga elfvvar tilhopa.* Hoc eſt: *Pari modo fluvii plures conveniunt in flumine, ſtoor Luleao vocato.* Sic Tornæo accipit fluvium Kæungemæ, item Tængeleao, & alios minores rivos. Atque ita res ſe habet etiam cum cæteris. Ex quo fit ut fluvii prædicti majores paucis cedant, ſive pernicitate curſus, ſive copia & multitudine aquarum. Et quoniam per regiones montuoſas inæqualesque feruntur, hinc in eis id peculiare, quod crebris impediti cataractis prolabantur per præcipitia magno ſtrepitu, nec ſint navigabiles ubique. Talis cataracta eſt in territorio Luhlenſi, quam appellant Muskaumokke, aliaque, quam vocant Sao, & rurſum alia, quæ Niomelſaski, hoc eſt, Saltus leporinus dicitur, quoniam Luhla fluvius per anguſtiſſimum tramitem inter montes duos ſeſe dejicit, tam propinquo brevique ſpatio diſtinctos, ut à lepore transmitti ſaltu poſſit.

Similes occurrunt in territorio Tornenſi. Memorabiliorum iſta ſunt vocabula? Tarrafors, quæ abeſt proxime à montibus Norvagicis. Et & à Johanne Tornæo dicitur: *een ſtarck brinnande fors*, hoc eſt, *cataracta vehemens & impetuoſiſſima.*

Sequitur deinde Cængerbruks fors, tum Lappia fors, poſt tres aliæ mutuo ſe excipientes, uno vocabulo Pælloforſer dictæ, tum Kettillefors, & demum Kukulafors, quæ à Torne oppido diſtat proxime.

Quanquam vero cataractæ hæ navigantibus injiciant impedimenta, ſuos tamen præbent uſus officinis metallicis non exiguos, & piſcium fere copiam ſubminiſtrant incredibilem. Præter fluvios ingens per Lapponiam univerſam copia eſt lacuum, ut in tanto eorum numero nominari poſſint pauciſſimi. Ex eis eſt *Lulatræsk* Lacus territorii Luh-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

lensis, per quem decurrit flumen Luhlao, quod vocant majus, item *Lugga* lacus, uterque Salmonibus abundans, quemadmodum & *Subbaig* lacus. Ad flumen vero Luhlao, quod appellant minus, occurrunt, *Saggatt*, *Ritfack*, *Pirrijaur*, *Skalka*, lacus, item *Sytijock*, & *Waykijaur*, & qui cæteros excedit multum magnitudine, *Karragien* vocatus, omnes piscibus diversi generis abundantes. Eadem est ratio territorii Pithensis, in quo memorabiles ante cæteros *Hornafvaudiiaur*, *Arfuisierf*, & *Pieskejaur* lacus, imprimis vero *Stoor Afuan* dictus, lacus tam amplus spatiosusque, ut in eo tot numerentur insulæ, quot per annum dies. Johannes Tornæus. *Stoor Afuar i Pitheo Mark begryper sao maonga holmer i sig, som dagarna i aohret.* Hoc est: *Stor Afvan in territorio Pithensi tot continet insulas, quot annus dies.* Omnes autem lacus harum, regionem superat magnitudine, qui vocatur *Enaretræsk*, in Kimi territorio situs. Wexionius ipsius facit mentionem hisce verbis lib. I. Desc. Suec. c. 33. *Vt ingentem lacum Lappiæ Enaratresk, sub ipso fere polo situm, taceam, qui innumeras continet insulas, collibus in pyramidum modum assurgentes, sed hominum habitationibus insuetas.* Nulla est figura, sed ipsa rei veritas, quando lacum vocat ingentem, & insulas in eo *innumeras*. Narrat quippe Joh. Tornæus, tantum ejus esse spacium, ut adhuc repertus sit nemo ex incolis, qui totum viderit, omnesque ejus sinus habuerit exploratos. Verba ejus: *Sammaledes och Enaretræsk, uti Kiemi mark, huilket otalige maonge smao oeyar innefaltandes, sao stort och vidt ær, att ingen Lapp annu sao længe lefvat, som alla des uraor, viiker, och vinklar in till denna dag hafuer kunnat opsockia.* Hoc est: *Similiter & Enaretræsk in marchia Kiemensi, qui innumeras complectitur insulas parvas, tamque latus est & spatiosus, ut Lapponum adhuc nemo vixerit tam diu, qui omnes ejus angulos, recessus, & sinus ad hunc diem usque potuerit investigare.* Sunt nonnulli lacus in Lapponia minuti quidem, sed piscium copia sic abundantes, ut videri mirum possit, Lappones appellant sua lingua *Saiuo* id est, *Sanctos*, nefasque putant eos ulla modo conspurcari. Dictus Dn. Tornæus: *Saodana sioegar varda af Lapparna kallade Saiuo, det ær helgade siægar, huilket dhe och uthi saodant værde holla, attsig ingen at*

dem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

dem foerdriſter att giæra den ringaſte oreenligit der uthi. Hoc eſt: *Lacus hi à Lapponibus vocantur Sajuo, id eſt Sacri, quos & in tanta veneratione habent, ut eorum nemo auſit vel minimum ſpurcitiei in eos immittere.* Aliqui ex his lacubus hoc habent ſingulare, quod fundo uni & ſuperiori ſubjectus ſit alius inferior, ſic ut inter fundum utrumque intercedat novus quaſi lacus, in quem piſces ſubinde ſe recipiunt, deſerto ſuperiore. Quod cum fit, ſuperſtitioſiores quidam ex Lapponibus ſacrificia faciunt Deo præſidi ejus lacus, quibus mitigetur ira ejus, ex qua ſubductos piſces arbitrantur. Johannes Tornæus. *Efter dhe ſamma ſiægar gemenligen ære tuebotnade, och fisken ſig altſao ofta undanſtickar, dærfor taora dhe vælmaonga gaonger offra der uthi, behaollandes ænnu nægot oefrigit af den forna grofua vedskepelſen hoos dem uarit, ſaoſom & Træske Raan vvaore them vreder, och han pao ſaodant ſætt blidkas maoſte.* Hoc eſt: *Quoniam lacus iſti plerumque fundos habent duplices, & ſic piſces ſæpe ſe occultant, ideo non raro ſacrificia in eis facere audent, quia ſervant reliquum aliquid ex ſuperſtitione craſſa, quæ quondam viguit apud ipſos, quaſi dæmon quidem lacus ejuscemodi præſes eis eſſet iratus, cujus ira tali modo debeat mitigari.*

CAP. XXXV.

De Terris Montibusque.

TErra, quam poſtremo loco, & in fine hujus operis commemoro, non ejusdem eſt conditionis per Lapponiam univerſam. Ubi eſt vicina Bothniæ, habitus illius melior, & accipiendis quarundam herbarum olerumve ſeminibus accommodatior. Quod teſtantur, qui uno alteroque loco inſtruxerunt hortos, & in eis provenire braſſicam, rapa, paſtinacas, raphanos, & id genus deprehenderunt. Cæteris in locis vel ob paludum frequentiam eſt uliginoſa, vel ob rupium petrarumque copiam ſaxuoſa. Jacent paſſim ſteriles arenæ, quæ huc illucque viventorum

actæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

actæ, ſpatia ingentia inſtar nivium obruere contegereque ſolent. Inprimis ea, quæ viciniora montibus Norvagicis. Johannes Tornæus: *Hær ær alt ofruchtbart, och næſtan oefvver alt med torr ſandt betæckt.* Hoc eſt: *Ibi omnia ſunt ſterilia, & prope quaquaverſum ſiccis arenis contecta.* Sic Olaus Petri Niurenius: *Lappia in æſtate ſalebroſa, & minime pervia: alibi per aliquot miliaria eſt arenoſa, alibi lapidoſa.* Solent illæ arenæ peregrinantibus creare pericula non levia, dum vel nives obtegunt, efficiuntque ut ea cum, qua debebant, minime caveantur, vel ingenti copia moleque homines ipſos opprimunt. De priori Johannes Tornæus ita ſcribit, ut quidem ſe Latine habent verba ejus. *Iacent hic illicque nivium cumuli, qui quia vento diſſipari nequeunt, ideo interdiu à Sole, noctu ab umbris ita incruſtantur, ut pæne ſimiles fiant glaciei. Quod ſi arenæ, quæ à flatu ventorum ſparguntur, eos ſimul tegant, ab iis, qui faciunt iter, prævideri nequeunt. Ex quo accidit, ut ſi ſuper eos conſcendant, ferantur deorſum fracta incruſtatione, nec ſalvari à quoquam poſſint, ibig, ſepulturam ſuam conſequantur.* De poſteriori iſto modo: *Si forte fiat, dum quis iter facit per montes Fellicos, ut exoriatur tempeſtas aliqua, fortuna ſingulari quem oportet uti, ſi vivus eos poſſit ſuperare, hyberno quidem tempore propter nivium copiam, æſtivo vero, propter multitudinem arenarum, quas dejiciunt tempeſtates illæ.* Verſus Norvagiam attollit ſe in montes editiſſimos. Eos Sueci voce priſca vocant *Fiæll*, Tornæus: *Deſſe Lappiſca bærgen vvarda med det forna hvvenska eller Iſlandska nampnet kallade Fiæll.* Hoc eſt: *Montes hi Lapponici priſca voce Suetica, vel Iſlandica nominantur Fiæll.* Lapponibus ſua lingua ſunt *Tudderi.* Samuel Rheen: *Deſſe fiæll kalla Lapparna Tudderi.* Hoc eſt: *Hos montes Fellicos Lappones vocant Tudderi.* Cluverius perpetuum eorum jugum vocat *Sevonem.* Ubi enim agit de Norvagia, *Sevone monte orientale ejus latus* ait, *claudt.* Hauſit hoc ex Plinio, qui ſic lib. IV. cap. 13. *Incipit inde clarior aperiri fama ab gente Ingevonum, quæ eſt prima inde Germaniæ. Sevo mons ibi immenſus, nec Riphæis jugis minor, immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit ſinum, qui Codanus vocatur, refertus inſulis, quarum clariſſima Scandinavia eſt.* Ab Adamo dicuntur

montes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

montes Riphæi. Sic enim in Scandinavia ſua, ubi agit de Norvagia: *tandem in Riphæis montibus limitem facit, ubi & laſſus deficit orbis.* Sed hoc fit non ſatis diligenter aſpecto Plinio, aliisque, Solino inquam & Oroſio, ut loco alio monſtrabitur. Quicquid autem ſit de nomine, de monte conſtat eſſe verum, quod à Plinio traditur, immenſum ſcilicet exiſtere, nec Riphæis montibus minorem. Olaus Petri Niurenius. *Alpes ſunt inſignes, quæ cacumina in cælum videntur elevare.* Johannes Tornæus: *Montes hi Suetice vocantur Fiæll, Finnonice Tundur, Lapponice Tuddur, ſuntque ſpatioſiſſimi & altiſſimi, ut plerisque eminus conſpecti nubis ſpeciem oſtentent.* Idem alio loco: *Det ær otroligt, utaf hvvad hoegd och vvid ſom deſſe beſtaor. Nær man dem pao naogro müler nær kommen ær, ſo opne dhe ſig vvid horizonten ſaoſom de hoeg ſta maolnvvæggar, och den reeſandom ſig hehl skrækeliga beter, effter deras vvæg dær æfvver ledes maoſte in uti de Norske orter.* Hoc eſt: *Fidem exſuperat, quantæ montes hi ſint altitudinis & vaſtitatis. Cum ad miliaria nonnulla eis appropinquatum eſt, elevare ſe incipiunt prope horizontem nubium maximarum inſtar, non ſine horrore ingenti peregrinantium, quoniam per eos iter ipſis faciendum in Norvagiam.* Montium horum juga contecta ſunt vel nivibus perpetuis, vel arenis atque ſaxis. Idem: *In jugis nihil, præter harenam & paſſim ſaxa.* Et Samuel Rheen. *I den oeferſte deelen af Lappmarken ær o ſnæde och ganska hoege fiæll, med ſnæ æfvvertæchte baode vvinter och ſommer.* Hoc eſt: *In ſuperiori parte Lapponiæ montes ſunt nudi, ſummeque alti, operti nivibus æſtate juxta atque hyeme.* Porro tractum eorum, unde incipiant, & ubi deſinant deſcribit iſtis verbis. Olaus Petri Niurenius: *Mons ille, qui limitem facit inter Norvagiam & Lappiam, incipit inſigniter elevari penes Zemptlandiam, continuaque altitudine ab ea verſus Septentrionem directa, per centum miliaria ſe extendit, quoad in Tituſſiord, vel ulterius forſan, qui eſt ſinus glacialis oceani finiatur.* Atque iſto tractu dividuntur Sueciæ provinciæ à Norvagia, velut muro, limiteque à natura ipſa formato. De quo Johannes Tornæus: *Quaſi natura Sueciæ provincias, Bothniam occidentalem, Angermanniam, Medelpadiam, Zemptiam, Herrendaliam, Helſingiam, Geſtriciam,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

& Daliam à Norvagis dividunt. Cæterum tametsi montes hi continuo cohæreant tractu, surgunt tamen jugis & verticibus distinctis, hic altioribus, ibi minus altis, numero maximo. Et hi vertices, qui aliis aliisque veniunt nominibus apud Lapponas. Recenset ea aliqua, quæ notabiliora sunt, Sam. Rheen, in Lappmarkia Luhlensi, verbis hisce: Waisavvaari, Skipoiue, Nasavvari, Ceruioiue, Kioldavvaari, Niottusvvagg, Keidtkivvaari, Zeknavvaari, Fierrovvaari, Cardavvaari, Steikavvaari, Skalopacht, Darravvaari, Woggousaari, Niynnas, Kaskaoiue, Wallavvaari, Skieldavvaari, Harravvaari, Portavvaari, Kasla, Seggock, Ultivis. Pari modo occurrunt alia aliaq; eorum vocabula in cæteris Lapponiæ provinciis. Sed quia ea omnia explorare difficile, nec ad rem magnopere faciunt, iccirco hic claudemus.

INDEX

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

INDEX
Capitum, quæ in hoc Opere continentur.

CAP.		Pag.
I.	De Vocabulo Lapponiæ.	1
II.	De Situ Lapponiæ.	8
III.	De Lapponiæ Cœlo reliquaque Natura.	16
IV.	De Diviſione Lapponiæ.	23
V.	De Lapponicæ gentis habitu cum corporis, tum animi.	28
VI.	De Origine gentis Lapponicæ.	42
VII.	De Religione prima Lapponum.	56
VIII.	De Religione Lapponum ſecunda, ſive Chriſtiana.	63
IX.	De Reliquiis nonnullis paganiſmi apud eos hoc tempore.	86
X.	De Diis Lapponum paganicis eorumque cultu hodierno.	94
XI.	De Sacris magicis & magia Lapponum.	119
XII.	De Republica Lapponum.	149
XIII.	De Judiciis apud Lapponas & tributis.	160
XIV.	De Nundinis apud Lapponas.	168
XV.	De Lingua & ſermone Lapponum.	177
XVI.	De Lapponum Domiciliis.	189
XVII.	De Veſtimentis Lapponum.	204
XVIII.	De Victu gentis Lapponicæ.	215
XIX.	De Lapponum venationibus.	226
XX.	De Armis atque inſtrumentis ad venationem fere pertinentibus.	244
XXI.	De Lapponum virorum artibus manuariis.	252
XXII.	De Negotiis mulierum apud Lapponas.	260
XXIII.	De Negotiis utrique ſexui communibus.	267
XXIV.	De Otio & ludis Lapponum.	274
XXV.	De Sponſaliis & Nuptiis Lapponum.	278
XXVI.	De Puerperio & educatione liberorum.	295

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

XXVII.	De Morbis Lapponum, Obitu & Sepultura.	308
XXIIX.	De Quadrupedibus Lapponiæ domeſticis.	321
XXIX.	De Quadrupedibus Lapponiæ feris.	336
XXX.	De Avibus, piſcibus, & aliis.	347
XXXI.	De Arboribus & Plantis.	357
XXXII.	De Metallis Lapponiæ.	362
XXXIII.	De Lapidibus, Gemmis, & Unionibus.	368
XXXIV.	De Aquis & Fluminibus.	372
XXXV.	De Terris montibusque.	375

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Per abſentiam Auctoris, & ammanuenſis minus elegantem ſcripturam commiſsa ſic emendentur.

Pag. 1. verſ. 8. lege Provincias 2, 9. ſubſtitimus. 12. Cluverius. 4, 15. ſcribatur p. 9, 24. agnoſcant. 25. conveniant. 10, 3. Wormio. 16 8. per tantum. 18, 23 neq; vola. 20, 32 montoſa. 22, 8 amœniſſimas 24, 3. fecerint limitem 4. eſſet parte. 16. montoſa *& ſic poſt* 25, 2. oppoſita. 26, 28. hæ ſint. 29, 3. iis magis. 30, 6. hwiter, och elieſt. 21 ſumo, ob o[illegible]d 24 creberrime tamen. 31, 3. vnder ægonen och 9. regit. 23 ſterckere, ænd. 33, 6. catalogis. 34. 9. Ioſ. Scaliger. 10. vbi ait. 16, 19. idem ſors 25. divitias. 37, 12. Lapponica. 38, 15. ſæpe dictus Samuel. 39. 6. Hoordoms. 17. videtur. 40, 8. qualemcunq; fructum 42, 26. quia quæ. 46, 10. vt revellamus 50, 2. Probo enim. 52, 25. militaris eſt ac. 53, 19. nulli vſui 56, 9. tandem venerit. 18. Goes, qui quæ 57, 23. Ita manifeſte. 24. in area. 60, 21. Forte nihilo rectius. 61. 1. & lunulas. 6. diſſimile. *item* ſicut 62, 20. nominari. 64, 15. proxime 16. Chriſtierno 66, 14. cuiq; ſunt. 17. quid ita 69, 15 Baazius. 71, 34. regio aluit. 74, 33. gaudio nunc. 76, 18. ipſa Lapponia. 77, 17. ora viventes. 85, 15. Enarenſes. 86, 8. Lapponiæ. 88, 14. quos exiſtimant. 92, 22. Seitas 93, 11. Birkarli. 94, 23. etiã nunc 25. cujusq; cultu. 97, 28. vitæ, alterum victui. 100, 33. collocant. 102, 3. ſui loca. 103, 2 quendam. 18. putant. 104. pollutæ. 106, 19. Item 28 vel ob hoc 107, 19. nequeat. 109, 29. tunc vis 111. 30. hoc modo, *&* victimam. 113, 6. quæ in. 117, 12. dant. 23 ſignis eos. 33. delibutas. 120, 5. Biarmis 29. a cæteris. 121, 6. att læra. 122, 9. Quod ſi. 12. admittendæ. 32. Item Quobdas. Idem. 126, 12. Sed & paulo. 30. ablatura. 34. illis. 131, 33. ſemel, & exemplis. 34, 17. quarum prima. 135, 20. habeamus hoc 21. credulo. 29. carminum namq;. 140, 15. poſſunt. 145, 31. iſtum, illum alium. 34. ſpirabat. 147. 5. ſervientes, quos quotidie. 149, 6. Tyre hanc 17. Poſt res. 150, 8. Hauſit iſta 151, 24 colloquio. 152, 10. incitatis. 156, 21. fas haberent. 161, 26. injuria. 162, 14. ſexaginta e Lapponia. 165, 25. rangiferorũ 166, 28. ſtatuto ea de re A. 173, 29. quot vocantur 175, 19. quot poſſi. 179, 25. aut peculiarem. 180, 2, cauſa, ſi. 16, quin reperiantur 181, 5. Olaus. 185, 17. debent. 18. tiælo. 188, 19. inſcripti. 191. quotin. 192, 15. huc illucq;. 193, 26. devinciunt. 30, quaſi nodo. 33 ima lignorum. 196 28. ſecumq; avehunt v. a. l. e. At. 31 picea 199, 24. & cætera. 102, 1. vocat. 206, 33. exhibui 208, 1. mutarunt, nam & 21 hyberno habent chirothecas. 26 ipſæ feræ. 209, 24. qualibus &. 210, 22. annulorum ex orichalco. 216, 9. Crudas. 22. pretio. 26. lingua. 220, 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

220,1. crudas. 8. congelari. 221,23. lacte 224,11. eum quiſq; 225,30. levent manus. 227,3. non exeant. 233, 1. in partes. 235, 5. adſit copia. 236,9. uxores eos. 239,7. Franckrichis, *& ſic ſemper*. 241,34. ahena 242, 14. ter ſaltat. 33. Quin imo. 244, 33. quæ deſiderari. 249,18. deſcriptioni, plane ſicut. 250,14. quos ajunt 251,27. ſeu Lapponibus. 253,20. ſole ventoq;. 21. bruukas at ſ. deras baotar. 254,27. ut alibi. 255,12. lino crudo. 24. clitellis. 256,34. elegantiam. 257,13. diſpoſitis. 266,6. appoſitas. 273,4. Quod negocium. 30. Neptuni. 31. tribus ſolum 275,12. cognomentis. 25. ſe oblectent 277,15. præhenſum, vi quanta 278,7. de Sponſalib. *& ſic ſemper*. 279,15. ſoris. 284,21. plantæue. 285,34. quorum in. 291,14. præcedit apud. 294, 15. Juan. *& ſic ſemper*. 33. incidat. 296,14. nihilo ſit. 20. puerumne. 302,25. quia craſſius. 34. trahant. 304. 32. adoleuere. 308. v. 19. Sed ut præter. *item*, maſticando. v 24. thy rœken. 309,1. vthan tvvifvvel v. 31. Idem Plantinus. 312, 33. vir ſegregius, M. Matthias Steuchius. 313,14. quia credunt. 316,5. vvillia. 6. grifterna. 318,11. diuitias ſuas, ſua. 318,34. cupreo, quæ 320,7. ſao vvæl broder. 321,4. incolis, earumq;. 17. cur fecerit. 323,17. cum animal. 21. abſimile 324,7. aliud de magnitudine. 21. inſtar cornu. 325,21. anteriora. 326,8. pedum. 13. cui colliſioni. 329,1. 40 vvæckor. 34. & flavo. 330,14. ætatis. Olaus Petri: quarto. 15. & robur. 331,14. The vvaijar, h. k. bortdœ. 17. *dele* præbent. *mox* ac quarum. 18. maxima menſura. 19. ſtofa eſt. 22. Femina, quæ lactis præbet. 333,32. Ehuru vvæl. ſ. ſynes. 334,19. vſus ſit, 32. qui optimi. 336,21. reconditoria. 337,6 Noruagorum. 338,1. gulones. 20. rangiferos ſi fuerint. 339,21. cedit voracitate. 340,28. herbæ. 341,26 fiunt præda. 342,19. alias cœli. 31. aqua exanimatum. 343, 2 per amnes. 23. Quas 32. caudæ nigerrimum. 344, 16. delineataſq;. d. d. O. W. 1. M. ſ ex qua 17. hirtas pilis 27. ſiue ex inſulis. 345,1. Geographus. 345, 4. aufugiunt. 29. fuerunt. ſ. e. o. v. omen. 346,2. diſcerpuntur 17. eſſe ea beſtia. vt 18. renatam. 348, 29. Pertinent ad hoc genus, quas. 349, 8. quod vrogallum. 11. At quod. 13. diſtinctus. 350, 23. reliquarum, 26. Iterum mox. 29. ſi modo. 351, 10. lagopodes. *& ſic mox*. 12. Samueli. 352. 8. idem Samuel. 353, 7. quouſq; poſſint. 354. 30. laakar, mœrr. 358, 10. lætiſſima. 359, 18. vocatæ. 360, 31. medicina herba. 33. eſſe autumo. 361, 5. Cæteræ. 363, 12. Jœns. *& ſic ſemper*. 364, 8. additur. 365, 31. præſentes eſſe difficulter. 368. 26. nummorum. 369, 9. montes. 29. Bohemici. 370, 4. exempla. 371, 9. e Bothnia. 373, 12. montoſas. 23. Noruagicis, & a 374, 13. harum regionum 376, 8. vt ea cura. 23. Suenska 377, 16. verbis Olaus. 28. Iemptlandiam. *&, ſic v.* 34. 378, 3. vertices jugaq;, quæ aliis. *Verum piget pudetq; tandem hoc Augiæ ſtabulum diutius purgare, quum ne ſic quidem ſordes non ſuperſint.*

1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435

1.6.435

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.435